





1
6
552











CELEBERRIMORUM ANATOMICORUM

SEVERINI, CASTRENSIS, JASOLINI ET CABROLII

VARIA OPUSCULA ANATOMICA

Præmissæ sunt Observationes Chirurgiæ Infusoriæ Hominibus adhibitæ;

Dissertatio de Generatione Animalium

THEODORI ALDES,

Angli contra *Harvejum*, & nova ductus Thoracici cum emulgente communio.

M. GAYANI PARISIENSIS,

Ex Gallico sermone in latinum versa,





FRANCOFURTI,

Apud HERMANNUM à SANDE.

M. DC. LXIIX.

DISSERTATIO
THEODORI ALDES

Angli, ad Amicum Batavum data, ubi Guilielmi Harvei *maximi Medici atque Anatomici, unus atque alter error, quem in libro aureo, de Generatione Animalium, commisit, sed maximi momenti, simulq; causæ errorum, ex opinione Autoris deteguntur.*

AMICISSIME DOMINE. Quantopere ratio, comite sua experientia destituta, sæpe vacillet, labatur, imo proruat, in rebus quæ ad Anatomen spectant, quantumque è contrario altera alterius auxilio egeat, vigeatque, nunquam magis me comperisse puto, quam cum maximi Harvei librum, de Generatione Animalium, ejusque sequacium scripta, non sine graviorum studiorum aliquo forsan detrimento, diligentissime perlegi, &ad experientiæ obrussam, quantum potui, exegi. Cum enim Doctissimus Harveus pulli generationem & nutritionem se tradidisse optime existimasset (quamvis in aliquibus eum errasse, abunde constet) & colliquamentum à se dictum in membrana, quam Amnion vocat, deprehendisset, albuminaq; in aliis membranis, videtur mihi putasse, hæc sibi ad generationem & nutritionem aliorum animalium transferenda; quæ maxima, ut opinor, illi errorum causa fuit, qua in re tamen ideo forsan aliorum *a* assensum impetravit, quod ipsum parum aut nihil in Historia pulli errasse, sua qualicunque adhibita experientia, didicissent, quodque in ovo quam in aliis experientiam consulere, atque etiam alteri credere, quam manus operi adhibere, longe facilius sit: ita tamen ea, quæ vidit in pullo magnus Vir, ad alia animalia transtulit, ut quamvis unum colliquamentum duo albumina vidisset, unumquodque sua membrana distinctum, tamen *b* humore uno ex illis præterito, alterum Chorio aliorũ animalium, alterum Amnio, utrumque tamen alimentarem, inesse statuerit; qua in re quantum labatur, ille optime noverit, qui Allantoidem (quam male cum Chorio confundit, quamquam ille, ut credo, nunquam vidit, ut ex capite de uteri membranis & humoribus, quod fere postremum totius operis est, solemeri-

a Joannis Claudii de la Courvée &c.

b Exercit. XII. vel primæ editionis in quarto exercit.

meridiano clarius patet, cum modo ajat, modo neget, semperque talem, qualem Fabritius describit perneget, qualem nos tamen plus vice simplici vidimus) qui Allantoidem inquam, humore excrementitio, sive urina, plenam esse propriis oculis usurpaverit, eamque ex vesica in Allantoidem, & vice versa ex Allantoide in vesicam, levissima pressione fluere animadverterit, omniaque illa animalia, quæ Allantoidem non habent, aut quod idem est, quibus Urachus non est pervius, inter quos homo nomen profitetur suum, uno tantum humore, eoque in Amnio concluso nutriri, ex abortibus humanis, sectionibus Animalium, autopsia certior factus fuerit; vel ex ipsius Harvei relatione, quam de abortibus, sive ovis hominum instituit, attenta lectione perceperit; sic enim inquit exercit. 68. *Vidi ante natam placentam humorem album contineri, &c.* Exercitat. autem 55. ubi ex professo historias humanorum fœtuum recenset, semper tantum unius meminit humoris. *Vt Aquam illam*, inquit, non Aquas *nullo modo sudorem vel urinam dici oportere, sed potius, instar colliquamenti, in ovo pro nutrimento à natura destinatam, sit vero simile.*

xi. & passim alibi.

At tamen inquies: D. Harvejus propria experientia, tanquam telo validissimo, instructus negat imo pernegat, cervas damasque, *vid. Exercit. 69.* & oves habere urachum perforatum, nihilominus duos illis humores inesse scribit: sed quod ad oves spectat, ut, ὕςερον πρότερον, respondeam, in ea re plane, quod pace tanti viri dixerim, falsus est; cum non tantum Fabritius, *c* sed & Stenonis F. *d* Anatomicorum coryphæi, Allantoidem deprehenderint, perviumque observaverint. Qui posterior jam apud Italos ut audio, ut olim prior, propter singularem Anatomes peritiam, pari modestia conjunctam, in summo pretio est. Quod vero ad cervas & damas spectat, valde probabile est, maxime cum in ove ejus experientia claudicet, illum hypothesi suæ servire, ut duplicem humorem alimentarem tueatur, eoque amplius quod alibi, Cap. de Membr. & Humorib. uteri, dicat, *se vidisse quasi vesicæ in cervis processum, urinam in se complectentem*, qui processus, sine dubio, fuit pars Allantoidis abrupta, quod facilius credet ille, qui unquam Urachum Allantoidi conjunctum viderit, posteaque abruperit.

c Libr. de Format. Fœtu. *b* Vid. Raiæ Anatomen.

Ut vero clarius constet, quantum in eo deceptus fuerit maximus Harvejus, quod in Chorio quoque nutritium humorem contineri putet, perpende quæso illa verba, quæ *Exercit. 55.* ubi de Fœtu Humano loquitur, habentur & *ut clare constet aquam illam* (ecce iterum aquam non aquas) *non esse embryonis sudorem vel urinam, eadem minore copiâ cernitur, pro proportione, prope partum, quam primis prægnationis mensibus.* Cum humor qui in Allantoide continetur, (nullus enim in Chorio inesse dici potest, nisi quatenus Allantoidem ambit, & sic male pro una habe-

antur, ut ſtatim clarius patebit) poſtremo menſe in vitulo aliquot librarum ſit, altero qui in Amnio eſt, vix vigeſima parte illum æquante, cum in eodem vitulo trium præter propter menſium, valde parum humoris pro rata parte, ſit in Allantoide, ſi ad Fœtũ, cujus jam partus inſtat, comparetur; certo indicio, illum humorem, qui pro rata parte, maxime minuitur, alimentarem, alterum excrementitiũ eſſe, qui augetur: in eo enim conſiſtit vis argumenti Harvejani, cum humorem illum fœtus nutrimentum eſſe non ſudorem aut urinam optime contendit.

Reſtat ut alterius erroris Harvejani, diligentiſſimi alioquin & accuratiſſimi Viri, cauſam ut opinor, tibi explicem. Si quis chorion diſſecet, quod ille ſine dubio fecit, illa parte, ubi Allantoidem, tenuiſſimam membranam ambit, (ambit autem immediate) ſtatim humor effluit, nec Allantoides tam facile videri poteſt, ſi autem Chorion ſuperius, non ad latera, ita diſſecet, ut ſolum humorem in Amnio contentum effluere ſinat, quod facile fieri poteſt, integra manet membrana Allantoides, taliſque qualis à Fabricio, maximo Viro, accuratiſſime depicta, humoreque excrementitio turbidiore ſive urina plena ſe ſpectandam, cum Uracho pervio, exhibet. Urina autem illa, quæ in veſica eſt, non deprehenditur acris aut ſalſa (quod notandum adverſus illos, qui propter urinæ ſalſedinem eos impugnant, qui urinæ innatare fœtum humanũ ſcribunt; quod quamvis falſum ſit, eâ tamen machina non utendum eſt) in veſica inquam tam embryonum quam recenter natorum vitulorũ & infantiũ, de qua re noſtratibus nutricibus (de infantium urina jam loquor) ſatis conſtat.

Si porro deſideres quid de nutritione pulli, fœtus vaccini & humani ſentiam, mittam tibi breviſſimam ſciagraphiam, quam fortaſſe, Deo dante, uberiorem prodire ſinam, ubi prius eruditorum judicia de epiſtola audierim, quæ eo ſinceriora futura puto, quod minus amori vel gratiæ daturi ſint, cum illis in Batavia veſtra incognitus ſim, quamque ideo ad te miſi, ut eodem candore mecum agas, quo cum aliis ſoleo, libenter erroribus longum vale dicturus, ubi meliora edoctus fuero, interim rogo ut certò credas me in hanc arenam invitum, deſcendere eoq; magis invitum quod contra Harvejum certare debeam, quem ſcis de complexu meo ac ſinu eſſe, quemque eſſe Achillem, meque imbellé ac firmum parum, conſtat, adeoque imparem congreſſum æſtimaturum iri: ſed vicit de publico bene merendi ſtudiũ, omniumq; potentiſſima rerum veritas, quam mecum facere credo, cujuſque ſigna ſemper quantum potui ſecutus ſum, etiam ſæpe ea repudiando, licet nõ exiguo labore parta, quæ quam maxime antea placuerant, atque arriſerant. Vale C me quod facis ama. Anno 1666. *Idibus Maji.*

Tuus

THEODORUS ALDES.

COM-

COMMUNICATIO CANALIS THORACICI CUM EMULGENTE

Inventa à D. *Gayant*, præsente Dn. *Pecqueto* & Dn. *Perraulto*. Anno 1667. Lutetiæ Parisiorum.

Pecquetus ad Dn. de *Carcavi*, *de Communicatione Canalis Thoracici cum Vena Emulgente*.

NOn possum quin Tibi enarrem experimenta illa, quæ mecum præterita nocte 27. Martii 1667. Dnn. *Perrault* & *Gayant* fecerunt, in corpore puerperæ alicujus demortuæ. Proposueramus nobis investigare vasa, quę Chylum in mammas transportent, quorum mentionem feci *pag.* 134. *editionis secundæ experimentorum meorum Anatomicorum impressæ* 1664.

Sed quia subjectum ad id non satis videbatur dispositum, distulimus disquisitionem hanc, & forte fortuna aliam, foro Medico non minus utilem experti sumus, *Communicationem nempe Canalis Thoracici cum Vena Emulgente*.

Deligato *Ductui Thoracico* septimam infra & octavam dorsi vertebram, introduxit Dn. *Gayant* tubulum, quo inflato Thoracicus hic ductus replebatur aëre à tubulo usque ad venam subclaviam: Egrediebatur licet Aër per Venam Cavam Ascendentem, jam abscissam, Nihilominus conabatur Dn. *Gayant* eam ligare, quæ tamen brevior jam facta, ligaturam, aëris transitum impedientem, sustinere non potuit.

Defectum hunc quidem dum supplere volebam, reprimendo digitis meis Venam Cavam, & Ductum Thoracicum inflatus in Ductum Thoracicum aër novas monstrabat vias, vidimus enim quoties inflaremus, *emulgentem* lateris sinistri repleri aëre, postea *venam cavam*, ab *Emulgente* usque ad *Iliacas*; Hinc apparebat aërem à rene sinistro sese successivè insinuare in Venam Emulgentem, & de hinc in Venam Cavam; Ren dexter jam remotus, denegavit ejus communicationem cum Canali Thoracico. Movebatur quæstio (multi enim aderant nobis spectatores.) An Aër qui videatur intrare Venam Emulgentem & Venam Cavam, *revera intret*, vel an *proserpat in Hujus Venæ Tunicam propriam* vel *communem à Peritonæo* natam? Hæc quæstio ansam dedit ut dissecuerimus Venam Cavam prope Emulgentem, quo facto vidimus inflato Canali Thoracico, aërem alias Venam Emulgentem dilatantem, per aperturam, quam paulo ante in Cava fecimus, egredi. I. Experimentum.

Quo facto dijudicavimus communicationem hic adesse ductus Tho-

Thoracici cum sinistro Rene, aut saltem Vena Emulgente: De quo, ut Certiores fieremus, *secundum* Instituimus *Experimentum.*

II. Experimentum. Sublevavimus Pulmones, sinistram replentes Thoracis cavitatem, quâ spongiâ probè abstersa, dum digitis comprimeremus ductum & venam infra tertiam dorsi vertebram ascendentem, Dn. *Gayant* inflabat Ductum Thoracicum, vidimus aërem sese insinuare sub pleura per meatum, qui quoties inflaremus se attollebat. Meatum hunc de quarta dorsi vertebra, usque ad Diaphragma observabamus, ut inde dijudicaverimus, subesse pleuræ *Canalem*, qui à *Ductu Thoracico* ortum trahat, seque in Venam Emulgentem derivet, per Thoracis hanc Cavitatem, nulli etiam dubitavimus, quin Canalis hic qui sub pleura apparuerit, ad renes usque pergat, cum viderimus aërem sese insinuasse in Venam Emulgentem prope renes & egressum fuisse per foramen Venæ Cavæ in *I. experimento* incisum.

III. Experimentum. Compresso denuò digitis meis Canali Thoracico super quintam vertebram, spirabat Dn. *Gayant* super septimam, sed nec renes nec emulgentem aër ingrediebatur, ut concludere potuerimus, supra quintam vertebram communicationem nullam esse. Interim rursum comprimebam Canalem Thoracicum, Venamque Cavam, sub tertia dorsi vertebra descendentem, & ex tempore inflato à Dn. *Gayant* ductu, Vena turgebat: Hinc fortius credidimus, canalis introitum, hujus communicationis inter tertiam & quintam dorsi vertebram esse. Ita & Dn. *Gayant* super tertiam dorsi vertebram Canalem Thoracicum findens, inflato illo, Venam axillarem & Cavam ascendentem turgidas, emulgentem verò venam vacuam plane observavit.

IV. Experimentum. Tandem *quartum* instituimus *experimentum*, prioribus non minus curiosum, introducendo aërem in Aortam, ejusque ramulos (qui jam abscissi erant) ligatos, quo peracto, Aorta mox intumuit, ut & Arteria Emulgens sinistra; Aër verò per Arteriam Emulgentem, in renem sinistrum impulsus in Emulgentem non revertebatur. Quod demonstrabat, sanguinem sæpius permeare loca, per quæ aër non transeat, ut evidenter in Rene experti sumus, sanguis enim Arteriæ Emulgentis in Renem desinens, revertitur in Venam Cavam juxta Circulationis Regulas; Aër verò impulsus per Arteriam Emulgentem, in Renem non regreditur per Venam Emulgentem in Venæ Cavæ Truncum.

Simile quidpiam in *Pulmonibus* mulieris cujusdam *Mense Februar.* dissectæ, observavimus, ubi mediante tubulo in *Venam Arteriosam* introductus Aër, per *Arteriam Venosam* in Cordis ventriculum sinistrum non revertebatur, cum tamen sanguis per circulationem facilime transeat, ita & lac injectum per *Arteriosam venam*, sine ullo labore per *Arteriam venosam* in ventriculum Cordis sinistrum affluebat.

Plura propediem.

CHIRURGIA INFUSORIA

Variis Hominibus in diversis morbis cum successu adhibita.

De *Chirurgia Infusoria* Anno 1664. *Jo. Daniel Major*, Medicus Excellentissimus lectu digna scripsit, & dignissima, præcipuè quod Agonizantes servari possint intruso in venam sectam liquore Cardiaco, uti de liquore laxativo infuso pro purgando ante *Majorem* quædam proposuit *Schottus* & *Saxius*. *Majori* verò *Joh. Daniel Horstius* respondit anno 1665. ut & *Takius*, *Straussius*, *Bartolinus*, *Horne* & *alii*. Responderunt illi varia, sed experimenta aliqua in brutis quidem, in hominibus autem nulla fecerunt. Fecit autem eodem anno 1665. *Jo. Sigismundus Elsholtius* in hominibus; fecit & in Gallia *M. Denis* Philosophiæ & Matheseos Professor Celeberrimus, (*Vid. Journal de Scavans pag.* 134. 28. *Junii* 1667.) præcipuas rationes ac fundamenta proponens: Utilitatem quidem demonstraturus nihil aliud hic quam Naturæ cursum imitari, perhibet, ad Nutriendum enim Fœtum, uti continua per venam umbilicalem sanguinis Materni requiratur transfusio, ita & *Hac* nihil aliud sit quam Nutritio instituta per vias ordinariis breviores & aptiores, quod alimenta assumpta variis alterandi modis & temporis intervallo indigeant, *hic* verò sanguis jam elaboratus nobilioribus partibus statim insinuetur. Et quod alimenta per os assumpta à variis corporis partibus (sæpius male dispositis) transmutanda, facile quid mali antequam sanguis ad venas perveniat contrahere possit, quod in transfusione sanguinis elaborati non metuendum. *Chirurgia infusoria* conciliari putat Eos qui venæ sectionē magnifaciunt cum his qui eam tanquam rem inutilem rejiciunt, sanguinem enim vitiosum & corruptum hoc medio evacuā nec tamen quicquam demi pariassæ sanguinis sed reddi, & consequenter nihil aptius transfusione & restitutione puri & probè elaborati sanguinis, reperiri posse, ad curanda mala ab Intemperie & corruptione sanguinis oborta. Nec barbaram illam esse uti quidam putant, existimantes *injectionem hanc non nisi liquore ejusdem speciei institui posse, & ita recuperata salute hujus, alterius interitum institui:*) ad operationem enim hanc necessariò non requiri sanguinem humanum, qui propter inordinatos vivendi modos & varios affectus animi ita vix unquam optimæ essentiæ observetur, bratorum potius eligendum esse sanguinem, tanquam puriorem & utiliorem, brutorum enim Lacte & carne probè nutriri Hominem, ex esu verò Carnis Humanæ varios turpissimos

etiam

etiam affectus contrahi, & hinc sanguinem ejusdem speciei Curæ huic nihil commodi laturum. Ita ad variorum morborum Curationes requiri in hoc calidum in illo frigidum sanguinē, mox crassum, mox tenuē, quæ in hominibus accurate discerni nequeant, à brutis ergo potius instituenda operationem. His ita Expositis duo annotantur operationis exempla, & primum quidem in Juvene 15. vel 16. annos agente institutū, Adolescente Natura alias alacri & indefesso. Is febri per duos circiter menses afflictus per venæsectionem viciens à Medicis reiteratam, ita consopitus redditus est, ut planè stupidus incederet, Omni ferè memoria amissa, judicioque obtuso, & licet decem vel duodecim horis noctu dormierit, soporosus tamen erat sedendo, comedendo, imò in omnibus suis actionibus:

Soporem hunc crediderunt provenire tam à sanguine imminuto, quam à calore febrili incrassato, & per consequens nullo remedio nisi infusione sanguinis restitui possit Ægrum, quod cum comprobatum esset, Excellens Chirurgus Nomine *Emmerez* qui exactè omnem operationis modum noverat, venæ in brachio incisæ, tribus emissis unciis sanguinis incrassati & nigricantis, eodē quasi momento arteriosum ex carotide Agni injecit sanguinē, hocq; durante, cùm sæpius ex Patiente quæsitū esset, quomodo sese habeat & num incommodi quid ferat, de nullo dolore conquestus est, nisi quod de vena secta usq; ad axillam senserit à sanguine infuso Arterioso calorem notabilem.

Infusis itaque undecim unciis sanguinis hujus arteriosi, venam (ut in venæ sectione ordinariè solemus) occlusimus; Hoc in integrum medio restitutus, primo die decima hora matutina è lecto surgens, alacrior non solùm conspiciebatur, sed & sine somnolentia pransus est, circa vesperam 3. vel 4. guttæ sanguinis maribus exnillabant, frugali tamen Cœna usus, dormiebat à decima hora vespertina ad secundam mediæ noctis, quâ expergefactus, ulteriorem somnū capere non poterat, posteris verò diebus non solum melius quievit, sed & sanitati pristinæ brevi redditus est. Feliciter ita proacto primo Experimento secundum fuit institutum, ex curiositate tamen magis quam necessitate.

Conductò enim certo pretio robusto & valido viro, ad operationē hanc idoneam, cruralem Agni arteriam aperuerunt, & sanguinis extracti uncias viginti, loco unciarum decem venæ brachii incisæ injecerunt, salvo & sano manente, beneque habente prædicto viro.

Galli itaque primo hanc Chirurgiam in hominibus exercuerunt, non Angli, in Gallia enim ante decem annos Monachus Benedictinus *Robert de Gabez* apud Dn. *Montmort* ejus mentionem fecit.

JO.

funestâ separat. Cheirurgiæ à Physica medendi facultate, & de remediis efficacibus obsoletis, & detrimento perpetuo, neque in frequenti nec obscura pernicie languentium. nempè separent animam à corpore! cum Cheirurgia in Physicæ facultatis ἐντελέχεια. Itaque Hippocrates & Galenus, & Veteres omnes utramque simul conjunctas exercuerunt, ut ex eorum monumentis. Planè liquet. ô sæculum insipiens & infacetum, ô derelictum Hippocratem! ô Galenum; adeò nostri Medici hodierni inutiles sunt, & manci, ut obliti sint antiqui Dictatoris admonitis, qui non sanat Medicamentum sanat ferrum &c. & illius item oraculi extremis in morbis extremè exquisita remedia, optima sunt. Ego tuam medicinam efficacem vehementer anhelo. Faxit Deus, ut visatur quamprimum. Me semper acerrimum asseclam habebis. Interim meum filium Didacum Ferdinandum futurum Doctorem Medicum, etiam atque etiam tibi commendo. Aliud quoque pergratum feceris, si scripseris ad me quempiam tibi cognitum consensum Venæ salvatellæ repertis inter digitos auricularem, anularem, & medium sinistræ manus cum liene: & quomodo eius incisio iuvet Lienosos, longasque febres abrumpat, quartanas. Ejus porrò Venæ meminisse videtur Hippocrates in libro de Locis in Homine, num.18. lib. 1. de Humoribus num. 23. & de morbis num. 71. l. de Sterilibus 24. & de Affectibus nu. 35. quanquam verè non est effatus Hippocrates de hac vena sed de Interna cubiti sinistri: per manum autem totum brachium intellexit interprete Galeno 2. de usu part. 17. eiusdem operis 1. 2. 3. & 5. de Anatom, administrat. lib. 1. de inæquali Intemperie cap. 2. quando confirmat Rhazes 9. ad Almansor. cap. 21. Avic. 4. p. 1. cap. 20. Vesalius in opere Anatomico; Andreas Laurentius lib. 2. cap. 32. & lib. 12. c. 2. & Horatius Augenius de sanguinis missione cap. 3. quorum omniũ expositione Hippocrates & Galenus de Vena cubiti sinistri interna loquuntur; quæ lienaria per hos dicitur, & ab Hippocrate splenitis, qui duo primi medicinæ Magistri nil videntur commenti de Vena dicta, vulgò salvatellâ in sinistram extremam manum se terminante, quod si Galenus hanc aliquando commemoravit, id ex sensu fecit aliorum. Omitto etiam libros spurios, ut de Anatomia Vivorum, ut præter modo recitatos locos in lib. 13. metho: (xi. & in l de therapia per phlebot. c. 14. & 16. p. de Humor. co. 23. & 2. ad Plaucanern. cap. 2. 14. in l. de anat. viv. (de Vena Concava &c. de Anat. Manus, & de anat. viv. & libro qui est præsagiũ experientiâ confirmatum; ex quibus libris spuriis transcripserunt Soranus, Ephesius, Oribasius lib. 7. cap. 5. l. 6. Syno. c. 5. Paulus lib. 3. c. 49. Ætius lib. 10. cap. 11. Trallianus l. 8. c. 12. serm. 7. c. 12. Rasis ad Mansor L. 9. cap. 70. Hal. l. 7.

Practices.c.40. Actuar. l.3. c.1.Rabbi Moy. in aphor. part.22. Mi. l.7. c. 40.Serapio lib.6. Breviarii cap. xv. denique Rasis, Avic. Schola Salern. & nam in libris Galeni Pervitus & in lib.3. de Anat. administrat. c. 5. & lib. de curandi ratione per sanguinis missionem c.14. & 16. perpetuò de hac vena & aliorum sententia, nunquam ex mente sua loquutus est. Antiquissimis igitur rei Medicæ Dictatoribus istis Vena seilem nullius est usus ante citatis effectibus curandis in quibus magis ex usu foret internæ sinistri, vel hæmorrhoidum apertio. Rectè itaq; Hieronym. Capiu. lib. 1. de morbis cap. de phrenitide, Joannes Malverda lib.7. cap. 8. Horatius Augen. prorsus, negantes usum istius vacuationis, scilicet magis valeat universalis consensus. Scio quæ Mercatus de affect. Mulierum, & in lib. de recta præsidiorum indicatione c. 4. & Arnoldus super Scholâ Salernitanâ, qui experientiam sine ratione afferunt. Nec placet duplex Pauli responsio lib. 3. c.49. mitto autem brevitatis ergò rationes nec Vallesi ingeniosa responsio, me Judice, ac Massaria probatur. an verò possit vacuare supradictos morbos ob venarum, & arteriarum anastomosin, vel ob connexionem partium, vel ob ectitudinem Græcè κατ' ἴξιν, vel propter aliud tuum audire judicium expecto.

Vale Mesapiæ 16. Januarij 1655.



DISPV-



Disputationis universæ Summa brevis, & argumentum.

VEnæ Salvatellæ sectio præstabilis est alias, alias minimè præstant. I.

Præstabilis est, siquidem inoffenso veterum ritu administretur, inflammationi videlicet Sedandæ Lienis; quemadmodum, si jecinoris ascensioni dexteræ manus vena feriatur; quod Avicennæ atque Arabibus visum est. II.

Improbabilis autem est administratione recentiorũ, qui hac utuntur inveteratis jam affectibus lienis, aliisque vitiis melancholici apparatus nulla fulti ratione. III.

Plurimi contendunt hunc medendi morem comprobare, tùm frequentibus experimentis, tùm suffragantibus majorum testimoniis. IV.

Experimenta Nos tum inficiamur, quæ sequi possunt administrata alia subsidia remediorum multiplicia V.

Tùm quod comperta sunt ejusdem administratæ phlebotomes non infrequentia nocumenta. VI.

Deinde ratione multiplici suademur, gravius offuturam semper, quam profecturam sattam tectam Salvatellæ sectionem. VII.

Quod si profuit hæc aliquando, factum id communi phlebotomes virtute ac præter consilium medici dirigentis, qui ne statum quidem corporis præsentem, ac medendi opportunitatem animo complexus, fortuitò fructum casu percepit. VIII.

Adde quod omnis morbi Levatio per hanc phlebotomen parata fuerat & per basilicæ sectionem obtineri, si tunc temporis fuisset hæc administrata. IX.

X. Quod verò attinet ad Priſcorum auctoritatem, cum hi manus phlebotomen approbare viſi ſunt, manum quidem ſæpè pro brachio ſtatuerunt.

XI. Quod ſi concedatur etiam num manum extremam ab his tradendo conceptam, nihilominus quoties hanc inſecandam præceperunt, in acuto jecoris & lienis affectu jam vigente nō autem veteraſcente, ſeu revulſionis gratia, ſeu cum impedimento quopiam occupatas venas ſuperiores attrectari ſcalptro non liceret.

XII. Neque ſi vacuationem hanc majorum quispiam commendavit, propterea derogavit quidquam cubiti venis, qui fructum alioqui parem futurū non dubitaviſſet, ſi per infirmas vires, aut alia impedimenta pertundi cubitum licuiſſet.

XIII. Ad ſummam ſalvatella perpetuò venis brachii ſuccedanea, & ſubrogata, cùm natura, tùm arte cenſetur. Cæterum hâc tota diſſertatione præcipuus noſter conatus fuit, oſtendere nullum manus cum liene comercium præter longas quasdam ambages, ac præter adminiſtratum, qui κατ' ἴξιν extare, niſi tamen, quæ ſola supereſt noſtra & Hippocratica lienis venarum phrenicis ſociatarum obſervatio admittatur.

XIV. Cæterùm extent conſortia, non extent primas cubiti venis deberi ſiniſtri; vicarias verò virtute atque amplitudine minores eſſe manus extremæ, religione potius, ac traditione, quàm uſu probatas.

XV. Hæc tota de ſeilemphlebotome ſententia noſtra eſto atque hæc inſtituti noſtri ſyllepſis.

Sequitur tabella Capitum demonſtratorum.

Seilo-

Seilomastigis Partium Capitumque series, partis primæ Conflictoriæ.

Pars secunda Derogatoria.

(o)

Pars tertia Repulsoria.

Pars quarta Anti-Spigeliana.

Pars quinta Definitoria.

§. 4. Ratio

Finis Elenchi *Paragraphorum.*

Ana-

Analysis & Synopsis Spigelianæ Professionis, quæ monstratur.

Nulla
- per hypothesin arteriarum
- & per anastomoses absolutè dictas
  - Ab antiqua multorum Authorum, sed recepta nunquam opinione.
  - A vulgato anastomoseon, & valvularum abusu.
  - Ab ubere, ac majore anastomoseon internarum absolutione.
  - Ab exemplo insufflatorum Vmbilici vasorum agnito spiritus vitalis pervasu longinquo.
  - Ab autoritate gravissimorum virorum, qui ne latum quidem unguem à Naturæ orbita recesserunt.
  - Ab ipsarum usu partibus extremis negato.
  - A sensu nullo pulsatilium vasculorum.
  - Ab autopsia aberrata.

Deficiens - - - - - A vetito transfusu sanguinis in vasa vicissim sui ipsorum usu.

Falsa
- Per propositas anastomoses complures
- per anastomoses brachiis negatas
- per perversam binorum anastomoseon locorum collocationem.

Inanis per phlebotomen, quæ per summam longinquitatem usu caret lienis attingendi, & alterutrius sanguinis educendi eductu nullo.

Fallens in maximè necessariis; sanguinis primam promiscui mox melancholici crassique detractu nullo; sanguinis arterialis eductu detrimentoso.

Aliena & adversa fini salutari.



SEILOMASTIX

Seu

De Venæ Salvatellæ pertundendæ falso Consilio. M. Aurelius Severinus Thurius Crathigena Tharsiensis rei Chirurgicæ & Anatomicæ in Licæo Neapolitano primus Professor, Ad Epiphanium Ferdinandum Messapiensem autorem rei medicæ probatissimum παράδοξον recognoscendum offerebat.

PRÆFATIO.



Enè, prudenterq; factū arbitror ab his, Epiphani Ferdinande sapientissime, qui contemplationi rerū, & litteris addicti, civitatibus populo refertissimis valere jussis, in recessibus, & solitudine sibi philosophandū decrevêre. Quantum enim ad societatem, & ad cōmercia commoditatis exhibent isti conventus publici, tantundem etiam perturbationis, & inquietis ad animi tranquillitatem, & ad quietem naturæ contemplatoribus offundunt. Hæc litterarum, & studiorum impedimenta quotidiè nos experimur Neapoli, quæ, si quæ Civitas alia nobilis, tumultuosa est, & turbarum plena. Equidem, quod ad me pertinet, ne dum quietem, sed & laxationis aliquam partem hîc degens desideravi perpetuò; deinde circuitus istos anxios à Medicis factitari consuetos, iniquo semper animo tuli, factus equidem, ut mihi ipse videor, ad placidam vivendi rationem, non ad solicitum quæstum. Dum autem necessitatibus laboriosæ vitæ servio, per meas occupationes in re medica factitanda confertas, factum est, ut responsum ad tuas litteras primo quoque tempore, sicut debueram, nullum reddiderim ad hanc diem; qua, non quod respirârim ab omni negotio, sed quod præcipua negotia violenter abruperim, ad te redeo rogoque per tuam fidem, ut, quæ retuli, tàm vera credas, quam quæ verissima, neque enim aut officio, aut instituto meo constare me crederem, si sen-

Philosophantium recessus quanti sint ad studia momenti.

De officio serius præstita excusatio.

Ab authoritatis æſtimatione teſtificatio.

ſi ſenſum, placitumque tuum quodcunque non megnifacerem, aut non reſpicerem decenter; quo neque comitati ipſe tuæ deeſſe debes, ut de excuſatione meâ nihil dubites premptius admittendâ; Verum ad rem abs te propoſitam devenio.

§. I. *Firmamenta quibus Salvatellæ phlebotome fulcitur.*

Problema diſputationis noſtræ præcipuũ. Ex Anatomica periria demonſtratio inſtituitur. Firmamenta duo ad ſuadendã exequendamque operam obiecta.

QUæſiviſti, non quod ignores profectò, ſed quod ingenioſum Anatomici tentare libeat, opinor; quid ſentiendum rationali medico de venæ ſeilen manus ſiniſtræ digitos perreptantis in ſplenicis vitiis curandis aperiendæ uſu. Porrò cum univerſæ functionis noſtræ medicæ curatoriæ duo ſubſint firmamenta graviſſima & præjudicata, ſcilicet curationis exercendæ fides, ac ſuadentis rationis vis; hæc ambo noſtra mortalium deliberandi ratione, ac judicio non diſſentanea ſunt tantum, ſed & fermè pugnantia. Quamobrem quantum altera pars, ut aſſentiamur facit, tantumdem altera, ne conniveamus reclamat; ut poſitus inter utramque rationalis homo, qui nil gratis efficit, aut decernit, inter hæc ambigere cogatur, atque ſcaperdam trahere videatur.

Adagium. Iuſtisſima eruditis in Salvatellâ hæſitandi cauſa.

Itaque, Epiphani, nutante propemodum per contrarias rationes animo, qua rectè teneris in amicum fidelisſimum fiduciâ, ſententiam meã, atque ipſam problematis enodationem à me exigiſti, quam utinam rem exequi valeam pari mea facultate, quanta equidem apud te ſim authoritate. Nihilominùs quâ idem ego genij habitudine ad tibi parendum comparatus ſum, eâdem ingenij promptitudine obſequi non recuſabo. Sic igitur ad obſignatum mihi ſenſum accedo perſolvendum. Hi omnes, qui ſeilem admirandæ ſe devoverunt, & cœlitus quaſi lapſam medelam ſuſcipiendam voluerunt à duobus ſe credunt liquidò tutisſimos, quibus ſe perhibent oppidò munitisſimos, id eſt auctoritate ſapientium, & ſolidâ experientiâ. quibus utriſquè nulla ſint ſuâ quidem opinione fundamenta ſtabiliora, firmamenta firmiora; nimirum, ut, quod ſcitum viri prudentisſimi, non ab re conſtituerint hoc ſuâ roboret experimenti conſtantiâ, quã vel ſuaſione quacumque potiorem arbitrantur plerique omnes. Eſt quippe hæc domeſticus teſtis, purpuræ ad purpuram oppoſitio; abſolutio Cæmenti; lydius lapis; Iuvis tabulæ, Minervæ ſuffragium, Semiramideus Murus. Victus Moneta, terminus dubitationis, plenisſima comprobationis ſumma. Hanc igitur ſic exactam comprobatricem, hanc ſic plenam ſuffragatricem venditant iſti ſeilem religioſi tutatores. Cæterũ præter hoc firmamentum. nacti ſunt & aliud approbantium virorum. qui & dignitate Principes, & numero multi fuerunt. Quorum omnium autoritas

Seilẽ medela experimento atque authoritate corroborata procesſit Experimẽti commẽdatio.

aut

aut non cedit, aut æquipollet rationi; licet nec ratio desiderari credenda sit in eo dogmate, quod tot tantique viri mordicus retinuere. Neque enim consulti sint homines verè probati, qui sint iidem consilio destituti. Sapiens alioqui non secum ipse tantum, sed & cum divinis mentibus colloquitur Gul. Pach. hist. c. 2. adeò beata sors eius est & heroica potestas ut Græcus nobis & Latinus Homerus indicavere. Igitur quicumque fuerint dignissimi viri qui pro hac medela firmanda pronunciarint, hos omnes diligenter exquisitos recenseamus. Græcorum quidem approbantium numerus mediocris; Latinorum minimus Barbarorum longè maximus fuit, ut qui longissimè recesserunt à puriore & anatome. & Medicina in cuius throno considens Hippocrates tum splenitidis pertundendæ meminit, tum manus venæ: quas nos binas appellationes partitò discernemus ad singulos identidem locos suas depulsiones ex ordine oppposituri. Quæ per incisam manus venã fuerint Hippocratis magni curationes, deque ipsa faciunda præceptiones ex curationibus una, & singularis fuit Oeniadis, cui per sanguinis redundantiam extrabescenti, vena facta utriusque manus, restituta salus est.

maiorum nostrorum præiudicata ratio, licet non expressa.

Ordines professorũ quorũ suo ordine distincti.

Hippocratis de vena manus enunciationes.

Vt idem l. 5. Epid. vers. xxvi. Præceptiones vero traditæ sunt hæ Prima, Prægnanti decem mentes perficere nequeunti, ac de more corrumpenti, & si vires sufficiant, ante hæc omnia venam in manu sinistra secato lib. de sterilibus n. 24 vel Sect. 3. vers. 330.

I. Hippocratis præceptum.

Secunda verò mensibus prodire desitis si dumtaxat eruperint; postquam, inquit, ab hac curatione desiveris his, quæ secundum naturam fiunt desinentibus, sanguinem de manu detrahere oportet, siquidem fuerit fortis de ambobus brachiis, si verò debilior de altero sufficit lib. de sterilibus versu 336. De erysipelate correpto pulmone, Hippocrates lib. 2. de morb. num. 53. vers. 122. si discesserit, ait, dolor sub scapulas cucurbitam affigito, & venas in manibus pertundito. II. III.

Sequuntur de splenitide, seu de splenis vena testimonia, quæ in splene est in cubito secabatur lib. 2. epid. sect. 2. M. vena, quæ splenitis appellatur, tendit à splene ad latus, à latere vero ad humerum, & ad sinistram manum lib. 1. de morb. n. 23. vers. 217. sect: 2. alias 242. VI. V.

Tendit & à liene vena in sinistra sursum ac deorsum, velut ab hepate, verùm tenuior, & imbecillior. lib. de morb. sacror. n. 6. in M. consentiens locus cum eo lib. 1. de morb. num. 23. Pleuritidi verò, quæ fit sine sputo venam secare conducit in manu, splenitidem appellatam, aut hepatitidem, iuxta utram sanè fuerit morbus lib. 1. de morb. num. 25. seu vers. 242. sect. 2. & l. 2. de morb. n. 71. in morbo nigro. & l. 1. de humor. com. 12. VI. VII.

Galeni de vena manus enunciationes. Hactenus Hippocrates, cui dictatori nostro secundus Galenus cõplurib⁹ operũ suorum locis testatam suam de manus phlebotome sententiam reliquit lib. 2. de usu part. c. 2. & lib. 17. eiusdem operis cap. tum primo tum secundo, & lib. 1. de Anat. administrat. c. 5. & lib. 3. eiusdem operis c. 5. & lib. de Anat. vivorum cap. 24. quod est de Anat. Venæ concavæ, & c. 25. quod est de Anat. venarum manus, & lib. 6. Aphor. comm. 36. comm. primo de humor. par. 14. & 23. & lib. de inæquali intemp. c. 2. & lib. 13. meth meden. c. XI. & lib. 2. therapeutico ad Glauc. C. item 2. & lib. de therapia per sanguinis missionem c. 14. & lib. 9. de comp. med. per loc. cap. 2. & lib. qui inscriptus est, Præsagium experientiâ confirmatum M. Post Galenum autem circa illud ævi meminerunt & eius venæ sectionis, tum Aretæus Cappadox lib. 2. de morb. cur. c. 2. tum Cælius Aurelianus Siccensis lib. 3. tard. passionum c. 4. tertius his Ephesius fuit Soranus medicæ Isagoges c. 21.

Aretæus. Aurelianus Soranus.

Græci posteriores. Accesserunt Græci posteriores, quorum primus est Oribasius Sardianus, qui de hac re meminit lib. 2. Collect. c. 5. & lib. 7. eiusdem operis c. 7. & 6. Synops. c. x.

1. (Oribasius)

2. Secundus Ætius Amidenus in lib. X. c. XI. & ser. 3. c. 12.

3. Tertius Alexander Trallianus lib. 8. c. 12.

4. Quartus Paulus Ægineta lib. 3. c. 40. & lib. 6. c. 4.

5. Postremus Actuarius Ioannis F. 3. Method. Medend. c. 1.

Aristoteles. Sed & Aristoteles splenitidos venæ meminit lib. 3. de Animant. historia c. 2.

Serapio. Ex Arabibus primus esto Serapio lib. 6. Breviar. c. 15.

Itali Abbas. Mox Itali lib. 7. pract. capite 12.

Rabi moses. Rabbi Moyses aph. 22.

Raze. Rhazes lib. 9. ad Mansorem c. 70.

Avicenna. Avicenna lib. 1. fen. 4. c. 20. & l. eod. fen. 1. doctr. 5. c. 4. & li. 3. fen. 15. tract. 2. c. 3. & in hunc locum Gentilis.

Monspeli professores. Arnald. Villano. c. 103. Postremo scholæ Salernitanæ Medici cap. 103. & alii, Monspelienses antiquissimi, quorum primus Bernar. Gordonius: mox imitator Valescus de Taranto tertius, at dignitate primus. Arnaldus Villanovanus singuli in curatione Scirrhi lienis & Græcorum, Arabumque communis amicus Symphorianus Campegius, & quis non alius barbarolatinæ, nec non latinitatis postremæ scriptor, qui curationem lienis graviter affecti, aut melancholicæ vitiis, aut febris quartanæ, aut hæmorrhoidum curationes attigere; horum alter alterum sequutus, quemadmodum in grege balantiũ posteriores sectantur continenti serie priores. Enimverò sicut Salustio visum est in sua ad Cæsarem oratione, Multitudo Vulgi, more magis quam judicio

Deblateratio eorum qui Cabalistico more Antesignanos nulla propria indagat. facta cæcutientes sectantur.

judicio post alium alius sequitur quasi prudentiorem. Interea nulla comperitur medicè facti ratio, nulla rationalis demonstratio vel ipsis testibus salvatellæ fautoribus; ex quibus gravissimis Arnoldus Villanovanus in enarratione Regiminis Salernitani sub calcem; seilē, ait, sive salvatella est vena, quæ est inter auricularem, & medium, tendens plus versus medium digitum, & oritur à basilica; ista aperitur in dextra manu in obstructione hepatis, & in sinistra manu in obstructione splenis; & quare sit hoc, nescitur ratione, sicut dicit Avicenna, sed experientiâ, hanc enim invenit Galenus per somnum, ut ipse dicit, quia habebat quemdam in cura, habentem obstructionem hepatis, & splenis, & somniabat, se phlebotomari patientem de illa vena, & sic fecit, & curatus est.

Vacua rationis salvatellæ phlebotome. Arnoldo Empirica salvatellæ medela. Seilem sectio inventum Galeni per somnū.

§. 2. *Hypotheses nostræ ad contrariam ostensionem appacatæ.*

HActenus fuerunt à nobis fideliter recitatæ quæcunque tuendæ splenitidis seu salvatellæ faciunt dignitati; ex adverso, si quæ fidem hujus, atque authoritatem argumenta labefactant, aut oppugnant deinceps audiamus.

Ex Anatperitia demonstratio instituitur.

Principio autem repetere licebit quædam, & si nota, & plana, tamen ad rem dubiam explicandam omninò necessaria. Omnes ab ævo Professores Anatomici communi semper calculo consenserunt, ex universo venarum genere duplicem esse caudicem, ac matricem (ut ego dixerim) cavam, inquam venam, & portam, quas utrasquè alii voluerunt ab uno jecinore proficisci; illam quidem à gibba, atque huius exteriore parte; hanc à cava atque interiore situ, alii verò portæ initia, progressusque, haud ab hepate quidem, veram ab intestinis & ex Mesenterio primum autumârunt enasci. E quibus sunt Ioannes Riolanus Anatomicus Celtis ab Andrea Laurentio dignitate non secundus, in Archopographiæ lib. 2. c. 15. & Bartholemæus Caprolius Monspeliensis in observat. Anatomic. 1. si enim, hic ait, radices in hepate sunt; rami verò in intestinis: jam arborem invertimus; jam rami surgunt, chylumque trahent, radicibus jejunis, quo quid ineptius vaniusvè? Etiam Hippocrates huic portæ nomen fuisset, si per ramos radicib⁹, portari pabulum credidisset, ineptissent etiam, qui manum hepatis cognominârunt, quod instar manus chylum iecori porrigant; nisi dicamus chylum à radicibus mesenterio infixis sursum pellici. Hæc ille, quæ non ita quidem evincentia sunt, ut non elisa fuerint à Jacobo Carpensi in Mundinum cap. de vena cava ascendente, quæ per nos referri necessum non est, parergi loco recitata. Præsta-

De venæ portæ ortu. Hypotheses futuræ nostræ demonstrationis. De portæ venæ ortu Anatomicorum dissensus. Placitum Riolani, & Caprolii paradoxū. Repulsum Riolan.

Caproliiq; iudicium. Disclusos omnibus modis caudices utrosque cavæ & portæ.

autem nos ad nostra reverti. Porrò constat anatomicâ autopsiâ, atque omni, tum rationis tum experimenti critirio diversi planè ordinis, atque ortu, de situ, incessu, munere dissitos, utrosquè caudices venarum in animantis naturâ, nec aliquam habere, præterquã longinquam anostomoseon communitatem. Porta quidem chylo conficiendo, perducendo, distribuendo dicata; cava verò sanguini procreando, delegando, dispensando destinata; Atqui splenicas venas ad portam quidem non autem ad cavam pertinere, deindè verò venæ cavæ esse portiones, quicumque rami, artus & partes artuum attingunt, eadem anatomes evidentia docet, & plerique professores dogmatici nostri perhibuerunt. Inter cæteros Julius Cæsar Claudinus in cap. 2. de medentis ingr. ad Infirmos, Itemque Sanctorius in lib. 3. ritè vitand. in medicina errorũ, & alij, quos post hæc nominabo. Ita planum est splenicas venas ad portam attinere: Quæ causa una fuit, ut Jacobus Berengarius Carpensis in comm. XIII. in anatomem Mundini §. de vena cava ascendente pag. 172. & 173. professus sit constanter venas lateris dextri, sive superiores, sive inferiores majore respondere consensu cum liene, quam lateris sinistri venas, quippe quæ venæ dextræ situ locorum propinquant breviore, quod cuicumque (ait) anatomico patet. quam adversionem cognovit, & Petrus Peramatus Medicus Hispalensis in lib. de vacuandi ratione cap. 31. Verum utrarumque bini caudices propaginum diremptum aliquid plenius enarremus.

IacobiCarpensis opinio singularis.

§. 3. *De venæ portæ propagatio, deque venæ Axillaris exterioris toto divaricatu.*

Hepatis venæ duplices.

IEcoris venæ duorum sunt generum: quædam subtiliorem chyli portionem ad iecoris cava proferunt, excoquunt, attenuant, præparant, quas quidem portas appellat Gal. lib. 4. de usu part. cap. 2. nempe per has veluti portas succus in ventriculo, ut intestinis elaboratus advehitur iecori.

Venæ portæ ortus & historia.

Ortus ejus & propago sic se habet. ex toto iecoris ambitu venæ quædam capillares exoriuntur, quæ in tertia iecoris regione versus medium expanduntur, adultæ postmodum in majores ramos, qui quinque numero observati in singulas iecoris fibras distribuuntur. Protospathario descriptore commemorati rami postquã antedicto modo divaricati sunt, rursus coëunt in unum, atque inde constituitur uno caudice vena porta. Hæc obliquè ad sinistrũ declinans per multos venarũ surculos ad vesicam, ventriculum, intestina, lienem, mesenterium, & omentum implantatur.

Divisio venæ portæ.

Præcipuè verò discinditur in duos ramos, primus altior, & sinister ferè totum ventriculum, & omentum, superiorem Coli arcum & lienem subit,

I. Vsus venæ portæ.

2.

3.

Venæ cavæ ortus & historia.

Nexus venæ cavæ cũ vena portæ.

Venæ cavæ situs.

Vena phrenica.

Vena Coronaria.


Vena Thymica.

Vena sine pari.

Venæ sine pari usus.

Intercostales venæ.

Ramus phrenicus.


IVGVLARES.
AXILLARIS RAMVS
MVSCVLEA
RAM: CLAVIORV DIVISIO
VENA AZICOS.
CORONARIA CORDIS
MAMMARIA
CAVÆ ORIFICIVM IN DEXTRVM CORDIS SINV PERTINENS
SEDES
CEPHALICA seu HVMERARIA
PHRENICÆ
BASILICA seu HEPATICA
IECORARIÆ VVLGO CAVÆ RADICES DICTÆ
CAVÆ
MEDIANA
EMVLGENTES
VENE
SPERMATICÆ
SALVATELLA

Caproliiq; iudicium.

Disclusos omnibus modis caudices utrorque cavæ & portæ.

IacobiCarpensis opinio singularis.

Hepatis venæ duplices.

Venæ portæ ortus & historia.

Divisio venæ portæ.

aut
qu
nis
dic
gi
eu
do
qu
tic
m
ru
a
&
ta
c
&



ſubit, ſecundo inferior maior, ac dexter ferè totus in meſenterium & inteſtina conſumitur.

Vſus venæ portæ multi tribuuntur. Primus ut nutrimentum à ventriculo ad iecur transferat. 1. Vſus venæ portæ.

Secundus ut ventriculum, inteſtina, lienem, & cætera inſtrumenta naturalia, per quæ diſſeminatus eſt, alat. 2.

Tertius, ut ſuperfluitates ſanguinis expurget, bilem quidem per duos ramos cholidochos, humorem, verò melancholicum per venarum ramos ad lienem, & ad inteſtinum rectum delatos. 3.

Conſimilis eſt ortus venæ cavæ ac fuit portæ, neque aliud eſt diſcrimen, niſi quod illa ab extremis hepatis circumferentiæ partibus venarum puſillarum unio ad producendam cavam fit in gibbo iecoris externè, ad producendam verò portam fit internè. Venæ cavæ ortus & hiſtoria.

Huius ergò per hepatis parem chyma rami intrò ſubeuntes in hepar, ramis portæ connectuntur per exigua etiam inperceptibilia orificia: cuius amborum connexus conſilium fuit, ut poſſent venæ cavæ rami ſanguinem attrahere in ramis portæ contentum ſecundus uſus fuit ut inde poſſet enaſci vena cava. Nexus venæ cavæ cū vena portæ.

Situs ejus & propago talis eſt. dividitur illa quaſi per medium totū hepar transverſum, ejuſque pars ſuperior permeat in dextro latere nervoſam diaphragmatis portionem, atque & pericardium, quod continuatur cum ipſo per foramen magnum, exinde dexterum cordis ventriculum attingit in ſublimiore cordis regione, ubi venam conſtituit coronariam in baſi cordis. Venæ cavæ ſitus. Vena phrenica. Vena Coronaria.

Quo relicto vena cava ulterius aſcendit ad jugulum, & ut poſſit procedere, paravit illi natura ſubſterniculum, & pulvinar quoddam, quod è glandula thymus dicta: Ad quem locum antequam aſcendit, dividitur cava dextrorſum propè quintam vertebram in ramos octo. Vena Thymica.

Eſt deinde vena ſine pari, paſcens totidem coſtas inferiores, & inter coſtales muſculos, & œſophagum. Vena ſine pari.

Uſus hujusce venæ eſt, ut mutuam habeat communionem cum venis thoracis, quæ prodeunt ab axillari. Venæ ſine pari uſus.

Eſt & alius ramus intercoſtalis dictus, qui ſpatia nutrit intermedia trium, aut quatuor coſtarum ſuperiorum, quem tamen ramum interdum deficere obſervatum eſt. His addi poteſt quartus phrenicus dictus, qui ordine quidem eſt primus, ſed à pleriſque omittitur quandoquidem inſigniter exiguus eſt. Intercoſtales venæ. Ramus phrenicus.

Poſtquam verò diffudit cava quatuor hos ramos, phrenicum coronalem, ſine pari, & intercoſtalem, rurſus diſcinditur in duos alios inſignes ramos

Subclavii rami superclavii. ramos, qui à situ partis subclavij dicuntur. Quorum pars una intra thoracis cavitatem occluditur, pars altera à thoracis finibus egrediens in axillas tendit, unde axillaris vocatur.

Intra thoracica propago. Mammaria thymica capsularis, cervicalis, muscularis. Ab illa intra thoracem quinque oriuntur venæ, mammaria, thymica, capsularis, cervicalis, & muscularis, singulæ ut apparet, à parte, cui incumbunt, appellatæ.

Extra thoracica propago thoracica Basilica Cephalica. Iecoraria. Vena communis sc. mediana. Error medianæ notatur. Ab axillari, quam diximus extra thoracem prodire de subclavijs tres oriuntur venæ thoracia, basilica, cephalica, thoracica, quæ musculos thoracis anteriores nutrit. Basilica verò & brachii interna & iecoraria & hepatica dicta est. Eadem est duplex, profunda & subcutanea, profunda proflexuram cubiti delapsa partim ad radium contendit, partim ad cubiti os, & per annularem musculum decurrit. Obiter hic nota, quod musculus hic dicitur annularis, quia refert annuli formam, per eum enim tendines musculos ibi terminantium colligantur, subcutanea verò basilicæ pars propriè dicitur, quæ cuti substrata, & ad cubiti sinum allapsa, cum humerariæ seu cephalicæ ramo conjungitur, ex qua conjugatione comunis vena conflatur, quam Arabes medianam, & nigram vocant. Errant autem qui putant hanc esse peculiarem & tertiam brachij venam. Hæc brevis basilicæ descriptio; Reliqua cephalica est, quæ ab Hippocrate externa dicitur eo quod sit in externa humeri parte, propterea etiam humeraria dicta, quam Carolus Stephanus putavit produci ab externa iugulari, Laurentius verò ab axillari ramo.

Cephalicæ venæ historia. Cephalicæ venæ exortus varius statutus. Hæc in duos ramos dividitur, quorum unum in interiorem cubiti partem delatum, & cum basilica complexum diximus constituere communem venam, alter verò aliquantulum ad exteriorem brachii partem ad carpum reflexus manum externam irrigat, & manifesto ramo inter minimum digitum, & annularem terminatur, vena seilen seu salvatella producta, quam tamen Arabistæ quidam faciunt humerariæ ramum, de qua re non disputo. Concludo tamen sententiam per antedicta hæc & conficio, cum eruditissimo Francisco Perla Calviensio in eiusdem libri de loc. in homine commentario jure meritò adprobato per absolutissimum judicem Fortunium Licetum; Venam portam & venam cavam diversas omninò esse, nec continuas inter se, nisi aliquo pacto mediis capillaribus, quæ veluti radicum capillam ita per hepatis substantiam disseminantur,

Quod si tàm dissita tàm toto cœlo distracta sunt bina hæc genera venarum, quàm delphin à bove, lecythus à strophio, cothurnus à clava, quod insaniamus, nos inter ea vasa ponere communitatem? quia potius aliò confugimus, unde verè suppetit auxilium: Suppetit autem venis hæmorrhoidis principi intestino hærentibus internè; cujus evacuationis bene-

neficium ut utilitatem admisit non obscurè Galenus locis abs te, Epiphani Ferdinande præclarè demonstratis qui sunt videlicet Comm: in 6. epidem 5. tex. 25. F. Comm. in 6. Epid. 2. tex. 2. & l. 4. de San. tuen: c. 41. & lib. 3. art: med: tex. 40. & lib. 4. aphor. 2. & lib. 6. aphor: 2. & 12. & l. 2. de arte curat: ad Glauc: c. x. & lib. 3. de humoribus 26. & ad summam ostendisti rationem, modos, & instrumenta, quibus feliciter confirmatur inanitio discretis, & semotis venis externis ab internis, quæ veram frugem promittant. Si hæc autem non satisfuerint te concedente, suggero experimentum: quod inhiavit primò Jo: Argenterius c. 89. Comm, in Art: Med: Mox. Zaccutus in Histor. Princ: vir. pag: 21. & Fort. Fidel: l. 4. contemp: med: postremam. Est autem hoc, cucurbita oblongior figura, quàm latior (hanc enim primò approbavit Hippocrates C!. de medico) quam aquâ calente vaporatam accommodaverit minister an semel aut iterum, ut venæ penitùs exerantur.

¶. §. 4 *Rationes reliquæ, quibus evertitur Salvatellæ phlebotome.*

PRima igitur firmamento, quî fieri potest, ut lienem, & à liene profectos morbos levet, elisa quapiam manus externæ vena communi nullo inter commemoratas partes exstante ductu. Ratio I. Salvatellæ ad lienem analogia nulla.

Secunda ratio ex abditis Galeni aditis excerpta, sed plerisque omnibus incomperta est, nimirum hic optimus medendi Magister maximum sectionis venæ momentum posuit ἐν τῷ κατ' ἴξιν, quæ quidem est veluti regula, & gnomon, non peculiaris tantùm, huiusce functionis, verùm etiam, evacuationis, & medicationis universæ; è necessariis curandi cōsiliis unum, primariumquè caput Naturæ benefacientis dogma præcipuum. Hippocrati solenne curriculum; medentium oculatorum perpendiculum. Benè in malâ valetudine sperantium fundamentum; languoris avertendi gubernaculum; vitii trusor, clavus: benè medendi principium: via salutis, quasi curator prævarices, nil ultra boni perficias. Rectitudo, inquam, accommodatæ medelæ non fieret hæc legitima, sed nomine, & instituto indigna, neque enim hoc ΚΑΤΟ'ΡΘ'ΩΜΑ ἀλλὰ ΚΑΚΟ'ΡΘΩΜΑ, quod tamen vitium, judice me, non declinabit venæ sectio ex superna manu cōfecta; neq; enim hęc rectè respondet, verùm obliquè meat lieni; quod à Galeno docti in c. 16. lib. de venæ sect. monstrabimus nos in partis comm. 3. §. primo respondet, inquam, manui, lien sinistræ, & hæc illi parte internâ; non autem respondet aliquo pacto superna, quod ostendit ex Hippocratis sententia genius eius appellatus Ludovi- Ratio II. Medicationis, quæ fit κατ' ἴξιν secundum rectitudinē prærogativæ. Confirmatio per Galen.

cus Duretus, licet angusto verborum compendio minus expressum, in

B. Dureti judicium. περὶ τῶν κατ' ἶξιν.

enarratione 63. capitis Holleriani, quod est de arthitide, sub his. Illa (de salvatella) sanguinis detractio potius superstitiosa, quàm judicio, aut ratione inventa. Omnia, quæ virtute, ac lege naturæ suscipiuntur in exercendo, atque abscindendo fiunt κατ' ἶξιν, ut docuit Hippocrates in E-

κατ' ἶξιν duplex Hippocrati.

pidem. κατ' ἶξιν autem duobus modis apud Hipp. ad amussim (ait niveau) & ad perpendiculum (tout droit.) Est libella fabrorum, Cæmenteriorum instrumentum, quo non rectæ parietum lignorumque facies, sed rerum in plano positarum æquilibrium, sive libramentum, & neu-

Perpendiculi explicatio.

tra in parte propendens situs exigitur; Gallis niveau dicitur. Quo verò rectæ parietum lignorumquè facies oculorum nictu pernoscuntur perpendiculum vocatur, à Gallis le plomb, Quo anguli diriguntur, norma,

Regula Fabrilis. Libella piscis qua re sic dictus.

le équarre; Quo longitudines regula sive linea, la Regle; Vitruvius. longitudines ad regulam, & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respondentes exigantur. Libella igitur ligno transverso cõstat, in huius medio aliud rectum est, è cuius sumo filum adnexo plumbo demittitur. Hanc figuram piscis iste capite transverso, & reliquo corpore in huius medio sito aptè refert; quam ob rem libella meritò dicitur. Hæc ille. quæ ad Gallorum nominum sensum comprehendendũ retuli. Ego verò disertioribus nostris definitionibus non supersedebo, primum exponens, quid sit amussis funiculus, inquam, regularis; quo rubricato, aut cerussato, ac duorum è regione stantium fabrorum mani-

Amussis descriptio.

bus distento primum, mox in medio per primores alterius digitos in sublime rapto, ac dimisso, lignum subjectum elaborandum tingitur, ac signatur explorandæ operis, æqualitati. Sic Persius de Poeta suos versus extrema prorsus accuratione condente dixit in satyra. --- „ scit tendere versum

Non minus, ac si oculo rubrica dirigat uno:

Et Virgilius in carmine de viro bono:


Ne quid hiet, ne quid protuleret angulus æquè
Partibus, ut coëat, ne quid deliret amussis.

Ita quidem plurimi de amussis idea sensere. Verum l. 2. quæst. Plautin. ea definita est ut regula, sic amussis est æquamentum lævigatum, & est apud fabros tabula quædam, quâ utuntur ad saxa coæquanda. Ve-

Amussis usus duplex.

rum utcunque, recti exactrix perpetua est amussis, neque ullus inter binos autores est dissensus, nisi quod amussis usus est duplex : Alter cum plumbatus in imo ad rectitudinem inveniendam funiculus in regula nõ adhibetur: alter verò cum plumbigerulus in imo funiculus in medio appenditur regula, ut soli æqualitas exploretur, quod instrumenti genus

perpen-


Legitimæ Rectitudines Galle
Iecur
lien
recta
falsa
rectitudo
falsa


Legitimae Rectitudines Galleni
Iecur
lien
recta
falsa
rectitudo
falsa

Perpendiculi definitio.

perpendiculum vocatur. Hactenus de his, à quibus revertor ad effata viri Segusani, quæ cum maioris argumentationis & assumptionis loco dicta sint, atticè propèmodum, ut hic homo consuevit; citra minoris clausulæ subjectionem, hæc quæ desiderantur, supplebimus nos, subdita particularum in sermone præcipuarum hac enarratione. Naturæ nostra mortalium incommoda propulsantis certa lex, & consuetudo est, ut partis cujuspiam principis evacuatio perpetuò cum rectitudinis fiat præscripto; quod commonstratum est à Galeno in lib. de curando per sanguinis missionem cap. 14.

Nostra supra Dueti enumeratũ enarratio.

Ratum autem est illud (verbis utar Dureti) quod eo ducere, quo repunt, atqui omnia vergunt κατ' ἴξιν: nulla igitur naturæ contentio, quantumvis jure, ac loco suscipiatur, sperabilem crisin ostendit, nisi κατ' ἴξιν procedat: Denique nil medicorum votis respondet, si desideretur illud κατ' ἴξιν. Artifex igitur noster cum evacuat, hac omnes suas cogitationes, ac rationes dirigere debet, ut invariabili κατ' ἴξιν lege vacuet.

Dureti discriminatio.

Cuius recti ductus subdidit Reros Segusii divisionem in amussis, & perpendiculum notiones; quas nos ante definivimus. Quibus sit ante propositis, reliquum est, ut dispiciatur, quæ Duretiana sit interpretatio ad Hippocratis locum, qui est in 6. epidem. part. 2. n. 12. cuius ea est sententia, quod dictatori summo duo sunt ordines κατ' ἴξιν; alter secundum latitudinem corporis, ex adverso respondens ἀναπαλὶν Græcè, qui cum de latere alterutro in alterum sit extensus, ad amussim, Dureto visus referri: alter verò modus est secundum longitudinem, atque ad perpendiculum, ut si lieni laboranti responderit infernè bubo, atque inguinis abscessus, ut accidit Herophonti histor. V. lib. 1. epid. & rene graviter affecto crus, quod è regione substat, stupore tentetur, ut 6. epid. particula prima, sententia V. hæc ad perpendiculum dicentur, quod cum ordinatur una naturæ vis, potest & ars pariter imitari; cum coxendicis cruciatus profanat auris ustione contrariæ, contestato quotidiè nostrorum hominum experimento; & cum sectione venarum post aures sitarum τὰ κήδματα, id est, defluxus ad coxas percurat observatore vel ipso Hippocrate in lib. 6. epid. par. 5. sent. 22. hæc duplex τῦ κατ' ἴξιν est idea Dureto. ad quarum neutram cum accommodari queat sectio salvatellæ, sic excluditur usus eiusdem recti: quamquam & alius rectitudinis est abusus, & vitium à Galeno præmonstratum in lib. de therap. per sanguinis omissionem c. 16. quod est per venæ de manu externa sectionem, occurri malis internæ faciei per sectionem verù manus internæ, id est, cubiti citerioris occurri malis lateris interioris, atq; adeò sicut venis unius ordinis, puto extimis, sic & intimis alteris hinc atque hinc respondentem suum esse dictum. quare non accidit alteri per

κατ' ἴξιν secundum latitudinẽ corporis. κατ' ἴξιν secundum longitudinem corporis. Historiarũ Hippocraticarum exempla. Tertium rectitudinis genus à Galeno propositum.

chium ad usque caput extremum dilabenti per lineam brachio parallelam, ut aliqua ad interiora ratione spectent quemadmodum ex appictis ponè figuris discere licet. Ex hoc igitur κατ' ἔξιν genere ternorum nulla phlebotome manus erga lienem cum extet ipsam rectitudinem absolutè nullam agnoscet.

Quibus jam cassis rectitudines formis, an ne aliam allegabunt, quę est per fibras. verum audi quā nullam hanc facit Franci, Perla Calviensis nobilis enarrator Hipp. lib. de loc. in homine, contex. 23. p. 89. F. At si rectitudo illa fibrarum vel vasorum directione consistit, quæ directio esse poterit adeò distincta inter portam & cavam, quæ non nisi per capillares confusè, quæ splenicæ venæ correspondent, cum iis uniantur, quæ sinistræ partis venæ cavæ propagines & capillamenta sunt? At hæc q. d. mera confusio magis est, quàm discreta directio.

IV. Ratio Sylvatici rectitudinis.

Hæc sunto de ista re nostræ demonstrationes, & contra vitiosum seilē usum oppugnationes: Ad quas accedito tertia Ratio Baptistæ Sylvatici, quæ in Epistola ad Josephum Casatum descripta pag. 28. est hæc; quemadmodum sanguine melancholico peccante, & crasso, si vel exigua vena secetur, sive amplâ angustâ scissione afficiatur, æger læditur, quia antequam crassus sanguis educatur, plus profluit tenuis sanguinis, qui evacuari non debet, quàm efflüeret amplâ scissione; & ratio est, quia parva scissura resistit sanguini crasso, minimè autem tenui: pari ratione cum tenuior sit vena summæ manus, quàm vena cubiti seriùs sanguinis fluxum admittit, spiritibus autem, quod fluxiles sint, nihil resistit; quam ob rem plures evacuari necesse est. Addamus etiam exsolutionem ipsorum spirituum, quæ aquæ calidæ fotum necessariò, qualis sit, consequitur. Ad quas adductas à Sylvatico rationes addere atquè possis, & alias à Joanne Trullio Medico Romano Anatomico peritissimo in peculiari de hac re ad me epistolâ scriptas, quas suo cum loco sis lecturus non est quod hîc inculcem supervacuè.

Ioannis Trullii medici Romani ratio.

Hæ quidem ad exortum vasis, atque deductum seu potius ad analogiam, atque euroiam pertinuere rationes, spectatâ tamen absolutâ manus venæ sectione; quæ si conferatur nunc ad venas cubiti superiores sic ratiocinium repeto meum; si cavæ, atque axillaris venæ surculus est hic ipse, qui pertunditur in manu; quid non in superiore ramo, qui visceri propior est, atque ad efflu[...]um humoris melancholici crassique paratior? Verum quod in exilis vasculi termino præstet apertio, quā in exordio, nulla est utique ratio, quæ persuadeat, ut incisâ venâ salubri melancholicum educendum humorem attendamus; qui terrestris, cænosusquè cum sit, non ad sublimes corporis partes aëris, aut ignis in morem

Ab educendi humoris repugnantia.

rem aſcendet; verum ad humiliores, ac paratiores nutu ruet ſuo. Sic commune medicorũ ſcitum fuit, ut & hæmorrhoidibus venis hic humor exigendus ſit, vel antiquo M. dictatoris oraculo, quod eſt 6. aphor. 4. xI. Atrabile vexatos ſupervenientibus hæmorrhoidis ſanari. Hæ igitur in imo ſitæ dolij fundum cum referant, humor verò contentus fæcem, pro portione reſpondet terræ, quam neque Dij ſuperi ſicut Homerus dicebat ad ſuperiora trahere valent, quod nos è manibus actuoſis, ſolidiſque membris eruendum malimus, quàm de infimis infimum. Enimvero dictat natura, ut inde hauriatur, quâ ſcatet humor. Verum enimverò rurſum conceditor ſeſſilis humoris gravis, & pertinacis ſuis è ſedibus avulſio, & in ſuperiores venas ſublatio; tamen è vaſculo ſeilem tenuiſſimo, paremq;, qualem oportet ſecturam ex apice ſcalpelli recipiente ſanguinem craſſum & melancholicum tibi ſuadeas, ita feliciter eliciendum quemadmodum è grandioribus, & laxioribus, quæ per amplam patiuntur ſciſſuram: quo deliquiſſe videtur infinitè Nicolaus Florentinus, qui craſſiſſimum ſub febre quartana cruorem educere molitus parviculam venam punctura ſcalpſit, contrarii è diametro faciundi conſultus homo; quaſi ſuum curationi fructum invidiſſet, & ſcopo ſuo contra niti voluiſſet: Atque id quidem non alia de cauſa, quàm quod hiatu laxiore videbatur futurum, ut vires labefactarentur, quæ non benè firmæ, quales oportet eſſe, non reſponderent, neque conſentirent evacuationi. Ita quidem ancipites, ac perplexi contrariis finibus coguntur eſſe hi, qui labeſcenti virium facultate, nihilominus audent obire grandes evacuationes. Exhauſtum autem hominis oportet eſſe vigorem, ſuſtento diu morbo, & corporis ergaſtulo jam quaſi perfoſſo prioribus, & multiplicibus aliis ſubtractionibus, ſeu plenitudini, ſeu cacochymiæ ſatisfacientibus, quot & quantæ medentibus ſunt ſolennes. Quæ quinta recenſetur cauſa quo minus inclinante jam robore, morboque, debeat languentibus nova ſeilem phlebotome ſuſcitari; quod incommodum inter alia pleraque diſcretiſſimi ſcriptores adnotârunt; tum Petrus Peramatus in lib. de vacuandi ratione cap. 29. F. tum Jacobus Ponſ. in lib. de venæ ſect. ſub calcem. His rationibus incompetentior, & alienior ſeilem phlebotome monſtrata eſt, quam ut condonetur: ad hæc futilis, & momenti leviſſimi videbitur eadem. Ergo omiſſo, quod nulla rebellis humorum machina ſuperiores ad ſitus evocari poteſt, præter hæc inutilis agnoſcitur eiuſmodi vacuatio, ſi Galenus audiatur in l. de therapia per ſanguinis emiſſionem c. 14. & alibi ſuorum operum affirmans per ejuſmodi vaſculorum apertionem nil effatu dignum educi. Quare, quis ex ea phlebotome ſit expectandus fructus morbis obturationibus emovendis, non video.

Homeri ſuffragium.

Nicolai Florentini lapſus, de prava ſeilẽ inciſura.

A recto aberrantium ambages & tricæ.

Quæ inſolens & iniqua ſeilem phlebotome.

E manus extremæ venulis nil effatu dignũ educi.

Invisa viribus exhaustis phlebotome.

Sed vides tamen ex adverso pleraque ex hacce phlebotome incommoda futura. Primum ex eo, quod indicavit Avicenna lib. 1. fen. 4. doctr. 5. c. xx. extremis ab artubus elicita vacuatione vires languentis virales non modicè lacessiri; quod equidem credo fieri, quia de actuosis impendio membris spirituosus exprimat sanguis; quam autem è manu sit spirituosus sanguis proxime in successuris sermonibus abundè demonstrabo. Deinde & alterum reddit incommodum, quod hæc venæ sectio corporis habitum plus iusto refrigerat; quin etiam incompetenti, & intempestivâ sanguinis inanitione recrudescunt humores, & morbi materia recrudescit ostensore Francisco Valleriola lib. 2. enarr. 8. ex crudis verô, refrigeratisque succis incrementum capessunt obstructiones, quemadmodum demonstravit Sylvatius in epistola ad Josephũ Casatum. quinimo Galen. l. 8. meth. med. c. 4. atqui lien, & humor, & status sub quo vena suppungitur, ad ideam referuntur, frigidam. Sic igitur constituto liene, qua demum hæc phlebotome ratione conducere queat? quod si quisqiam occurrat contendens in inanitione liene, non in alteratione levamen haberi: monitum subinde contradictorem volo, jam evicisse, nos inanitionem hanc ad lienem neutiquam attinere, neque melancholiam magis hac manus quam communi brachii phlebotome depleri. Vide autem quanti hanc præ illa noster habuerit Galenus. Hic enim sectionem venæ inter annularem, & medium digitum sitæ cognovisse testis est in capite 5. lib. de anat. admin. 3. sed nihil in c. 7. libri de locis affectis 3. sanguine melancholico redundante non manus extremæ venam, quam nostri præferunt, verum internam cubiti delegit: & comm. 2. de ratione victus in acutis, sub partium internarum inflammatione venâ axillari, & internâ non apparentibus, non manus utiquè summæ surculum, verum humerarium ramum incidit, tanti scilicet fecit seilem Galenus. Adde hæc; quod jam apparuit, eum, qui aperitur in manu, surculum de primo esse caudice venæ magnæ, quæ gibbum adrepit iecoris, & quando etiam constitutum est, humorem qui subductus benefacit esse melancholicum naturalem: tum optioni dederim alterutrum, vel humoris hunc effluxum factum esse duntaxat ad ramũ, quod nemo quidem dabit, siquidem hoc pacto secretus à reliquo sanguine nullo secretore, ac nulla secretionis causa videtur; vel succum hunc melancholicum totos vasorum meatus adusque iecur percurrere: Atque hæc fermè insolens & admiranda foret melancholica cacochymia, quam carthartico potius, quam phlebotomo diluendum, quis est, qui non agnoscat? Igitur cassa est salvatellæ suppunctio, quæ insuper (ἐκκάθαρσις) depurgatio, aut phlebotome iecori profectò, & hujus gibbæ parti, non lieni congrueret, contra quam proponit adversaria velitatio, quid

Instantia. Redargutio. (margin note beside "tur constituto liene")

Dilemma. (margin note beside "benefacit esse melancholicum")

Remedii importunitas. (margin note beside "gnoscat? Igitur cassa")

igitur

igitur morbi detrimentum, aut ægri levamentum ſalvatellæ phlebotome committis? Quoniam autem tempus, quo venam hanc elidere conſueverunt, extremi jam eſt, & inveterati morbi, quæſo bonos homines, quid extrema de manu ſanguinis uſuram exigi, quæ rectius 2. Aphor. 19. jam ineunti malo debebatur, avertendæ videlicet inflammationi, quæ lienis parenchyma tertius obſidebat, & opprimebat? reſponderint, ut minus deterentur inde vigor vitalis: cui ego refugio ſic occurro, quum ſalvatellæ per Euſtachium Rudium, per Jac. Hollerium, per Duncanum Lidelium, per Joannem Herculanum, per Rahem, perque alios plerosque omnes, paranda ſit latiore cæſurâ. Deinde verò, licet etiam anguſtiore cæſurâ, ne multum ſpiritus effundatur, internam pertundi venã; porrò nihil erit, ut viribus providentes plus ſalvatellam, quam mediam utriusque ſectionis, modis æque conſtitutis, deligamus. Quin verò, ſi vim ſpectemus, qua ſanguis ex manu proliciendus procuratur, id eſt, frictiones, talictra, fomenta, calidos laticum immadidatus, ad extremos uſque ſanguinis hauſtus; atque ad hæc latiorem, quam vena patiatur, cæſuram; ſic diſſipatum ſpirituum effuſiorem in languentibus, qui parum habent ſpiritus futurum, quis non videt? Aliud adde gravius ſuper electione temporis advertendum, quod ſicut Alexandro Maſſariæ lib. 7. practicæ Medicinæ c. 22. temerarium & inconſultum eſt, progreſſa diutius quartana, ſanguinem aperta iſta vena laxare, ſic & in lienis partibus affectionibus. Porrò ſub initiis affectionum acrium, ac φλογοδῶν, & præcisè recludendâ venâ, lib. de curando per ſanguinis miſſionem c. 19. & lit. 2. aphor. 29. potiſſimum revellendi uſu, non autem longè producto atque inveterato malo; at verò noſtri rancido jam affectu ſanguinis curſum revellunt ordine planè præpoſtero, ſic à recto aberravit judicio Euſtach. Rudius, qui lib. 2. pract. Medic. 1. feriendam ſcilem venam Chronico morbo decrevit.

Salvatellæ ſectio per omnes autores præcepta ut latiore cæſura.

Ab Importunitate & uſu perverſo temporis ratio.

Ad ſummam autem, ſi contrahamus vim omnem noſtræ diſſertationis, perorabimus ad hunc modum. Adminiſtrabitur hæc plebotome, vel revulſionis: Neutrum utique probatur. Igitur, &c. Aſſumpti partes abunde monſtratæ defuerunt, atque inſuper ſæpius monſtrabuntur. Hæ meæ per hoc temporis de perverſo ſcilo plebotomes uſu ſunto rationes quibus in calculum ſubductis apparet jam, tum nil proficere, tum nonnihil officere deſcientem à magnis medicinæ magiſtris, noſtram manus venæ ſectionem.

Sorite argumentum parabimus.

Peroratio.


¶. §. 5.

¶. §. 5. *De superstitiosa & vana venæ seilem observatione.*

ODiosam quidem dissimulare conceperam, verum absoluti sermonis ergò silere non possum potissimam salvatellæ superstitionem, quæ quidem arguitur vel secundum ejus originem primam, quæ somnium fuit, ut Arnoldus Villanovanus, Franciscus Valleriola, atque alii quidam adverterunt. Aliàs autem superstitione natam cognovit Ludovicus Duretus in enarratione ad Jacobum Hollerium 63. per hæc: ex intervallo annulari illa sanguinis detractio potius superstitiosa, quam indicante ratione inventa, ut sæpe dixi. Talem quoque Jo. Riolanus Anthropologiæ l. 5. c. 46. testimonio fretus Aretæi vocavit. Verum enimverò non sit Magicæ absolutè notæ salvatellæ cultus; at nihilominus non erit sine vanitate, & inconstantia sui multa, sed asserentium non minore, quorum alij prima ejus exordia ad divinam in somnio admonitionem, quam dixi, alij ad primos Græcos autores, alij ad Arabes retulêre; plerique sympathiâ constantem, non nulli Saturnino quodam manus fæculenti sanguinis excipulæ, cum frigidi, siccique lateris sinistri confluxu congruentem existimavere, quidam Anatomico consortio præstabilem, quidam citra traductum hunc sanguinis mirificam prodidere. Nec defuerunt, qui dexteram quoque manum hepati medendo pupugere, licet alii religiosiùs sinistræ soli laborantis lienis levandi privilegium deputavêre. Atque alij rursus iecinori restituendo remedium momenti magni: Alii verò nihil attigerunt, è quorum numero & Ætius est Amidenus, qui in hepatis inflammati curatione nihil manus venæ meminit, contra quam Arabes & Juniores; ut qui resondentis utrisque visceribus utrasque manus fecerunt. Qui omnes utrinque concordantes in origine commerciis, & sympathiâ atque horum aliis, cæterorum discrepârunt in plagæ modo; volentibus aliis plagam phlebotomo faciendam ampliorem, sanguinis crassi, qui minimè transcurrit, & facilè grumescit ergò. Contra verò dicentibus alijs, angustiorem hiatum relinquendum, multò spirituum effluvio cohibendo: de qua quidem re, quid sit rectè sentiendum, explicavimus: nos axactius aliis locis: cum quorum dissidiorum varietate, & multiplicitate, & phebotomes inconstantia multiplex item & gravis alogia coniuncta est; neque enim magis è latere sinistro, quam dextero, nec magis è manu quam è pede dextro vel sinistro proficere debet ipsa. Quod autem ad pedes, & hoc in postrema contra quosdam Anatomicos disputatione demonstrabo. Cæterum quod ad manum attinet; hæ sese offert argumentatio, quod qui ascendit ad seilem san-


Phlebotomiæ manus delectus varius.

Ut ostendit Sanctorius in opere de ritè recog. error. medic.





At repræsentandam vndelibet inarutione parem par item utriusq lateris venarum diuaricas.



f. 17.



Phl
mia
delc
vari

Veol
Sance
in op
ritē
error.
die.

ſanguis non minore celeritate, nec inferiore corporis, quod curatur, commoditate de dextra, quam de ſiniſtra attraheretur, ſi major, aut minor utilitas ſpacii longinquitate eſſet dimetienda. Porrò ſpatij longitudo tanta eſt tandem defixa rami ſuperclavii ad ſummum humerum ex latere dextero, quam è ſiniſtro; ſive volueris attingendam venæ portam, ſive ſecus, ut livamentum ſuccedat degravato lieni, atque adeò paria ſunt utriusque ſpatia, ut diſcere licet ex hac figura.

Tantidem è dextra ſcilem quã ſiniſtra.

His jam expoſitis oſtenſionibus, dixi, equidem parem futurum ex utrovis latere fructum: nunc colligo, atque amplio ſententiam, propterea, quod è dextris manus venis præſertim ex pedibus exhauriri licet humorem, ut iam ſtatuimus craſſum: quippe quod caviores, ac plures in dextris, quam in ſiniſtris (Hippocrate autore morbo ſacro num. 22.) ſunt venæ.

Noſtrorũ ante aſſertorum correctio & declaratio. In dextris grandiores & plures venæ quam in ſiniſtris.

Quæ cum à nobis demonſtratio prodita ſit de ſola manu, poſthac agnoſces, quod non magis phlebotome manus, quam pedis malevalentibus ſit proficua. Cui protinus inſtituto noſtro ſi reluctatus quis fuerit, adſtruens maiorem pedum longinquitatem, equidem huic adverſatus memorabo rurſus id quod retuleram ante, non plus ab interno viſcere pedum venas diſtare, quàm utriusque manus; quin etiam harum vaſa longinquius ab illo ſecedere, quam pedum; obſervatione ſcilicet ac dimenſione Vitruvianâ per circini prægrandis pedem, alterum umbilico impoſitum, alterum per hominis ſupinè diſtenti pedes, ac manus controtatum. Atque modico intervallo diſtat à liene umbilicus, quin verò ſi normam anatomicam adhibere noverimus, apertiore negotio comperiemus, longius à liene diſcedere vaſa hujus ad manus, quam ad pedes deducta. Quod fit ob gyrum, qui circumducatur oportet à liene ad axillarẽ, & ab axillari ad cephalicam, & ab hac ad ſurculos manus. Vaſorũ verò lieni pedibusque communium ductus rectior eſſet. quare liquidò jam apparet, fore potius, ut conducat apertio venarum pedis, quam manus, quin & aliud melius commodum reddìtura fuerit phlebotome pedis, quod humores craſſi, qui ſunt vacuandi magis ad pedes, quam ad manus gravitatis nutu prorumpent. Accedit quod cum humor facilius deſcendat, ſi trahatur is ad crura de liene non minus derivabitur, quæ averretur cenſore Vidio in lib. 12. de Cur. memb. c. 3. F. pag. 382. Sic & extremũ pedẽ lienis obſtructioni medendæ percellit Valeſcus de Taranta non infimæ neq; infirmæ ſcriptorũ autoritatis in Philonij c. 13. quum eadẽ in curatione Petrus Aponenſis pari Medicus præſtantiâ quã Philoſophus in commentario ad Meſuæi therapentica ſalvatellam pedis tutudit ſiniſtri, nec plus levæ quam dextræ, quod neſcio quo concurſu repertverit Ni-

Vitruvii libella L 3. Architut. cap. 1.

Propius reſpondet lieni pedis quam manus phlebotome.

Præſtaret ea pede quã ex manu phlebotome accinitatis ergò.

Altera per Vidium cõfirmatio, quod advertit & derivat à liene pedis phlebotome.

Confirmationis acceſſio per Aponenſẽ.

rit Nicolaus Nicotus in curatione quartanæ: à pede, quippe utroquè, & à dextra brevior ad lienem eſt via, quemadmodum ex aliàs propoſita venarum tabella, atque ex Jacobi Carpenſis doctrina poſtmodum à nobis recitanda diſcere licebit.

¶ §. VI. *De ſeilem abuſu mirabiliter promiſcuè.*

IAm aut quidquid verè ſit ſentiendum de pedis ope minus ad hunc uſum celebrata, ad manum reverſi, dicimus, quantùm iſti præjudicatũ hoc præſidium factitare conſueverunt, tantundem idem videri non temerè temerarium, quod promiſcuè propemodum, ac fermè πολυχρηςῶς viſitetur; ſic, inquam, affectibus medendis corpori communibus ut vitijs partiũ, Aurigine ſtomachace ſcorbuto Hæmorrhoidibus melancholica phrenitide pleuritide abortu, hagadiis vteri, palpitationi atque in his quidem temerè, indiſcriminatim verò in affectibus æquè calidis ac frigidis, vitalium, animalium, naturaliumque partium, & ſic iecinoris fervidi, ut lienis frigidi morbis tum continentibus, tum intermittentibus, tum acutis, & recentibus, tum chronicis, & inveteratis; principio vel vigore, compeſcendis furentibus malis vel ſedatis finiendis, primariis, ſeu protopathiâ, ſecundariis, ſeu deuteropathia, perfectis, fretis materia, & materia ſolutis atque illa quidem humoribus vel flatibus fæta: atrabiliaria, vel ſanguinea, cum inflammatione vel abſeſſu; ſub plenitudine ſanguinis & huius indigentia, crudis autem ſuccis, aut maturioribus, malignis, ac malignitatis expertibus; ad cacoëthas item, febres epialas, lipy, peſticios puncticulatus ardentes; præterea vitiis ab influxu & à congeſtu internè atque externè neuryſmatis, & Scirrhis ſub viribus benè firmis & maleferentibus evacuationes; Denique in revulſum & vacuatum ad ſummam cunctis ſub materiis, ſubjectis partibus, cauſis, morbis, ſymptomatibus, facultatibus, temporibus, occaſionibus omnibus, quaſi ſalvatrix eſt, & locus curandi conmunis ſalvatella. Igitur ampliſſima, communiſſima, optima, maxima de qua tamen omniũ minima proditum oraculum extat ſapientiſſimi Galeni, quod nihil effatu dignum ex ea procedit: adeò ſcilicet, quæ momenti ſunt, minimi faciunt hi homines maximi; itaque valetudo quæ ponderis eſt maximi tantum non ab his fiat minimi, confuſiſque rerum modis vitæ pretium forti committatur, & caſui, una religione aut verius ſuperſtitione ſanguinis interdigitalis. Quid enim poſt annularis ex axillari unâ venâ Rhazis? Poſt medialis altera Galeno, Hali, Avicennæ? poſt pollicaris 3. Mundino Hugoni, Dino, Guidoni delectæ, cultæ, retentæ fuerunt: at verò poſt indicalem quartam nemo parùm aut multum dignatus eſt ad hanc diem; quaſi

Inductio de præpoſtero ſeilem uſu. Ab amplitudine & perpetuitate.

Quot ſibi titulos prærogет ſalvatella.

à tempore.

à materia. ab origine.

Ampliſſim9 perſectæ ſellem uſus à more. Mercatus 4. de feb. 1. de indicat. c. 4 ab effectib. à viribus. A ſcopis modiſque evacuandi. Ironica peroratio. Quod non interdigitalibus ſingulis ſpatiis nec tota manus facie educatur ſanguis præterq̃ ex ſalvatella.

quaſi non ſit de eodem ſtipite ramus, de una radice propago. Deinde quid inter digitalis iſte, non aliæ per manus rhombum ullæ venæ receptæ ſint, aut inter hoc omnes agnitæ? quemadmodum, & pedis talus, & ſuperior facies ad hauſtum ſanguinis æquè pertunduntur. Quo loco ſuccurrit animo judicium Hadriani Spigelii Bruxellenſis Anatomici ſingularis lib. 5. de corporis humani fabrica volentis maximè, quæ minimum ſpectat, ſaluberrimam per punctu venam; quaſi verò quo minores ſunt in manu venæ, eo plenioribus gaudere debeant adiumentis, atque è manibus, quæ minima ſit, hæc frugis in hoc genere ſit maximæ; contra quam Galenus & Avicenna, qui non alia de cauſa pertulerunt inter digitalibus, aliis ſocialibus mediam ſalvatellam, quã, quod amplior extremis interceptus eſt ſurculus, quod & Hieronymus Fabricius & Alexander Maſſarias curantes lienis ſcirrhum adnotavere. . Quare quid Rhazæ venerit in mentem, ut minimam venam majoribus uſu detrahendi ſanguinis anteferret, incertum eſt, niſi fortaſſe, factum id, quod venæ nigræ ſplenitidis falsò putatæ ſurculum hunc crediderit apertiſſimum. Quid enim illud eſt Arabum & Damaſceni: ſenes à quadrageſimo anno cephalicam venam, à quinquageſimo medianam, à ſexageſimo baſilicam incidi ſibi non patiantur, quaſi verò non ſint hi ramuli omnes ex uno ſtipite ſurculi. Neque enim hîc aliæ mihi recenſeantur ambages & ſalebræ Arabum & Arabiſtarum concertantium de propagatione atque ortu Seilem venæ, horum quidem à baſilica, horum à vena communi & nigra, & aliorum rurſus ab uno ſurculo, aliorum verò ab aliis: de quibus omnibus lege Captenſis in Mundinum caput, mira rerum non dico perplexione, verum immenſa rerum confuſione ſtupeſces, adeò gratuitò arbitraria, adeò commentitia lubentiaque plena circa ſeilem & ſalvatellam & ſalubrem venam fuit opinatio, quam Veſalius & Columbus & cæteri anatomici animadvertere. Vah enim! quam vulgò paratum eſt, quod probabile videatur, id continuò comminiſci, commentum verò jam per cõplures veluti manus tradi, & ſartũ tectumque proponi. Eſt hæc incertitudo phebotomes ipſius extra quàm cœleſtium corporum opportuna dictatio, cum attenditur à plerisque omnibus & in hac opinari variè cõſueverunt, ut ex admirabili vena ſanguinem hauriant theſauro parem: nempe ſub lunæ revolutionis momento, interlunium interpreter, lienis organica mala venæ ſectione medenda voluere nonnulli, de quorum numero Reverius eſt ſolenander in conſil. 3. & Duncanus Lidelius in 2. de curandis febr. putridis c. XII. quod eſt de quartana. His tertium annumeres vulgi judicium, haud decerno: ſed ante lunæ coitum temporis modum ampliavit Alexander Benedictus Veronenſis in Artis therapen-

Salvatella digiti minimi frugis eſt maxime Adriano Spigelio.

Quo iudicio Rhazæ pronæ manus extremam delegerit venã.

Carpitur Damaſcenus & Arabes.

Perplexitas & alogia multiplex de ſeile aſſertorum.

In Aſtronomica conſultatione diſſenſus.

Duncanus Lidelius.

Phlebotomia ad ætates lunæ inſtituta.

rapenticæ lib. 18. c. XVII. quippe quod eo tempore melancholicus humor cum sanguine confunditur, quem coitus punctum in quartanis aliàs curandis observat, tum idem ipse Benedictus tum Hieron. Cardanus in lib. artis porvæ pag. 113. Ad hunc modum plebotomen administrantes alii defectam, alii plenam lunam observârunt: & ex his qui defectam, alii coitionis punctum, alii tempus quod accedit spectârunt, atque in hac etiam observatione multas ambages servârunt.

¶. §. VII. *Experimentum firmißimum reputatum, alterum salvatellæ fundamentum dicitur.*

Obiectatio experimentorum.

AT occurrent vile illud, & putidum (ita me Deus amet) experimenti præsidium obtrudentes, quod nemo sapiens, sicut fore confidunt, audeat tergiversari, verum enim vero subsistant hi tantisper; ostendant, haud ita planum experientiæ favorem, ut addubitari nefas sit. Porrò non approbat Aristoteles, aut Galenus experientiam, quæ cum ratione non sit conjuncta, quippe nullum remedium verè confirmes, quod à ratione non ante fuerit indicatum & comprobatum.

Experimẽtum nullũ quod rationis non sit compos.

Proferunt antiquum morem: At antiquitas derogat rationi, multoque minus veritati: verùm quod malè exædificatum est, malè corruit, & pleraque vetustate nitentia, novata sunt à prudentioribus, meliorem suum ætas quæque sensum habet. Adstruunt in hac re sexcentorum hominum consensum. nec meminere, quod Socrates eos, qui multitudini fidem habent imperitè, monebat, perinde facere, ut si quis tetradragmam unum contemnens rejiciet; acervum autem ex similibus congestum probaret, reciperetque: quare cui non fideres soli, ei nihilo magis fidendum in turba similium; non enim refert discernere quam multi sint, verum quam graves, numerus in quovis acervo magno adulterinus est. Hæc Diogenes Laertius de vita Philosophorum c. 5. cui apophthegmati consentit & Seneca Epist. 39. per hoc; judicia æstimes non numeres, & Cic. pro Plancio: gravior & calidior est decemvirorũ favor, quàm totius multitudinis imperitæ; amplius verò Magus Homerus Iliados secundo.

Autoritatis infirmitas ratione non fultæ. Vulgaris Censuræ elevatio. Simile Socratis. Indocti. Vulgi Iudicium.

Iliad. B.

ἀντὶ πολλῶν λαῶν ἐςὶν ἀνὴρ, ὃν Ξεὺς χηρὶ φιλίσαι.

Pro multis populis est vir, quem Juppiter corde amet.

Ita superat unius viri magni sanctio multorum effutita perperam, atque decreta. Quod & si plerosque Medicinæ scientes allegent ab ista etiam factione fuisse præterquam, quod vincit ratio autoritatem, ut Plinius, & Galenus asseruere: viderint contra præstabiles viros quamplurimos partim his ambagibus nuncium remisisse, partim etiam variè de hac ipsa.

Ad plurimorum in hac phlebotome cõsentientiũ. Instantiam occurratio.

ipsa re censuisse, quæ plurimam inesse dogmati varietatem aut inconstantiam planè declarant. Iam verò non sint è nostris, qui refragentur. Atque esto, magna sit autoritas, ac gravia sint momenta confirmati consuetudine moris, longeque iam ævo inveterati; nihilominus tamen quod summa totius causæ, quodque momentum est omnia continens, quæ perhibentur ab istis hominibus de phlebotome mirificè salutari experimenta, tam minimè sibi constant, ut ne dum hæc evacuatio decumbentibus proficiat: verum etiam plerumque officiat. Testimonium accipitur primum à Joanne Baptista Sylvatico in epistola de secanda in febribus putridis vena salvatella. pag 38. M. cuius verba sunt. Verum ut nonnullis auxilio fuisse, verissimum sit, nulli tamen obfuisse, aut obesse posse, debent demonstrare, quam nobis etiam contradicere liceat æque pluribus obfuisse, quam profuisse. Nimirum experimentum fallax est sui natura, quod in vestibulo suorum oraculorum monuit nos Hippocrates. ut hoc verò tuto administretur, solum rationis examen facit. Dissident autem hæc inter se longis intervallis: ita, ut loco pugnantium habeantur: Ratio siquidem in universalium vi sita est, experimenta verò singularium numero comprehenduntur: Quo spectaris fortasse Virg. ait in primo Georg.

Vincil. Ratio autoritate.
Concessio.
Experimẽti perhibiti inconstantia.
Hippocrati experimentum fallax.
Tutum usu ratione redditur experimentum.
Experimẽtum in singularibus ratio in universalib9 sita est.

Per varios usus meditando extunderet artes,
Exemplo monstrante viam.

Quoniam autem ab iis itur ad altera, cum facta computatio fuerit, Architæ Pythagorici nostri sententia comprobatur illorum veritas: ponitur hæc unica universalis participatione, in quo sola ratio dominatur, non autem sua ipsorum virtute, quæ nulla æstimatur. Atq; adeò, quemadmodum gubernator nullus velificatur ad exemplum, nullusque in regenda familia Princeps, ea tantum sequitur, quæ cuiquam contigerunt: ita propè medicus nemine ægrorum rectè curaverit experimentorum norma, nisi lydio hæc lapide comprobet rationis: neque enim hæc ubi desiderantur, experimentorum autoritas valet, verum uno rationis assensu valet. Nam neque decipitur ratio, nec decipit unquam, ut Manilio placuit, utpote quæ à rato veluti firmamento & dicitur & nascitur. Quare constanter seipsa nititur, eventu verò constantium evertere, vel pauca diversitas potest: atqui tàm immensus est numerus singularum naturarum, tum universi corporis, tum partium, humorum, facultatum, ætatum, temporum anni, constitutionum, Regionum, habitus, consuetudinis, vitæ instituti, causarum, locorum, morborum, symptomatum, proprietatum, tùm naturalium, tùm præter naturam: ut obruantur, tot multorum complexu singulares observationes, & plurimis in horas variè succedentibus, facilè committatur paralogismus.

Veritas universalis naturæ, participatione comparatur.
Simile duplex.
Experimẽtorum autoritas infirma.
Ratio nunquam fallitur rectè ordinata.
Rationis fundamenta valida & perpetua.
Experimẽta parvum discrimen evertit.

Huius lubricum lapsum, atque omnem circa hæc argumentandi fallaciam. Enarravit fusè Sanctorius in lib. 12. method. ritè vitand. medicis error. cap. 6. cuius summa brevis est hęc: falsa est experimenti suasio multis nominibus.

Primo quia nixa exemplo, seu inductione utraque reducitur ad modos tertiæ figuræ, cuius formam ex propositionibus particularibus universale concludentem præter senos modos postremos, ut falsos extremè repudiavit Aristoteles.

Propositionis ergò. Secundo quia ex puris particularibus argumentatio nihil infert noti, firmique, licet illam numero sint mille myriades & chiliandes excedente, de qua re M. Interpres Aver. 1. priorum 29. Inde autem est, quod experimentis & observatione nequeat ars constitui: quod adnotavit Galenus 2. de dignot. pulſ. & aliis multis locis.

formæ propositionis nomine. Tertio, Ad rectè concludendum requiruntur termini tres formaliter distincti.

Remediorũ nomine. Quarto Exemplo producto de portulaca stupore suo dentibus afflictatis medente, portulaca, inquam, si laboret Antonius angore dentium, vel juvabit hominem per se quatenus tale individuum: atqui sic alii non juvabuntur, vel juvabit per accidens, atque sic legitimam nullam, externamque conclusionem educet è se ipsa.

Subiecti nomine. Quinto, Singularia, quorum est experientia nullas habent proprietates communes, sed solum suicuique proprias, quæ dici consueverant, (hic & nunc) conveniunt uni, non alij. Igitur sicuti præteriti, præsentes, & futuri alij homines conditionibus illis singularibus non gaudebunt, eodem experimenti beneficio non gaudebunt.

Processus ergò. Conclusionis ergò. Sexto, Nullus differendo processus est à particulari ad cognitionem genericam, aut specificam, immò verò infertur in conclusione, quod non existit in præmissis. Experientia nõ edit universale. inductio est invalens notificandæ rei, quid sit, & attingendo universali. Ioannes Grammaticus 2. post. tex. 6. Inductione 1. elench. 4. repetitio fit principii. Eadem concluditur quidem aliud, verum non necessarium, seu velis universale, seu particulare. Aphrodis. l. 1. top. c. 1. & c. x. cuius causam præter quam verisimile non apparet D. Thomas in poster. Et Alexander ibidem c. xi. in qua progressus non est possibilis ad universale Aphrod. ibidem c. x. Ad summum igitur, quicumque voluerit ejus argumenti vim elevare, elevabit. Atque adeò salvatellæ fides quæ huius item generis est, quam levibus Araneearum filis dependeat planum jam est.

¶. §. VIII.

¶ §. *VIII. Ex Horatio Augenio phlebotomes Salvatellæ confutationes.*

Horatius Augenius nobis suffragatus.

SEd & Horatius Augenius ſuis in artis augeri ſcriptis & uſu medendi ſublatus in epiſtolarum Medicin. 8. & in lib. 5. de ſanguinis emiſſione cap. 20: nihilum quidem huic phlebotomiæ confidere profeſſus eſt, cujus rationes, & adverſiones brevi verborum compendio referamus.

Galeno & Avicennæ nunquam adminiſtrata ſeilem phlebotome.

Primum enim hæc Augenio perverſa ſanguinis vacuandi ratio viſa eſt, deinde nil, vel perparum utilis. 3. ſolum tolerabilis, cum majores venæ non apparent, licet ſectarum ſuperiorum venarum uſum nunquam æquatura ſit ſalvatella: quartò Galeno nuſquam volenti probata, atque ex aliorum ſenſu ſemper commemorata: quintò Galenus & Avicennas huic præſidio videntur diffiſi, quorum uterque repetunt ex aliis hanc venæ ſectionem. Hæ quidem tùm minimæ, tum indulgentes ſunt adverſiones, aliæ verò ſeveriores, & acriores ejusdem cenſuræ ſunt hæ;

Aliæ adverſiones rem magis ſtringentes.

Prima, nedum non fructuoſa, ſed & detrimentoſa ſalvatellæ phlebotome. Secunda, morbis omnibus, & omni tempore non conducibilis. Tertia, vires laceſſere amplius, quàm ſi maiores venas attigeris; duplici nomine. Altero quidem quod ſi veterum ritum inſtitutumque ſequamur,
ſanguinem eliſæ venæ, donec per ſe quieſcat, debemus poti fluere; qualis I.
quidem fluxus citra virium jacturam fieri non poteſt. Altero quod ſub II.
neceſſitate detinendę diu ſub aqua calente manus phlebotomem expertę, III.
ſpiritus multi vividiquè fit diſſipatio; ex maiore verò venâ perpunctâ neutrum veniſſe detrimentum, multò planius conſtat, quàm ut oſtendi, ſit obeundus labor. Ad ſummam huic phlebotomes electioni adverſari primum experimentum, incommoda quippe plus ſemel hæc obſervanti ſibi venæ ſectio comperta eſt.

Experimētis non inſiſti felieiter neq; tutò.

Quamquam autem iſti multam de ſalvatellæ ſalutari phlebotome experientiā jactitant, ac deprædicant, nihilominus, & non legitima hæc eſt, & neceſſariam in conſimilibus comprehenſionem, aut ſcientiam minimè parit, nimirum, quod Galen. comm. 3. aphor. XI. & lib. 7. de compoſ Medicam. ſecundū gen. c. 4. de catharticis, ajt; etiam ſi quisquam expertus fuerit ſex, vel ſeptē homines aliquo medicamento purgatos, affirmare tamen haud poterit, quolibet inde homines ex neceſſitate purgandos: nimirum quod ego inquā, certè agendorū omne ſtat in ratione momentū, citraq; hanc incerta, & fallax experimēti fides eſt in medicina, præſertim ab anatomico, ſi pendeat judicio.

Galeni teſtimonium de minus tuta experimēti fide.

Experimēti fides ſincetè captanda

Adde, quod quæcumque opera cuiquā auxilio certo, & privato accepta ferenda eſt, promiſcua hæc & intermiſta eſſe non debet. Enimverò quod admonuit Cornelius in operis præfatione, aliquid, dum ſolū eſt, non movet, quod adiunctū eſt aliis, maximè movet. At verò ſalvatellę phlebotomē nunquā

C. Celſi ſuffragium.

ſolam

ſolam, & ſingulatem videris adminiſtratam: verum hi omnes, qui hanc experti ſunt, & alia etiam remedia ante hæc experti fuère, quam ob cauſam incertum eſt, cui verè præſidio falſus ſingulariter ſit referenda. Tantum abeſt, ut ſalvatio ſalvatellæ ſit adſcribenda, non aliter ſanè ſubdam ego, quàm experimentum de Citrii antideto, cuius hiſtoriam attigit Ælianus ſi venenum prius, quam citrio, pluribus aliis præſidiis tentatum fuiſſet, haud eam certè præſtantiam, aut prærogativam adſciſcere ſibi quiviſſet. Igitur nulla eſt, aut infirma, quæ de ſalutaribus eiusdem meritis prædicatur experientia, ſed firmiſſima contra eſt, ratio de ſectionis ejus importunitate, & nunc nulla, nunc futili, quandoque falsâ, quandoq; ſuſpecta, ſæpiſſimè incommoda, & detrimentoſa facultate. 3. ſi majorum noſtrorum auctoritatem perquiſiveris, hos, & aliud indicaſſe cognoveris, quàm contendant ſalvatellæ patroni. quas ob res & experientia, & ratio, & autoritas derogant omnes ſalvatellæ dignitati; usque adeo, ut eius ſecandæ abuſionem, atque adulterinum medendi morem à dogmatica re noſtra eliminandũ, atque abrogandum Hugenius à monte ſancto ſanctè peroraverit.

Citrii exemplum.

Infirmitas experimẽti.

Firmitas rationis.

¶. §. *IX. Suffragia nobis ex antiquorum & Recentiorum calculis acervata.*

PRincipio Divus Florentinus in Fen. 4. Avicenn. cap. 20. lect. 11. de vena ſeilem ſuum hoc prodidit & Avicennę judicium, videtur quod rationabilius ſit, quod doloribus membrorum interiorum, qualia ſunt hepar & ſplen, plus conferat plebotomia axillaris, quæ eſt ramus venæ baſilicæ, quam phlebotomia ſeilem quæ eſt ramus venæ nigræ, & ideò non multam hoc dictum approbat. Hæc ille de non retinendâ ſeilem phlebotomia. Cæterum ſi Arabica ſchola phlebotomiam hanc aliquando probavit, ſcire licet initio ſolum affectionum auctarum hepatis & lienis inanitionem hanc adminiſtrâſſe, non quo nos pacto conſuevimus in morbis longis, inveteratis, & corporibus omni curationis genere tentatis celebrare. Verba dixi ſunt hæc: Nihilominus tamen, ſicut vena nigra in quantum componitur ex baſillicâ habet proprietatem evacuationis ad membra inferiora; ita ſeilen, qui eſt ramus ejus habet proprietatem aliquam evacuationis ad membra interiora; & ideo in doloribus hepatis & ſplenis, quorum cauſa eſſet materia ſanguinea, poteſt conferre phlebotomia facta ex Seilem, &c. Addam huc pro colophone ſententiam Ludovici Dureti viri, me hercules, in arte ſummi, qui ſuper Hollerii methodo curandorum morborum adnotat. 36. multa brevi complexus eſt, dicens

Divi Florenti ſuffragium.

Ludovici Dureti proloquium.

cens, scripsit summus præceptor: Proximum ventrem purga, proximũ vas seca (le plus pres est le meillieur) nec verò audiendi sunt, qui salvatellæ venæ sectionem præscribunt, neque enim habet τὴν ἔυροιαν & longius abest à fonte. quoties autem pigro lapsu fluit sanguis, malum est: venulæ inter digitos sitæ sunt venæ capillares. Hæc ille. Cujus viri eloquio adstricto, laconismo acuto, aphoristico Hippocratismo, quid plenius quid argutius, quid confertiùs dici queat? quod ita fortè fortuna diducet, atque explicabit quispiam. Proximum ventrem purga: proximum vas seca epidem. lib. VI. sect. 6. particula prima. Non est autem intelligendus omnis promiscuè venter, sed quẽ una quæque sibi determinaverit species, le plus pres est le meillieur gallica gnome; qua indicatur latine, id quod propius est, & præstabilius, vel in propinquum admoliri optimum est. quod præceptum in vacuationis negotio privatim accipiendũ est nõ in ἀντισπάσει tamen, & in ἀντιτάσει in quo opere divini senis decretũ accepimus, ut quam longissimè vacuaremus; eo scilicet studio, ut, qui partem infestaturus incurrit, humor saneque è diametro retrahatur, nõ autem è longinquo evacuatio facienda est, quæ sub partis prægravatæ aut urgentiæ casu instituitur. quippe quam fieri potest proximè administranda, si ordinatis aliis communioribus factum fuerit satis, omnibus autem modis, ut obsessa, & graviter affecta pars levetur; hæc non è lonlinquo, sed è propinquo est exoneranda; in longo namque intervallo periculum est, ne non attingente subsidio, necesse laboret extrema pars, facessatque pessumdata tandem vitæ consentiens principium.

Ludovici Dureti sensus enarratus.

Proximus esto fontis evacuandi locus.

Neque habet ἔυροιαν huic παρώνυμον est ἐυρῶν: quod sic ipse declaravit in commentario suo ad Coacaum librum primum 27. dicens meabile corpus est, quod Græci vocant ἐυροῦν, Naturæ virtute, meabilium libertate & humotis morbifici præparatione. Nos τὴν ἔυροιαν quidem fortê describeremus bonum, laxumque confluxum, qui proclivitas quædã est effundendi delinquentes humores à parte superiori deducentibus aptè viis, ordinata à prima naturæ constitutione, qualia scilicet emunctoria sunt triplicia, & cutis, & quæ dicta sunt Hippocrati loca conferentia lib. 1. aphor. 21. aliis ἐυρυχορία sunt autem hæc interprete Jac. Foroliviense, non solum canalium nomine cõprehensa, verum locus ex quo decidit humor, tum locus, seu terminus, in quem desinit, ut scilicet educatur humor extra corpus, vel si hoc non liceat, certè quam fieri potest remotissinè, id est, ad cutem, vel saltem ex membro nobili ad ignobile, id est, ex hepate ad inguina, ex corde ad alas, vacuationis plerumque sors debet inter naturam deductricem, & medicum adiutorem partiri. Eius negotii luculentum exemplum reliquit Hipp. in 1. de ratione victus

De meabilium congruentia παρώνυμον.

Loca conferentia Iacobo Foroliviensi quæ

Exemplum Hippocratis. in acutis com. 2. præcipiens, ut, si dolor à pleuritide superet iugulum, detrahendus sit longius per superiora sanguis; sin verò dolor infestet inferiora vacuandum sit per intestinorum regionem; quod confirmatum est lib. eiusdem aphor. 18. Verum hæc eadem quantò brevius,

Concors Hippocrat. alter locus. eò gravius Hipp. lib. de locis in homine dicens morbi eâ parte, quâ proximi sunt, educendi, & quâ parte singuli, quâ proximus est exitus, extrahendi. Exitus humorum totius corporis sunt intestina, ventriculus definitarum partium primò, deinde aliquo temporis intervallo vesica, uterus, ortis, (& longius abest à fonte) redit ad commemorationem depor-

Deportatarum longe suppetiarum vitia. tatarum longè suppetiarum: quas tamen neque sic repetit, ut perisologiam, aut tautologiam committat, & superfluam rem inculcet. Verum coniungit remedij longinquitatem cum εὐῤῥοίας vacuitate, quæ profectò

Icon. duo simul composita immensum apparere, faciunt remediorum defectum, ut præter quam videlicet nulla sit εὐῤῥοία partium extremarum in curatione spectatarum, ad hæc longa sit remedij distantia qua nihil potest dici majus, sed nihilominus addit majus quod est quoties pigro lapsu fluit

Piger effluentis sanguinis lapsus ex phlebotome detrimentosus. sanguis, atque pigro lapsu fluit sanguis, inquit, venæ salvatellæ suppunctæ. Collige nunc seriem omnem argumentationis, & dissertationis, quæ cum enixa quadam amplificationis, quasi gradatione constructa est ad hunc modum, debetur ventri gravato, quem fontem, principiumvé, id est, viscus dixit, proxima perpetuò vacuatio, sed in vacuatione εὐῤῥοία requisita est; cum εὐῤῥοία verò confertur præproperus sanguis exi-

Argumentationis cõstructio nostra. tus, ac delapsus; at verò deest phlebotome salvatellæ vacuandi propinquitas, desideratur εὐῤῥοία, deficit properus humoris delapsus, atque ex adverso subest longinquitas, intercedit piger sanguinis delapsus, ut quid igitur hæc phlebotome salvatellæ sit amplectenda, non multò maximè explodenda. Hæc hominis acutissimi Dureti dissertatio est. fuit &

Cardani suffragiũ. Hier. Cardanus, qui lib. de libris propriis pag. 267. velut, ait, cum ingravescente morbo salvatellam (ita manus vocant venã) incidunt, & medicamenta exhibent, quæ si expediunt ab initio, cur non proficiunt: perperam igitur aio, Severinus contra Nicolaum & Guilielmum, qui

I. Riolani suffragium. quartanam curantes seilem initio pertuderunt. Post hos Joannes Riolanus in Antropographia lib. 5, c. 46. remedium hoc, & inutile, ac superstitiosum damnavit, autoritate Aretæi. 2. Mor. acut. c. 2. cum sit venarũ cubiti soboles, quibus addidit. & hæc. Posteriores Græci pravis Arabũ opinionibus imbuti sectionem Salvatellæ laudârunt. ut Paulus Ægineta, Trallianus, &c. Derisioni verò habitam à Galeno vacuationem interpætati sunt Antonius Valesius in Scholiis ad Hollerij cape de febre quartana, & Alphonsus Bereveius Fanensis in 2. method. therapent. par. c. 4.

Post

n, de-
festet
onfir-
evius,
à pro-
extra-
defi-
, ute-
epor-
isolo-
erum
fectò
defe-
m in
otest
nfluit
opun-
ionis,
ructa
bium-
ne εὐ-
s exi-
opin-
atque
is, ut
ò ma-
it &
min-
nt, &
iunt:
, qui
Rio-
uper-
enarũ
rabũ
neta,
nter-
quar-
. c. 4.
Post

Tabella monstrans situs venarum atq; arteriarum longinquè distantes ab altero genere inter manum utramuis et lienem.





Tabella monstrans situs venarum atq; arteriarum longinquè distantes ab altero genere intèr manum utramũis et lienem.



Post quem Claudium nostrum Galenum secuti sunt, & alii non obscuri salvatellæ contemptores, è quibus hic primum adducam clarissimum ex anatomicis Andream Vesalium in exam. Fallop. §. de mamillarum arteriis, p. 89. Nisi fortè interceptum quoddam in universa venæ cavæ caudicis longitudine ridiculè effingamus, aut tam malè corporis fabricam habemus perspectam, liberemusvè, ut cum Hippocrate ex iecore unam in dextrum brachium venam produci, & unnm aliam à liene in sinistrum brachium ferri arbitremur, mireque ita sinistra à dextris distinguamus. Denique inter hos omnes non postremus habendus & Anatomes peritiâ, primus Julius Jasolinus Præceptor meus omni loco venerandus cum in consessu doctorum hominum aliquando sermo subortus esset de venæ τῆς ἐπιχείρε controversiis, ad me conversus oculo leni atque ore rotundo; cum cognoscamus, ait, nil certè de seile comprehendi, satius est hac abrenunciata ramis majoribus & superioribus manus, quorum ὑποβαλλωμένη hæc est, adhærere. Quam sententiam & Josephus Pomius Siculus non ignobilis in opere de febribus, qua de quartana sectatus est & hæc effatus. Quæ in manibus venæ secantur cubiti venarum sunt propagines, tunc aperiendæ, quando majores in cubitu non possunt secari.

Illusa hepatitis & splenitis vena Vesalio.

I. Iasolini de his venis sententia.

Iosephi Pomii super hac re calculus.

Realdum Columbum autoritatis ad hoc judicium valentissimæ, qui lib. 6. c. 1. hanc venā, ait, Arabes tum qui praxim exercent ferè omnes salvatellam nuncupant, cuius sectionem in affectibus lienis mire, ajunt, prodesse. Sed quantum missio sanguinis è salvatella in splenis morbus auxiliari possit, ego sanæ mentis lectori judicandum relinquo. Sed porrò sanæ mentis requirit censorem Columbus, id est, qui de peritia judicet anatomica; cuius unius luce clara cognovimus extremæ levæ manus, & lienis, haud esse communes, quibus inter easdem partes intercedat reciprocatio: nec minus clarissimi duo viri Caspar Bartholinus, ac Thomas Filius in suo de re anatomica comentario lucidissimo phlebotomes hujus usum nil dubitârunt detrectare specioso juxta ac brevi sermone constituentes, quod sectionem suæ seilem Arabes, & Arabistæ contra melancholicas affectiones commendârunt frustrà, & absque fundamento. Quantò igitur satius; quam Hieronymus Fabritius, qui in medicina curativa morborum interiorum cap. de scirrho lienis ignavè & minus anatomicè rejectavit tergiversantis modo laborē indagandi, an propter revulsionem, an propter latentem sympatheiam an aliter conducibilem oportunè administratam hanc phlebotomē fieri cōtingat. Præter hos audi consimili propè judicio prior his viris Ferdinandus Mena scriptis gravibus suis, & Francisco Vallesio discipulo spectatissimo comm. ad Galen.

Realdi Columbi sententia.

Bartholinorum suffragium.

Hieronymi Fabritii tergiversatio.

lib. de sanguinis emiss. c. 14. quoniã, inquit, deligata tàm multorũ est sectæ se ilem utilitas, nec certũ quidpiã hac de re comprehendi potest, satius est, hac abrenunciata maioribus venarũ truncis, & superioribus adhærere. Accessit ejusdẽ gentis & scholæ columen Johannes Gallegus Laserna Principũ Hispanorum Archiater dignissimus, qui lib. 5. meth. curat. 19. pag. 405. ex quo patet, ait, quantò aberrent cuncti illi barbari practici, qui in affectibus lienis ex salvatella solùm sinistrâ esse extrahendum sanguinem monent: ex his enim gracilibus venis paucus & tenuis sanguis plerumque manat, ut Galenus docuit lib. de sang. miss. c. 15. quibus verbis manifestè reprehendit eos Medicos, qui dicebant affectus lienis curari per sectiones eorum ramorum, qui per summam extenduntur manum; etenim manifestus est error in verbis Galeni cap. seq. de quo avulsa est negatio (non) adeò, ut negativè sit legendum affecto liene haud æquè invenit. Sed ex Italis nostris Venetus Asclepiada Æmylius Parisanus in lib. 6. de subtilitate exercit. 2. pag. 293. de lienis opificio differens: Ad hæc, ait, cum lien à magno portæ ramo chylum prolectet, nec aliunde venam recipiat, ut videre est, quomodo, ut crassum diximus & fæculentum è jecinore sanguinem recipere potest. Ex quibus obiter colligent Medici, quàm malè in lienis affectibus sinistri brachij venam tundant, quum ejus sanguis educi revellivè non inde possit, nec non nisi ex hęmorrhoidibus. Ad has noviter successit eximius Franciscus Perla, qui in Comm. ad lib. Hippocratis de loc. in homine cap. 23. suam interposuit hanc sententiam: Vix intelligi scire, utrum crassiores lienis morborumque chronicorum humores ex venulis iis facilius, quàm ex cubito educantur, solâque proinde fulcitur experientiâ, quæ tamen fallax non rarò esse potest, cum difficilè sit scire, quid, à quo proveniat, nam salutaris effectus, quem venullæ illius scissione consequi observamus, maior fortasse atque evidentior ex secta vena cubiti dum temporis provenisset. Quid quod venula illa inter annularem & minimum digitum humerariæ propago est, ut asserunt anatomici? Utrum splenicis prodesse poterit. Plurimum etiam ostensioni nostræ facit id, quod advertit Thadæus Dunus apud approbatorem Danielem Señertum in lib. 5. part. 2. sect. 1. cap. 17. quod est de venæ sectione per hæc: Evacuatio quidem nulla ex liene sinistri brachij venis apertis sperari potest, cum nullus sit in sinistro brachio ramus, qui sit prior lieni & magis in liene communicet, quàm rami in dextera, sed omnes utriusque brachii venæ ab hepate non à liene ortum cum ducant; & venæ brachij sinistri cum liene nihil communitatis habeant, nisi mediante hepate, à quo prodeunt, eodem modo, ut venæ dextri brachij. In revulsione verò cum ea præcipuè vena eligenda sit,

quæ

Johannes Gallegi Laserna iudicium.

Sanguis tenuis salvatellæ.

Æmylii Parisani opinio.

Fr. Perlæ sententia.

Thadæi Duni suffragium.

quæ sanguinem affluentem retrahat, ut recurrat, & recuerrndo contrarium motum conciliet, causa nulla urgere videtur cur eo fine sinistri brachij venæ potius, quam dextræ aperiendæ sint: sanguis enim, qui ad lien fluit proximè & immediatè trahi ad brachium sinistrum non potest, sed primò ad hepar trahitur, post ad brahium, quare in re sinistri brahij nulla est prærogativa. Denique novissimus istorum sed nulli secundus Hermanus Conringius lib. de sanguine, c.39. pag.385. scripta reliquit hæc:

Verum me imprudentem qui tot posteriores scribentes adnumerando congero? satis est unus Aurelius Cappadon, qui Græcos inter omnes Medicos autores Hippocraticam dicendi, docendique formam cum gravitate, ac majestate conjunctam æmulatus in lib.11: de morbis acutis Cap. Item 2 quod est de sanguinis reiectione, de vena summæ manus aperiendâ sic effatus est; sin à liene sanguis fertur, sinistræ manus venam illã, quæ inter minimum annularemque digitum fluit, rescindito; quandoquidem medicorum nonnulli eam ad lienem usque pertinere arbitrantu.r verũ, & hæc ipsa inter cubiti venas inferiores propago est. Cur itaq; potiùs eam quis prope digitos, quàm in cubiti curvatura proscindat? cum hoc in loco amplior sit, & ad effluxum habilior. Cum quo proximè congressus est, interprete me, Cælius Aurelianus, qui promptum hunc, & gratuitum phlebotomes salvatellæ judicans arripientium usum, tantum non illusit eorum levitatem his verbis. Alii ex talo eiusdem partis, quæ patitur; alij ex medio digitorum, omnifariam varijs æstimationibus tentati sumunt ex partibus quæ facilè dividi possint phlebotomiam faciendam, hoc est brachiorum venis nisi fortè ipsæ tumuerint, & ab hoc oporteat longè à patientibus partibus phlebotomiam adhibere, quo injuria lateat adjutorij. Hæc ille. Sic antiqui, sic novissimi utrique optimi scriptores uno nobis consensu suffragati fuere. Verum cum Cappadox autor subobscurior in hac phlebotome deludenda visus sit, tantundem enucleatus in eadem re judex fuit Ruffus Ephesius, qui l. de partibus humani corporis cap. 33. non quemadmodum, ait, in jecore, ita & in liene sursum versus, deorsumque in sinistra parte discurrens ulla vena reperitur, qui verò id asserũt impudenter mentiuntur.

Suffragans nobis Aretæi locus.

Consentanea nobis Aureliana

¶. §. X. *De erroribus, qui deligendis ad sectionem venis brachiorum quotidiè committuntur.*

IAm autem, ut opinionis adversæ perversitas evincatur, necessarium hoc loco visum est, ut errores, qui in delectu venarum brachiis elidendarum occurrunt semel edisseramus. Docuit nos exploratricis anato-

Brachij venæ omnes n. XII. Venarum brachiorũ ordinatio legitima enarratur. Axillaris. Cephlalica. Basilica. Cõmunis.

mes dioptra, brachiorum venas nobiliores, quas XII. Hali numero comprehendit, ex uno stipite deductas esse, quarum hæc ab ortu 1. syntaxis est: Venæ caudex cavę1 amplæ per excellentiam dictæ. Postquam sursum progressus diaphragmatisque fines egressus ad clavium sedes primasque costas fuerit evectus, & ad axillas deflexus, ramum, à loco vocatum formârit; huius alter ramus humerum supergressus humerariam: alias cephalicam dictam venam expromit exteriorem: alter interior basilicus, appellatus cum humerario ad interiora brachij cubitique sima coiens occurrente communem quendam complexum exsuscitat, quæ communis vena nominatur sic basilicus, & communis interiorem irrigant brachii laxitudinem. E basilico reliquus primum recta progressus per brachij faciem interioris, hinc pulsatilis loci quasi pertransiens. post hujus convexa reflexus intervallum annularis minimique

Salvatella.

digiti conscendit. ubi salvatellam Rhazæ nuncupatam educit. ex humerario verò deductus funiculus (ita distentum venæ brachij clivum Arabes dictitare consueverunt per summum brachij clivum recta delatus tũ vacua pollicis, & indicis adrepit: tamen altero dirempto de se ramo ad

Seilen Halii, Avicennæ. Galeni. Lib. 3. Anat adm. c. 14. Seilen posteriorum Arabistarum. Anatomicorum de seilem ortu mens.

intercapedinem medij annularisque deflectitur. Hæc Hali & Avicennæ & Galeni fortasse vena, quæ ad interiora viscerum vitia pertunditur. Ibi verô salvatella Dini, Hugonis, Mundinique statuitur errantium nomine Jacobo Berengario comprehensorum. Quare jam tres salvatellæ multifariam propositæ locos agnoscis extremos duos brevissimis digitis tenùs, alterum inter annularem, & medium. Hæc seilem, & salvatellæ propago est Arabum & Arabistarum derivatione. Verum anatomicorum meliorum judicio venas manus extremæ à venâ communi proficisci, pro certo est Ioannem audi Valverdam in 6. suæ Anatomes cap. 8. proferentem hæc à communi vena postquam à coalitu cephalicæ, & basilicæ, constituta est, mox ab ipsa communi descendente duæ oriuntur propagines, quæ deorsum decurrentes, demùm veniunt ad summam manum; altera enim ex illis salvatellam facit, quam credunt vulgares esse hepaticam; altera propago dictæ communis venæ, quam medianam vocant, excurrens versus digitum medium facit illam venam, quæ est inter indicem, & pollicem, quam imperiti arbitrantur esse cephalicæ surculũ. Idem disseruit Falloppius lib. 4. suæ institutionis, & cæteri præstantissimi Anatomici sic, ut horum omnium ostensionibus constet venas extremæ manus ortum agnoscere à vena communi, nequaquam verò à cephalica vel basilica. Accipe nunc quæ primorum Græcorum & dictatoris Galeni fuit opinatio. His enim vetita per id temporis, ut aliàs ostendi, corporum humanorum, sed solenni in quadrupedis dissectione certa fuit sua-



Vesalius.

Primerosius l.4.c.24.

Secandarũ venarum delectus irritus argutatus.

Fàlloppius.


Medicorũ ex imperitia anatomica errores.

Anatomicorum cõsensus.

ctum



1. Cephalica. 2. Communis. 3. Funis brachij. 4. Scylen, Bini Hugonis et Errantium. 5. Basilica. 6. Funis brachij. 7. Vena communis. 8. Cephalica.



1. Saluatella Mundini. 2. Funis brachij Auicennæ. 3. Funis brachij verus. 4. Saluatella Rasis. 5. Salubris Halij, et Sceylen Auicennæ.

Brachij venæ omnes n. xii.
Venarum brachiorũ ordinatio legitima enarratur.
Axillaris.
Cephlalica.
Basilica.
Cõmunis.

Salvatella.

Seilen Halii, Avicennæ. Galeni. Lib. 3. Anat adm. c. 14.
Seilen posteriorum Arabistarum.
Anatomicorum de seilem ortu mens.

me
pre
est
sun
qu
for
lia
ba
qu
sci
rio
pr
tra
dig
ra
be
va
in
&
ve
Ja
fa
al
g
li
ce
te
co
pa
nu
h
ca
in
Id
m
m
li
G
co

suasio? quod diversis è stipitibus orirentur basilica, & cephalica, quarum hæc deduceretur, è jugulari externa, illa verò ex axillari, quemadmodũ, & ante recitatum à nobis est. Cuius opinionis ea fuit occasio (ratio) nõ dixi, ut quæ neque constans neque perpetua sit, scilicet effuderunt è rama jugulari exteriore quandoque profectum ductum, qui cum cephalica contineretur. Verum hic non in quadrupedis perexiguus est ramus, qui in fabrica humana, nisi peraró, & capillaris, perque errorem naturæ visitur.

Quare decrevit rectè Sanctorius in lib. 3. Methodi vitandorum „ medentibus errorum c. xv. qui neque (ait) ob ramulum hunc inven- „ tum, qui adeò raró observatur ut potius inter monstrosa sit ponendus, „ debemus nos in affectibus capitis apertam, & obviam oculis, & mani- „ bus tonsoris basilicam relinquere, & cephalicam absconditam quære- „ re, vel versâ vice in hepatis affectibus quærere basilicam latenté, quan- „ do cephalica, vel saltem mediana conspicua redditur tonsori, & tantò „ magis, quantò tutius secari potest cephalica, quia sub ipsa neque ner- „ vus, vel arteria maior occurrit. Ad huius viri testimonium accedit aliud Andreæ Vesalii Bruxellensis, qui lib. 3. c. 8. opprobravit hæc; Ad hæc quis non conspicit ipsos in cubito propemodum nullam præter axillaris venæ ramum ad communem venam exporrectum dividere, &c. utcum que etiam ante venarum sectionem (quod sanè absonum est, & parum anatomicum) de aperienda vena non secus contendant, quàm si peculiaris quæpiam vena à singularis partibus, quas inflammatione, aut aliter affectas suspicantur, in brachium duceretur, & non uti nos docuimus ab uno trunco ex magnâ cavæ venæ in iugulo partitione educto omnes, quas hoc capite descripsimus venæ pullulent. Tertius ad hos esto Falloppius, qui lib. Instit. Anat. c. 19. à vena, inquit, magna duas magnas propagines excurrere à brachio, alteram ad dexterum, alteram verò ad sinistrum sub clavicula iuxta primam costam usque ad axillas: in qua parte dividitur vena magna in duos ramos, quorum alter facit cephalicam, alter verò basilicam, ut unicum tamen sit exordium, unicum centrum à quo fluunt cephalica, & basilica, unde rursus autor quasi declamans, ait, patet in quo pelago versetur medici anatomes imperiti, qui in secanda vena in affectibus capitis, tam magnum promunt discrimen inter humeralem & axillarem, quasi illæ ab eodem ramo non prodirent.

Vesalius.

Primerosius l. 4. c. 24.

Secandarũ venarum delectus irritus arguitur.

Falloppius.

Medicorũ ex imperitia anatomica errores.

Confluunt ad rem confirmandam & alij quam plurimi dissectores nobilissimi Columbus Ioannes Valverda Caspar Paulinus, Ioannes Riolanus Caspar Bartholinus Jacobus denique Primerosius, qui lib. 4. c. 24. ad hanc rem peculiariter conscripto secandarum venarum irritum delectum

Anatomicorum cõsensus.

ctum arguit absolutissimè. Hæc quod attinet ad venarum systema superiorum: cæterum eodem pacto vanissimus est triplex venarum manus extremæ delectus; quandoquidem hæ cunctæ promiscuæ sunt eadem ratione, qua promiscuæ visæ sunt venæ brahij superioris: de qua eadem re non repeto, quæ contestati sunt Anatomici Medicique quàm clarissimi & satis ante recitatorum meminerunt. Illud ostensioni satis esse debet, quod venæ manus extremæ à communi cum sint stipite cubiti venarum, & cubiti venæ à communi stipite sint axillari, fit inde, ut venæ manus extremæ à communi sint stipite axillari; veluti, si veluti cum ex Oceano Mæodis sit palus & ex hac Pontus & Hellespontus, si porrò sunt ex Oceano: vel communem fontem venarum cubiti ponas, A; cujus rivum facias B. & hujus rivulum constituas, C. profectô conficitur, ut rivulus, C. à communi sit fonte, A. nam anteprædicamentali Philosophi norma, quæcumq: dicuntur de prædicato subjecti, eadē & de ipso subiecto dicentur. Quapropter Hallucinati sunt Arabes, & Medicorum posteriorum quàm plurimi persuasi salvatellæ sectionē inter postremos digitos discurrentis lieni malè valenti magis profuturam, quam sectionem venæ inter pollicem, & indicem mediæ falsi sunt inquam bifariam, tum quod hæc, & reliquæ manus venæ à stipite prodeunt communi, sicut dictum est; tùm, quod hac distinctione sepositâ proficiscatur, venæ manus omnes ab uno trunco, quemadmodum & aliæ venæ superiores. Taceo quod autore primo Vesalio mox Valverda in ante citatis locis tam varia vasorum est in manu fruticantium series, ut par ordinatio duobus in hominibus vix extet, quin etiam ab eodem Vesalio compertum est, in eodem homine per utrumque latus venarum diremptum plerumque vanam esse; tantum abest scilicet, ut tàm curiosè tamque religiosè manus extremæ venæ sint deligendæ, ut errent sæpè, tùm minister, tùm præsidens Medicus, qui basilicam abstrusam, secare deligunt, præ humeraria, & communi venâ, quæ sunt foras exertæ.

Venarum manus & cubiti unus ductus una scaturigo.

¶ §. XI. *Collatio utriusq; phlebotomes usus, ex brachio, manuque.*

HActenus jam simplices & absolutas salvatellæ refutationes exegimus. Reliquum est nunc quando non omnimodam hanc phlebotomem explodamus, duarum utra sit potior explicare, ac primò quidem rationum firmamentis mox scribentium optimorum testimonijs.

De præstantia disceptatio.

Quod autem ad probationes attinet, multa sunt, quæ suaserint majores ac luculentiores ex phlebotomis brachij medij, quàm manus extremæ

tremæ futuros fructus, quorum nostræ sunt complures. Prima est amplitudo venæ, quæ in vacuatione multitudinis scopus est præcipuus ac perpetuus cuiusque phlebotomes, quæ largius excipere, & plenius effundere sanguinem aut abundantem, aut redundantem accommodatè debet. secus enim perangustæ, atque, ut Duretus vocat, capillares venulæ manus extremæ, nec succos crassos admittere nec ubertim emittere, nec satis ejicere, quod vires gravat, aut viscera, quiverint. Indicio est, quod etiam sponte suâ fluere permissus cruor citò seipsum desinit, ut oculorum & narium & aurium, adde & testium venularum. Enimvero scire licet manuum extremarum venas Horatij Augenij, Hieronymi Fabricij Alexandri Massariæ judicio, prout se offerunt, haud madido sed sicco veteribus ministerio compungi suetas. Quodsi contenderis Galenum Anatomiæ vivorum cap. 25. monuisse nos manum, quæ sanguinem est redditura, calente sub aqua detinendam; equidem genuinio Pergameni non recipio, verum alterius insciti viri, qui nostrum rei medicæ dictatorem ausus fuerit imitari. Si secundo refragatus fueris angustiam tenuitatemque vasis nihil obstare, quod arte prolectæ, atque extimulatur cruore bellè revomant, reddantque quandoque atque adeò frictionibus & aquæ calidæ laticibus, & multa demum industriâ voto satisfieri medentis quippe quod facilem humoris concretione, promptos item angusti vasculi saucij coalitus una calentis aquæ perfusio toller; quod Arnoldus Villanovanus advertit part. 2. cap. 2. operis de consideratione operis medicinalis. Huic protinus instantiæ occurro memorans, cum procurato interim effluxu sanguinis non concurrere, verum deficere multa, quæ sunt ex usu ad commodã absolutamque vacuationẽ, quæ requisita phlebotome brachij desiderata mox ordine recitabo.

Prima amplitudo venæ omnis phlebotomes scopus.

Sanguis è seilem vi artis detrahitur.

Secunda, inquam, vicinitas, quæ cubito tenus cum sit brachio, quàm extremæ manui major, respondebit porrò magis derivationi peccantis humoris. Quod cum dico, in mentem venit 3. ratio, quâ debeat videri satius ex brachio, quàm ex manu sanguinis educendi consilium. Nempe scitum est inter omnes medicos latum, inflammationi visceris cuiusque medendæ primas atque optimas usu venarum sectiones, nedũ revulsorias, sed & derivatorias esse. Nimirum, ut infectantis mali fomes omnibus, quibus licet modis, tùm quam longissimè revocetur; tũ etiã proximè in alium locũ emandetur. quæ duo munia pluribus unâ sectionibus adimplentur, quandoque quod si haustu uterque uno modus inanitionis, confici detur, præterquam quod geminatus hic modus haud quicquam corpori laborantis incommodat, adhuc plurimum conducit, quando simul & semel utroque liceat beneficio gaudere. Atqui medio brachio ad exhauriendum delecto, & revulsio pariter, & deriva-

2. vicinitas loci compuncti.

3. plenior evacuatio.

usus hos ambos simul exequi præstat.

Duplicem abusũ interni brachii sectio quam manus est potior.

tio usu venit; ex manu verò sola revulsio; Igitur absolutior & confectior est brachii medii, quã manus extremæ vacuandæ ratio, mira quippe sorte, nec nisi cum artis naturæ suffragio fit illud, ut à brachio contingat utrumque referri. Duplicem autem hanc utilitatem sub primis inflãmationis periculis, quæ naviter sunt præcavenda, quis mentis compos simplici non proponat? aut quis simplicem frugem geminæ vel comparet vel non faciat minorem. Habet igitur vena brachii bifariam prævalere vicinitate; de quâ præterea scripsit Hippocrates proximum ventrem purga, proximum vas seca: hæc autẽ interior vena sicuti fonti propinquior est, sic illa longinquior & ineptior.

Post hæc omnia rerum comprobamenta rectitudo est sive ἀντιστροφὴ κατ' ἴξιν dicta, quam servat quidem brachium interius ad interiorem lienem per eam schematis ostensionem, quam adversus exhibui.

Legitimus rectitudinis usus neglectus.

Quæ rectitudinis lex medendi potissima per seilem studiosos liquidò negligitur, dum obliqua manu, atque à prospecta lienis aversa sanguinem ex hac improvidi medentes haurire laborant. Contra per nos etiã atque etiam custoditur: qui eodem quasi tramite ductuque gravatum viscus levum lævantes non aberramus. Visæ autem & quæ parte per nos tertiâ conscripta fuêre.

IV. εὔροια interna.

Quinta phlebotomæ brachii medii ad lienem inflammatione levandum non deest ἡ εὔροια, id est, modus, ut verbum verbo reddatur effluxus, seu fluoris expeditio duplex; Altera quidem, quæ constat analogia, id est per respondentes vias naturali tradactu, non potest autem hæc arte quærenti sine parato legitimo, atq; exacto recto inter partes ductu: quibus constantib⁹ conditionibus fit, ut non pigro, quod Duretus ait, lapsu rarum ἀθρόως id est profusè fluat sanguis. id quod præcipuum est adiumentum in una quaque inflammatione per sanguinis haustus levanda, quippe quæ celeritatem auxilii deposcit. approbatore Galeno in cõm. libri de ratione victus in acutis text. 21. quas desideratas seilem phlebotomes virtutes superiore suo loco demonstravi. Altera in vasis continentis, atque humoris contenti usu commodo est ἡ εὔροια quæ in seilem phlebotome adhuc desideratur:

εὔροια vasis, & contenti.

Enim verò qui promendus est ex hisce vasis humor planè crassus, terrestris, fæculentus, cænosus, uno verbo melancholicus est, qui de vasis maioribus perbenè quidem excludi, de minimis verò surculis venarum, eructari rectè nequit; obsistente videlicet, ac remorante lieni melancholici crassitudine. Igitur quanto paratior, & confertilior est de tabulis amplioribus eductio, quam ex angustissimis canaliculis eò tutior, & optabilior est è brachio, quàm è manu subductio. Post has omnes rationes amplitudinis, vicinitatis; τῆς εὔροιας,

τῆς

nfe-
uip-
on-
s in-
pos
pa-
ræ-
en-
pro-

ρφὴ
rem


qui-
gui-
etiã
tum
nos

e lè-
r ef-
alo-
hæc
ctu:
, la-
ad-
van-
om.
bo-
nti-
lem
hiſ-
rbo
, de
ide-
ara-
gu-
anu
ιας,
τῆς

pag 34



pag. 34



Vicinitas loci compuncti. Fernelij iudicium.

τῆς κατ' ἴξιν & inde peccantis ad depletionem exitus expedit, ut hinc ad principum Autorum deveniam testimonia. Audi verò quæ dissertissimus Joannes Fernelius Ambianus, cui quidem uni Hippocrates cedens arcanum tradidit artis lib. 2. meth. medendi c. 7. pronunciavit hæc, malè affecto lieni succurrit interior sinistra in cubito, quidem valentius, in manu verò languidius, alii verò tantum absurditatis minimè patientes, ac fastidientes hunc Barbarorum practicorum morem aberramentum dixerunt, alii derisoriam 14. capitis Galenicam monitionem asseruerunt, quod Antonius Valetias præclari vir nominis fecit in scholiis ad Hollerium c. de quartana, Galenum ex aliorũ sententia torquentem; alii quod æquè manus ac brachii sectura resultet, contradictionem hanc capitis 15. cum 14. planissimam declaraverunt; alii mentosam lireraturam sibi suadentes breviculam negationem ante τὸ æque verò veriùs affirmaverunt;

Autores interpretati rectè Galenum.

Altimarus, inquam, Sylvaticus Aquapendentinas Massarias, Augerius Ferrerius Ioannes Gallegus de laserna in lib. 15. meth. Med. c. 19. Ita quidem omnes collationem hanc prærogantem, aut prævalentem manus phlebotomen iniquè tulerunt atque oderunt. Veruntamen his amicè concessis pro tempore, aut dissimulatis, equidem video, quid obtenderint adversarii monstrantes, quod præstet seilem, quam cubiti phlebotomes usus uno parcendi viribus fatiscentibus consilio, siquidem ab exilibus; & longinquissimis à spiritus fonte vasculis minor ipsius spiritus effluxio sequatur oportet. maior autem à maioribus vasibus, & cordi propinquioribus, in quibus nimirum ubertim effunditur assiduus vigor in illis verò parci⁹, quare conficitur, ut consultius ex salvatella, quàm ex cubiti venis eliciatur spirituum hospes sanguis. Hæc quidem isti, qui quidem huic uni persuasioni perfractè sic acquieverunt, ut inde non obtentâ victoriâ triumphum canere, ac sibimet applaudere videantur. Nihilominus tamen hæc hominum contentio, hic aggressus tanti momenti non est, ut non maioris futuræ sint necessariæ nostræ rationes; quas mox accipies.

Prima redargutio.

Primum illo commemorato, quod alias etiam obtrusum est: sanguinis missionis in valetudine diuturnâ aut nullus, aut illegitimus usus est. Hoc enim tempore indicatores scopi nulli nos monent, ut suo thesauro, id est, utilissimo fomento corpus oblanguens defraudetur; neque

Confirmatio.

enim tùm temporis aut vires: aut morbi magnitudo, aut corporis plenitudo detractionem indicant rectè, quemadmodum exacti vir judicii Jacobus Pons in calce libri sui de venæ phlebotome demonstravit. Verum inanitionem triplex ista series indicent ac minimè contradicent;

Concessio.

adhuc ostendere paratus sum, virium tutelam, atque incolumitatem non

magis afferi per manus extremæ, quam per cubiti interioris incisam venam. Roboris enim conservatio per igniculi nostri tuitionem, virtutisque dissipatio non per aliud, quàm per eiusdem exsolutionem fit.

Spiritus tuendi necessitas.

Hic utique directoris medici scopus est, hic canon boni, rectique hic qui functionis vitalis clavum tenet ac regit, hic vitæ sustentor ac τόνος; hic prorogator, ac deductor est, qui nimirum, præterquam subiecto non differt à calore nativo, si Galeno credimus id testanti 5. simpl. siq. Averrhoi lib. 2. Collect. c. 7. sique horum priori Arist. lib. 1. de Gener. Animal. c. 2. &c. Atqui spiritus non minora fortassis etiam maiora fiunt dispendia per manus extremæ, quàm per brachii laxatos aquæductus, quod deprehendere possis ex tot capitibus, & concurrentibus causis, quæ sociantur in toto plebotomes apparatu, quæ sunt videlicet locus, Vas continens; contentus sanguis, scalpelli administratio; plaga excitata, tempus, quo protrahitur actus, & adnexa alia quædam. Exordiar ab hauriendo ipso sanguine, qui tenuior, & rarior ostensus est à nobis in disputatione adversus Ludovicum Mercatum in particula 2. §. postremo.

Quod maiora de manu, quam de cubito coniectis spiritus fiant dispendia.

Cruor verò mediarum cubiti venarum crassior, ac densior est: Atqui firmior compages humoris firmus item retinet igniculos in compares auras dilapsuros, laxior verò textura laxius itemque cohibet. Adde, quod ambiens, qui paratus est perpetuò calorem nativũ extrahere, Philosopho sic tradente in 4. meteorol. valentius abstrahet à particula debiliore, atque exangui, quàm à robusto, & carnoso ad quam tertia accedit ratio, quod ambiens idem aer pauculos spiritus facilius evincet manu parcâ custoditos, quam uberes & confertos in brachio non mendicatos: exemplo sunto vasa spiritus vini, quorum amplius non tam multum patietur effluxũ, quam exilius alterum. Igitur expeditior spiritus est effusio de reseratis sanguinis claustris extremis, quàm medus, atque eo etiam magis, quo perductior ad minima fuerit materia; qualis extremarũ partium sanguis est mea sententia, quin verò sententia magni Fernelii, ac prioris Actuarij, quorum hic libro de differ. urin. cap. 4. ille verò lib. defunct. & humor. c. 5. dixere, quod sanguis extremus sub vasculis est, subalbidus eò quod maturitatis, & percoctionis indicium non tam confessum, quam exploratum est in semine, chylo, lacteis venis, puris & analogis omnibus succis: sic & sanguis, qui minimis particulis nutriendis proximè successurus est in alimentum, ubi videlicet in roridam substantiam est transiturus. Quare cætero sanguine spirituosior sit oportet, sed & albissimus. Atque hæc est enarratio triplex subjecti corporis continentis, contenti sanguinis, & aëris afficientis.

Excollatis utriusque.

Cæterum est altera ratio per hiatum eiusdem subjecti manu factum.

ctum. nempe præceptum est commune medicinæ dictatorum in extrema vena plaga fiat latior, quo minus hæc citò claudatur: ac promptè sanguis egrediatur. Jam verò licet & in brachij vena plagulam facere minorē & quò tū parca manus phlebotome præscripsit, æquet, cum autem non à contento, nec à continente, neque ab hiatu continentis maior veniat exsolutio, unde quæso veniat? A cordis ne spiritus promptuari propinquitate. At neque hæc causa prævalens est, ubi subjecti foraminisque laxitas non consentiat, immò reluctetur. Adde quod ad tenuioris substantiæ dissolutionem in seilem pertunrenda plerumque adminicula comministrantur, quæ sunt videlicet perfricatio manus vinculum, aquæ calentis vapor, & perfusio tùm ante percussum, atque ad apertum, tùm ab apertu, usque ad clausuram. Hæc certè singula, atque omnia majora sunt, & graviora, quàm ut minor è seilem sequi debeat spirituū effusio. Quod si Renatus Morellus Parisiensis Professor clarissimus 2. lib. de venæ sectione in pleurit, prægnantibus ab ortu præcavendo salvatellam elidit; atque etsi Jacobus Hollerius in Dysenter. phlogosin attemperandam languentium virium sollicitè cautus ex manu permisit sanguinis haustum faciendum, id modicis momentis, ac sine calidis aquæ fomentis exequendum interpretamur. Hæ sunt à continentis, & à solutione continui, & huius administratu probationes. Cæterùm & à tempore sunt aliæ non leviores, quarum illa est summa, quod cæteris paribus metro tēporis longiore maior statuetur substantiæ vividæ discussio, breviore minor. Atqui longius in seilem administranda consumitur tempus, quàm in cubiti internâ: maior igitur in illa, quàm in hac est substantiæ vividæ discussio. Assumptionis utriusque veritas patescet exemplo doliorum vini duorum, quorum alterum maius, alterum minus, æquo per eamdē terebram foramine reserato per æqualia temporis momenta æqualis effluet vini mensura, quod si procedat dolii minoris vacuatio suppresso maiore, quis tam insensatus est, ut non videat maiorem minoris dolij vacuationem. Ad hunc planè modum sub seilem exhaustu diutius progrediente plus utilis effluvij fit, quàm sub internæ breviore manatu. His omnibus planum, & constans est factum, nedum non minora, sed maiora virium vitalium dispendia referri seilem infocta quàm cubiti vena. Sic collata salvatellæ cum cubiti venis deterior hæc est tractatu per spiritus exsolvendos, quam altera superior, quod erat ostendendum. Iam igitur cum tot numero non ostensiones modò, verùm etiam systemata rerum natura constantium falsitatem ejus decreti prodant; & non audiendi sunt hi, qui talem errorem fovent; & abusio isthæc superstitiosa Dureto, ac Riolano, seriò restat profliganda, atque exterminanda.

partis plagulis demonstratio

super fontis vicinia non dissolvitur.

Renati Morelli viri clarissimi autoritas observatur.

Probationes à tempore.

Probatur id duorū doliorum simili.

Peroratio à maiori seilē sectæ dispendio.

¶. §. XII. *Occurritur suasionibus quibus assertores salvatellæ phlebotomem sunt tutati.*

Commemoratus adversantiũ conatus.

QVanquam autem ex adversa asserentium factione nonnulla extant auctorum doctrinâ præstantium testimonia multaque super hoc firmamenta nostram adversionem oppugnantia graviter argumenta; nihilo tamen minus hæc tùm nihil operantur, tùm confirmant potius adversam quæsiti partem, quæ ejus hæreseos est oppugnatrix, cujus ostensioni; pleraque; tametsi disserta sint luculenter à Baptista Sylvatico in epistola ad Josephum Casatum, & in controversia ex medicinalibus 43. atque à Sanctorio in lib. 13: vitand. in Med. errorum c. 6. & abs te consultissime Epiphani in epistola novissimè ad me scripta; nihilominus istorũ pleraque perfunctoriè perstringenda non ab re cõcesseris mihi: primum ne nos moveat quidem quod Autores Græci, & qui hos sequuntur, auxilio manus phlebotomes plusquam nos adversemur, nisi fuerint, favere: quippe nõn ignoras ab his manus absolutè dictũ nomen pro brachio fuisse, aut manum, quæ à digitis ac metacarpo comprehenditur, præterquam extremæ, aut summæ additamento tacito, vel expresso nunquam usurpari, consuevit. Prosper Martianus confirmavit in comm. 2. de morb. vers. 98. accusato de altera opinione Petro Salio, concordantibus verò cum Martiani opinione Lazaro Soto in comm. lib. 15. de locis in homine. Deinde certum est, Græcos autores omnes, venam manus extremæ revulsionis gratiâ secandam præcipientes, id ad levandum lienem præcisè inflammatum, non autem affectibus melancholicis, ac diuturnis gravatum tradidisse. Nostri verò nullam inflammationem, aut acutas viscerum affectiones expertum, sed vitiis melancholicis, ac longis, atque adeò frigidis correptum, suscipimus elevandum, quorum seiugatorum alioqui generum nulla communitas est, ut Julius Cæsar Claudinus advertit; Quod si decumbens homo viribus vitæ tutricibus magis destitutior fuisset, atque in superioris cubiti venis impedimentum esset, manus extremæ venam substituebant; quemadmodum Jul. Cæsar Claudinus declaravit, & Galenus in lib. de curando per sanguinis emissionem cap. 16. præmonstravit, ut jam pernoscas, longè infrequentiorem nobis, quàm antiquis extremæ venæ concidendæ usum diutinæ lieni, & sedatæ valetudinis subsidia ministrantibus. Tertiò intelligunt viri docti, si quo veteris doctrinæ magistris manus sinistræ vena fuerit deplendi usu delecta, probata, commendata; non id eo factum consilio, quod cognitionẽ eius venæ peculiarem cum liene conceperint, verùm quod τὸ κατ' ἴξιν, id est, respondentem quo pacto duarum partium occursum spectârint. quip

Attenuantur subsidia propugnantium.

Ad obiectiones de Græcorum antiquorũ autoritare

Summam manũ haud lienis præterquã inflammatione correpti gratia pertundi consuetam antiquis.

Nulla seilẽ ac manus agnita sympathia sed

quippe quod ſiniſtris ὁμόφιλα καὶ εὐπρόσφυλα, id eſt, conſocialia ſint ſiniſtra, quemadmodum dextris dextra, quod prior nos docuit Ludovicus Duretus in Coaces Hippocratis prænotiones cap. de hæmorrhagia, imitatus fortaſſis ex lib. 14. de uſu partium, cap. 7. Quamquam poſitis æquis è dextra erga jecur, quam læva erga lienem adiumentis uti monſtravit alicubi Jacobus Carpenſis; quid plusquã lienis ſpectârint, quam hepatis ſympatheiam? & eò quidem amplius, quod ſurculus hic dextræ manus extremæ legitimè, ac verè cum hepatis cava continuatus eſt; ille verò ſiniſtræ cavæ deſcendentis rivus nequaquam cum ſplenico conſentit, ut ſchemate anatomico non ſemel demonſtravi.

ſola κατ' ἐξιν cõmoditas.

Inſtantia.

Verum his ſummus rerum capitibus noſtræ conſuetudinis ordine prænarratis, ad teſtimonia deinceps, ſi quæ nobis obſunt, authorum, depellenda deveniamus. Quæ ſic quidem decreto noſtro prævalebunt aliqua parte, ut proficere per hæc eadem aſſertio noſtra debeat, uti confido Primò ut divini ſenis effata diſcutiantur. Vena manus in 5. Epid. interpretanda fermè brachij eſt hepatica. utpote de qua commodè depleri vim ſanguinis plurimam licebat: quæ quidem & ſingularis fuit exceſſus curatio, & digna Hippocrate obſervatio; quam admirati graviter adnotârunt & Franciſcus Valleſius in Comm. & Proſper Martianus in lib. 6. de internis affectibus verſ. 225. de tabe corporis ex ſanguine ſpinæ medullam opplente ſermocinatus. Ad hæc vena manus in lib. de ſterilibus commemorata verſ. 336. cubiti fuit expoſita vena per Proſperum Martianum in eo loco. Summus verò Dictator ſemetipſum declarat ſecandæ venæ præceptionem eſſe de brachiis expreſsè nominatis; quod firmiſſimo, atque indubitabili prorſus argumento ratus eſt, Martianus in lib. 2. de morbis ſect 3. verſ. 98. pag. 181. cuius enarrationis profuſa cum ſit oſtenſio hæc perſtricta compendio ſunt eiusdem capita.

Hippocratis oracula repetuntur.

Ad Hippocratis teſtimonia occurſatio noſtra.

Primò manuum venas extremarum aperiri non conſuetas Hippocratis ævo.

Manus extremæ phlebotome ævo Hippocratis ignota.

Secundò, Brachium & manus nomina modis uſurpata oppoſitis; enimverò non minus eſt pars brachij, verum hoc eſt pars manus: hæc enim à ſummo humero ad extremos uſque digitos porrecta à Græcis abſolutiſſimis intelligebatur, Galeno teſte in lib. 3. de anatomico adminiſtratu cap. 2. & 5. & l. 2. de uſu part. c. 2, lib. 1. ejusdem operis, c. 4. & 3. eiusd. cap. 1. & 1. de motu muſcul. cap. 6. Quod factum profectò non eſt abs re, neque ſine conſilii uſu recto. Non tantùm quidem anatomaſias ergò, quantùm alia profundiore ratione, quę ex anatomicâ partim, & pathologica obſervatione profecta eſt anatomica, inquam, namq; Galenus lib. 17. de uſu part. cap. 1. advertit incredibilem partium manus &

Manus & brachium vocabula oppoſita.

Antiquæ manus ὑπεροχῆς ratio.

pedis

Pathologica ratio. pedis ampliter. Quorum unitatem & consensionem, sic unius porrò membri nomenclaturam sibi prærogat organon utrumque; quâ propositâ structurâ deinde & pathologicæ contemplatio monstrat, si unum ex omnibus morbis organis manus aut pedis communiter dicti quidque in se ipso noxæ perpessum sit, totum exinde compositum oblædi, quod equidem centies usu comperi per abscessus, perque ulcera plagasque recentes. Sic necessariò conficitur, ut tolli negativa (non) particula non possit. Expositio confirmatur subjectâ inferius Galeni doctrinâ, quæ de custodiendâ rectitudine tota est hoc capite producta, volens interiores venas utiles sectu, quibus inferiores collo partes laborant superiores, ut facies, aut caput; medias verò mediis, &c. Neque verò te turbet eximenda, quæ adest uni loco negatio, quæ eadem adjicienda proximo alteri loco monstratur ex Oribasio, qui lib. 7. Collect. c. 5.

Instantia.

Galeni præceptoris verba transferens; præstat autem, ait, non semel extrahere, quantum conveniat; sed in duos dies est facienda partitio. Aliud autem hic idem auctor paulo superioribus verbis adscripsit, quod est; lienemque juvari, ajunt, ac si venam internam cubiti secueris. Affirmatione scilicet Galenicâ servatâ. Veruntamen facilè tollitur ex Oribasio contradictio, si verbum (ajunt) spectetur, quod ostendit non hanc Sardiani sententiam, sed errantium ab una manus apud veteres appellatæ paranomosiâ: sic ista principum auctorum loca suâ fruuntur optatâ pace & quiete.

Salius a Martiano taxatus.

III. Per Martianum est accusatio contra Salium, qui venarum manus sectionem vigore transacto faciendam ex hoc elicere loco perperã conatur; quæ temporis electio discreta per Martianum fuit; quia, vigente bilis fervore, venæ brachii sectionem probare non consuevit Hippocrates, qui per exacerbationis, & perturbationis illud tempus venæ sectionem, vel admittit, vel differt, vel depurgata bile demum administrat, ut lib. de inter. affect. sect. 2. versu 246.

Adversus venam manus nomenclaturam.

His Martiani testimoniis addi licet variam manus omni seculo fuisse nomenclaturam, aliquando enim pro carpo sumptam ut legere est epid. 2. sec. 6. pag. apud Vallesf. 209. si venæ in manibus pulsent, & facies rectè valet, & hypochondria non sint mollia, diuturnus morbus fit, sine convulsione non solvitur, aut sanguine multo ex naribus, dolor coxæ. Sed & nostrâ tempestate carpus manu medicâ explorandus, aliàs quidem brachium, aliàs manus, dici consuevit. Jam verò, quod splenitidos seu splenis venæ mentionem, lib. 2. epid. sect. 2. M. faciunt, contendimus nos enucleatè splenitin Hippocratis cubito extare, atq; illa ipsa est, quam nigram Arabicæ scholæ viri vocarunt ab his communiter, & ab Hippocrate, lib. de locis in homine vers. 66. ex humeraria in cava cubiti

Manus pro carpo.

demissa

demiſſa. hanc autem, & in cubito lienis inflammationi ſedandæ ſectam, Lyciæ fæminæ prægnanti, lib. 2. epid. ſect. 2. Franciſcus enarravit Valleſius Covarrubianus. Quo item conſilio phlegmonódem lienis affectionem idem Hippocrates curans in lib. de inter. affect. n. 35. Si viſum fuerit, inquit, ex interna cubiti ſiniſtri vena ſanguinem detrahito. Hæc autem mihi nota, quod lib. de affect. n. 21. pag. 81. ſpleni bilioſorum magno conducit, ait, ut de vena ſplenitide frequenter ſanguinem mittas. E quibus verbis duo potiſſimè ſunt expendenda; alterum (bilioſis) non pituitoſis, inquam; alterum (frequenter) quæ quidem ambo minime reſpondent manus extremæ phlebotomæ, quæ melancholicis duntaxat devoveri conſuevit, bilioſis verò, præterquam venæ cubiti ſectio non opponitur.

Hippocratis locus à Valleſio enarratus.

Noſtra inſuper adnotatio.

Reliqui ſunt tres Hippocratici loci, lib. 1. de morb. n. 23. vel ſect. 2. verſ. 217. vel 242. item l. eiusdem nu. 25. vel 2. ſect. verſ. 242. & lib. de morbo ſacro 6. M. quos omnes de ſplenitide locos unâ dilueris enarratione Petri Salij comm 1. de morb. porta 126. cuius ipſa ſunt verba: Splenitidem appellat eam, quæ in ſiniſtro latere hepatitidem, quæ in dextero ſita eſt. & eò ſanguinem defert, haud ſanè, quod illa à ſplene, hæc à jecore ortum propriè ducat, quoniam unica eſt vena magna ſpinā perreptans, ad quam tàm dextrarum, quàm ſiniſtrarum partium omnes pariter venæ ortum ſuum referunt, ſed illa dicta eſt à ſplene, id eſt à regione ſplenis, hæc ab hepate è regione hepatis illa in latus ſiniſtrum, hæc in dexterum tendit; quemadmodum lien in ſiniſtris, hepar verò in dextris locatum eſt, quorum reſpectu illa ſplenitis, hæc hepatitis dicta eſt.

Hipp. reliquis locis oſtenſus nobis favere.

Simili & Ariſtoteles ratione lib. 3. de hiſt. animal. c. 2. de mente Diogenis Apolloniatæ ſplenitidis meminit multò ſuperioris, quàm ad manū usque progreſſæ, quam meam interpretationem & enarrationem verba confirmant poſteriora, quæ ſunt: Harum poſtrema ita ſcinduntur ut parte pollicem adeant, parte volam tantum ex ijs ramorum tenuiorum frequentia in digitos manumque ſpargitur totam. Ita (inquam ego Severinus) verum eſt ſolennem antiquis promedij brachij vena ſplenitidis appellationem fuiſſe. Devenio nunc ad Galenum, qui conſuevit etiam manus pro brachijs accipere, ut com. 6. aphor. 36. & lib. 13. meth. med. cap. XI. & lib. 2. de arte curat. ad Glauconem, c. 2. multò ante ſub calcē. Clariſſimè verò & exactiſſimè in lib. de inæquali intemperie, cap. 2. crure quidem tripartito in femur, tibiam, pedē, manu verò in brachium, cubitum, ſummam manum, nec defuit illi exemplum à primo Magiſtro, qui de fractur. 8. τὴν χεῖρα vocavit totum id, quod è ſcapulis dependet. Nimirum Caſparus Hofmannus l. 2. Inſtit. med. cap. 99. ex anatomes fide

Ariſtotelis ſplenitis quæ?

Galeni de manu nomina examinanda mos.

F　　parti-

partitus est manus in quatuor partes magnas, scapulam cum claviculis, brachium, ulnam cum radio, & manum summam, quæ χεὶρ vocatur ἀκρόχειρ, ἢ, ἄκρα: hæc iterum in tres parvas, carpum, metacarpum & digitos, cum una sit, & indubitata actio apprehensio, minor sæpe anatomicos non conjungere. Pertinet autem admiratio ad scapulam ferè: Hanç enim cum fateantur recipere articulationem brachij, quâ conscientiâ aliò trahunt? par ratio clavicularum est: Hæc Germanicus Galenus postquàm reddidit item ejus facti rationem Prosper Calanius Sarziniensis in Galenica peraphrasi de inæquali intemperie per hæc: quæ partes licet inter se quoquo modo dissideant ob tamen functionum concatenationem ex qua non facilè sit unam ab altera separare jure quidem omnes ab unâ brachij nomenclatura appellationem consequentur: quod idem & de femore, tibiâ, pede dictum puta. Jam verò quod Pergamenus scribens ad Glauconē, nomine manus intellexerit cubitum internum facilè monstratur, namque subdidit. si splene inflammationem patiente sanguinem vis evacuare, interiores in manu sinistra venas secato, & si hepate, eadem ratione ex dextera: atqui venæ anteriores intelligi non possunt extremæ manus, siquidem esset absurdum pertundi palmam manus: Igitur apud Galenum manus nominatim non accipiam summas, & extremas, sed superiores brachij partes interioribus venis instructas.

Prosper Calanius p. 28.

Galeni de manus nomine sensus ostēsus.

Itaque mirum atque etiam mirum fit mihi; quod Ægineta Galeni Dictatoris Interpres sic fidus, assecla affixus, ut illius simia fuerit per Cardanum vocatus, in lib. 6. rei medieæ, c. 40. sangninis emittendi præceptiones describere suetus à præceptore suo consultissimo constituit. in sinistra quidem manu, cum lien malè habet, venam, quæ inter parvum & annularem digitum porrigitur, præcipuè concidendam, cum jecur affligitur in dextera. Non me præterit quidem efficaciá commendatæ revulsionis adeò persuasum Paulum habuisse, ut tanti manus extremæ phlebotomem æstimârit, quanti valet hæc ad posthabendam cubiti pertusionem internam. Verum tamen ostendit Alexander Massarias, & comprobavit hujus collega Hieron. Fabricius ambo suis utriusque methodis scirrhum curantes revulsionis operam etiamnum obtineri per cubiti vasorum apertionem internam; quin hanc eò præstabiliorem manus extremæ suppunctione videri, quod cum hac eadem & derivatio superantis sanguinis est conjuncta. Mistum autem hocce remedium, tùm naturâ, tum usu esse, fusè probavit Sanctorius in l. 14. vitandorum ritè errorum, capite item 14.

In Æginetā animadversio.

Adversus revulsionis efficaciam.

Vnde promota Pauli suasio.

Cubiti phlebotome & revellit simul & derivat.

Jam igitur ex Ægineta quæsierim, utrum hac phlebotome judicet utendum, primâ, an posterâ? sed posteræ quidem usum non patitur necessitas

Igitur præstabilior simplici manus phlebotomia.

cessitas vitæ levationis, & anticipationis, ne scilicet ad partem feratur humoris furor; neque etiam in eodem loco fieri passus est Galenus, quin & ipsemet Ægineta jecinoris curationem aggressus revulsoriam proximam sectionem seriò repræsentavit; quam rem illud adverbii (PRÆCIPVE) declarat: quamquam sive in cubito sinisterioris, sive extremæ manus experiendæ dedit optionem; in lib. 3. c. 49.

Non posteram tēpore debeti venæ sectionem.

At verò cum minimas dexteræ manus principió vult esse tentandas, ac præ maioribus amplexandas, hoc eligendi consilium, tùm numero nonnullas, tùm pondere non leves subit difficultates: quarum prima est, quod multitudini deplendæ venas statuerit impares, & minimè respondentes, veluti si quis ingentia vini dolia transvasanda pararet per tenuia transfusabula.

Ratio prima à pari.

An igitur oblitus, aut aspernatus Galenicam est doctrinam medicinæ magnus antistes? qualem Philippus quidem Ingrassia vocavit, haud quidquam effatu dignum effluere de capillaribus istis venarum nepotulis, quod quidē à Galeno inculcatum est plus semel, quodvè animo non complexus fuit, quod ruentis amplè sanguinis impetus harum angustissima vascula amet, ut si in puerorum tenuissimum intellectum amplam ingerere velis doctrinam: quod exemplo phialarum exilium multam affatim aquam repellentium damnavit Quintilianus.

Secunda ratio ab authoritate

Cujus ejusdem erroris arguendus est Rhazes ad Mansorem curans dolentem lienem, etiam si enarrator Matthæus Gradius autorem suum tutatus voluerit ex brahii dextri basilicâ phlebotomiam faciendam, quæ divinatio potius est, quàm interpretatio.

Quintiliani simile.

Rhazes taxatus.

Oculatius Alexander Trallianus, qui l. 7. rei med. c. 1. hæmoptoisi compescendæ venulam annularem ἀντισπάσεως evulsionis gratiâ secavit, Cordatius etiam Sanctorius, qui lib. 15. ritè vitandorum medendo errorum meth. c. 9. revellendis hæmorrhoidis ex salvatella ter diebus tribus eximendum voluit sanguinem, revulsiva scilicet, & vacuativa functione. Interim ad periculum autor invitat, facitque, ut sanguis raptum nedum non avocet providè, verum ad partem collineatam temerè protrahat: quod discrimen vel ipse Gradius per eam incuriam non dubitat obventurum. Neque dubitavit Sylvaticus in Epistola ad Josephum Casatum, pag. 22.

III. quod maximo corporis malo minimum opponat Medicinæ præsidium. quod autem non pertundit potius pedis extremi, quam manus extremæ venas, quæ & rectior, & proclivior est avertendi ratio, viaque?

Ratio tertia respectu maximi mali minimum est præsidium.

IV. præterquam, quod ad dissitas è respondentibus partes, prima est revulsionis lex.

IV. ratio à distantia.

V. quod sese offerentibus utrisque vasis viciniora, ampliora, accommodatiora prætulit obscurioribus, remotioribus, exilioribus.

à vasis obscuritate V. ratio.

Confirmatur verò Galeni testimonio, qui in comm. libro de ratione victus in acutis, textu XXII. scripta reliquit hæc: Ea sic

(vena puta basilica) velocissimè, & plurimum, ab his quæ principes sunt partes corpus evacuat; ac propterea in acutissimis ad eam coufugere solet, Hippocrates. Quam ob rem apparet, quod quò citius occurritur, eò tutius, atquè adeò melius, & salubrius. In his autem à Magistro Galeno productis, aut non spectavit, aut neglexit amicus noster, nedum celeritatem remedij non subesse; verum etiam adducendam fluendo moram, quæ fit à sanguinis crassitudine delapsuri, tum per angustissimos meatus, tum etiam à grummis, quos suaptè naturâ vehit secum is sanguis. vel horum opinione talis mihi dandus, qualis hic humor est, limosus, scilicet dandus approbatione Sylvatici.

Fluentis sanguinis grummis à mora.

Sexta & postrema, quæ est omnium virtute prima; quod legem 1. respondentis ductus normam nullam tenuerit, quam Galeno declarante in lib. de sangu. miss. c 16. & nobis liquidò interpretantibus, è regione quidem, & propius sese spectant invicem venæ interiores, & viscera, non autem venæ manus extremæ, nisi generali quadam, & rudi minerva; cum hauriendum sit à fonte maximo, quod est hepar, viscus quippe floridum & vegetum, & sanguinis uberrimi promptuarium; inanitio verò sit oportet ἀθρόως, & confestim, non autem lenta, ac prope guttulata, qualis fermè videtur ex gracillimis postremis membri venis, perinde, ac si per amplos aquarum excursus irrigare volens tenuissimis exequaris rivulis.

VI. ratio à ductus norma nunquã sic servata.

Hæc quidem animo meo versabar adversus novam Hypothesin Æginetæ, cui vellem istorum nihil incommodaret: Verum quoniam à Galeno communi omnium magistro descivit, quo cum iustè convenire præsertim in re plana, debuerat; quid tantum ego sceleris patrârim, qui cum defectore non consenserim, & pugnam conseruerim. Adde quod neque primus ego Pauli animadversor videri debeo; quandoquidem, & Ludov. Duretus Hippocratis genius in enarratione ad Hollerium 35. de jecoris inflammatione hæc Paulo contradicentia prodidit. Vt ergo inflammationis hepatis curationem aggrediamur, dabit operam Medicus, ut detrahatur sanguis è dextera axillari interna, quam vulgo basilicam vocant, illa enim tùm rectitudine, tùm amplitudine sui ipsius aquæductus cum vena cava communicat, & societatem habet. Quod si Basilica non appareat secanda est mediana, ac pollice comprimenda cephalica: scripsit summus Præceptor, proximum ventrem purga, proximum vas seca, le plus pres est le mellieur. Nec verò audiendi sunt, qui salvatellæ venæ sectionem præscribunt; neque enim habet εὐροιαν, & longius abest à fonte, quoties autem pigro lapsu fluit sanguis, malum est. Venulæ inter digitos sitæ sunt penè capillares.

De taxato Paulo Autoris excusatio.

Dureti suffragia.

Habes jam efficacem Dureti demonstrationem adversus præcipitatam

tatam à Paulo ſanctionem. Quid autem ſi ſuper his jactis fundamentis affabricaveris, & Semiramideum Cornelii Celſi murum, id eſt, de longiſſimè ſanguine revocando ſententia per eum lata, & his verbis com- ,, prehenſa, lib. 5. 21. c. x. Neque ignoro quoſdam dicere, quam longiſ- ,, ſimè ſanguinem, inde ubi lædit eſſe mittendum. ſic enim averti materiæ ,, curſum, & illo modo in id ipſum, quod gravat, evocari: ſed id ipſum ,, falſum eſt. Proximum enim locum primò exhaurit. Ex ulterioribus ,, autem eatenus ſanguis ſequitur, quatenus emittitur. ubi ſuppreſſus eſt, quia non trahitur nec venit quidem. Hæc ille, contra eos, qui ſine diſcrimine longiſſima ſemper loca per initia quærunt, nec eo quidem præſidio ſæpè è directo oppoſita. Verum Cornelio non contentus, addo & ipſius Hippocratis magni Mantiſſam, divinè præcipientis in lib. de natura humana, verſ. 225. Enitendum autem, ut ſectiones, quam longiſſimè à locis faciamus, ubi dolores, & ſanguis colligi ſolet; ſic enim mutatio minimè magna derepentè fiat, & conſuetudinem removebit, ut non amplius in eumdem locum colligatur. Porrò monſtratur hac dictatoris oratione retrahendum à longinquis per venæ ſectionem haud quidem urgente jam morbo, verùm in prævertendo verius defluxu, quo certè tempore non laborat homo. Enimverò, cum laborat, ſecus admonebat idem medicinæ Deus lib. de locis in homine, ſect. 2. verſ. 285. per hæc: Morbi ea parte, quâ proximi ſunt educendi, & qua parte ſingulis exitus, quam proximus eſt extrahendi. Hæc in lib. de locis. Cæterum per rationes, quibus ſententiam ſuam confirmat Hippocrates, apparet revulſoriam venæ ſectionem, quæ à remotiſſimis fit partibus in affligentium iam morborum curatione minimè convenire, niſi ſymptomaticas vacuationes ſiſtere cogatur Medicus; hoc enim caſu revulſio non expedire non poteſt Hippocrate ſic tradente lib. 6. epidem. ſect. 2. verſ. 56. revellere oportet, ſi non, quâ oportet, repant.

Cornelii de longiſſimo ſanguinis abductu ſuffragium.

Cornelii opinio cõfirmatur.

Redeo nunc ad Galenum, qui conſuevit etiamnum manus pro brachiis accipere, ut comm. 6. Aphoriſ. 36. & lib. 3. Meth. meden. c. 11. & lib. 2. de arte curatoria ad Glauconem c. 2. multò ante ſub calce clariſſime verò & exactiſſime in lib. de inæquali intemperie c. 2. quemadmodum paulò ſuperius explicavi, quæ equidem vel meminiſſe, vel modo eò recurrere te velim. Qua multiplici noſtra Galeni locorum adverſione, atque enarratione, pleraque ejuſdem enunciata, nedum non adverſantia, ſed luculenter etiam ſuffragantia contenderem, & mihi corrogarem. Primum enim omnes locos in quibus approbaſſe videtur eam venæ ſectionem communiter explicarim illo propoſito, quod aliorum extulerit ſententiam non ſuam; verum ex huius viri ſingularibus in hac re effatis,

Ad Galenica pronunciata occurſatio. Pag. 68.

Conciliatio noſtrarum, ſi quæ ſunt contradictionum.

 cum

cum insigniora supersint duo rursus hæc interprætanda suscipio, quorum alterum sit Arabum Autorum contagione tinctū, & inter illegitimos relatum: Alterum verò legitimum, & probatum. Exordior equidem à digniore, quod proditum est in lib. de curando, per sanguinis missionem; in quo libello visus est plerisque venæ sectionem parvarum manus levæ venarum, nedum comprobâsse, verum æqualem maioris cubiti vasis affirmâsse, quod mihi nullo suaderi modo potest memoria recolenti, quod cap. 14. pronunciaverat, jam semel ex venis, quæ ad magnos oculorum angulos conspiciuntur, aut sub lingua, quod certè mentione dignum sit effluere non solet; sicut nec si quis summa in manu, aut pede venam secet. Hæc Pergamenus Medicinæ Antistes, cuius sententiæ contradicentem, alteram quis non videt? qua proponitur æquam extremæ manus quoniam internæ superioris, & maioris venæ frugem esse. Illud igitur in frugiferæ sectionis decretum, cum primò proposuisset, quid eandem aquæ frugiferæ conditionem, ac facultatem paulò post recantavisset; Satius igitur est cum prudentioribus negativam, quæ sententiæ aderat retinere, non abolere. Porrò non intellectam hactenus finientis capitis 14. cum ineuntis, cap. 16. sententiam, quinimò continuati græca serie sermonis unitatem explanabo, si prius constituerim, & memoraverim amicis meis perorasse Galenum in calce, cap. 14. spondentem sanguinis evacuationem, quàm maxime servandam esse; Deinde alterum statue, quò major adjuvando visceri vacuationis rectitudo paretur eò fœlicius adjuturam medelam. Atqui tertium præstrue laborantem, cui succurritur lienem rectiùs spectari per venas cubiti internas, quā manus extremæ. Igitur non immeritò complexus est Galenus affectum graviter lienem haud æque adjuturum circa digitum annularem sinistræ manus incisam venam, quàm si cubiti secta fuerit interna vena. Sic necessariò conficitur, ut tolli particula negativa non possit. Expositio cōfirmatur, subjectâ inferius Gal. doctrinâ quæ de rectitudine tota est hoc capite producta, docens, interiores venas utiles sectu, quibus inferiores collo partes laborant superiores, ut facies, aut caput, medias mediis, &c.

Loca Galeni naviter in usū nostrum explicata.

Hippo. the. prima.

II.

III.

Postquam verò rectitudinis explevit doctrinā, attingit & sanguinis quantitatē extrahendi; dicit verò fermè sic: deberetur quidē evacuandi absolutioni, curandique necessitati, semel educi, quod superat; at nihilominus expedit viribus consultiùs, mensuram eandem in duos dies partiri: quod & Alexandri Tralliani placitum est. Qua præceptione jam functus magister, transit ad ostendendum utilitatem, quam gravato lieni conferat memorata phlebotome vetentibus nonnullis ejus tempestatis Medicis, quorum unus fuit Apollonius Citiensis apud Aurelium in lib.

Loci enarratio.

in lib. 3. tard: pass. c. 4. Sanguinem haurire lieni frigido visceri, qui melancholico, & sanguini contrario abundat sicco: compertum alioquin est ex Galeno, grandem ex hac exanitione profectam esse utilitatem ægrotanti, præsertim si largius ad libram effusus fuerit cruor; quippe quod aliqua inflammatio plerumque cum lienis vitio complicari solet, nempe propter multam succi crassioris & lentioris collectionem, eiusdemque jam collectæ prohibitam transpirationem. Quam ego Galenicam rationem dum indubius deligo, sentio musitare nonnullos, qui crediderunt Galenum his verbis professum de vena manus externæ, cùm ego de vena cubiti interna sum interpretatus. Sed certè de hac non de illa sermocinatus apparet Autor, qui mensuram sanguinis eximendi non minorem librâ desiderat; non desiderasset autem, si de venula manus externæ verba fecisset. Ex istis enim venulis vix quidquam effatu dignum, quemadmodum ex oculorum angulis emanare, præmoverat; Tantum abest ut libræ modus ab iisdem reddi queat. Altera ratio demonstrandæ sententiæ nostræ fuerit, quòd cùm aliquando inferius inter cæteras corporis partes liene laboranti succurrere vult Autor, ab internis utique venis, id est, quæ subsunt cubiti flexuræ, sanguinem jubet educendum, neque ab hac evacuandum sanguinem in duos dies partitus fuisset; interim ipse egregiè secum pugnavisset.

Cum lienis vitiis commista plerumque phlogosis aliqua.

Igitur non est hic verè sermo suffragio phlebotomes parvæ conscriptus, quod nobis initiò demonstrandum fuit. Reliquum esset expendendum experientiâ confirmari præsagij monumentum, quod cùm à nuper adverso de sanguinis emissione libro legitimo sit insulsè detortum, non est quòd æmulantis pulchrè apud pueros similem rationem habeamus.

Alius Galeni locus expertus.

Hìc autem, quum non adversum hypothesi meæ Galenum ostendi, oportet ut convertar adversus Amatum Lusitanum, qui pro salvatella sentiens ipse, cùm prim ũ auspice Pergameno sexcentis in locis sibi suffragato credidit perorasset rarissimè curat. Pag. 113. Centur. 7. Deinde miror vel ipsum Hieronimum Cardanum, qui lib. art. paro. pag. 113. locum à me paulò ante recitatum text. de Anatom. administr. sic accepit, ut Autor ex sua sententia verba illa prodiderit, neque viderit acutus vir apertam alieni moris enarrationem.

Adversio in Amatum Lusitanum.

Cardanus notatur.

Tertius est Franciscus Valleriola, qui commentario de constitutione art. Med. c. 18. salvatellam quæ inter annularem & minimum digitum excurrit, interpretatus est; quanquam & hoc cum Francisco Valleriola etiam Arnaldus Villanovanus voluit in lib. de Meden. operæ consideratione. Ad alios nunc posterioris loci professores gradũ facio.

Quoniam

Ad Soranum.

Quoniam verò de Aretæi, Aurelianique piscantibus in aere testimonijs aliàs dixi; Soranus restat Ephesius, qui doctior Philosophus Peripateticus, quam Medicus, unus inter vocatos Latinos, enunciavit: Incidi de manibus venam, secus digitum minimum, propter inflamationem splenis; hæc cap. 21. Sed cap. priore, mense, ait, Februario de pollice manus sanguinem minue. Quam utramque præceptionem quo autore, & quo exemplo prodiderit, ignotum est: illud notum optimorũ duûm Græcorum neminem id voluisse. Cæteri verò posteriores qui circa Juliani Imperatoris tempora extiterunt, & cum Arabicæ scholæ viris senserunt singuli quotâ quisque parte plus minus viâ aberrarunt, qui Barbaris identidem adhæserunt. Prima antiquitate Oribasius Sardianus. 2. Aëtius Amidenus. 3. Alexander Trallianus. 4. quem jam audivimus, Paulus Ægineta, Sardianus quidem vir in collect. citato scripta reliquit hæc. Nonnulli verò eam venam incidunt, quæ inter medium & annularem interjacet, & sanguinem fluere sinunt, donec ipse per se sistatur, lienemque juvari aiunt; atque si venam internam cubiti secueris. Sanguis enim è sinistra manu detractus, lienem malè affectum mirum in modum juvat; præstat autem non semel extrahere quantum convenit, sed in duos dies est facienda partitio. Ex quibus verbis apparet, autorem non suum ipsius sed aliorum sensum exposuisse; Verùm enimverò sectas duas profanas & dogmaticam commiscuit hic vir; prior enim quam cõmemoravit, doctrina fuit Arabum: propterea cùm dixit: sanguis enim ex sinistra; ad Galeni alteram recurrit, cujus si dogmati observatorem se præbuit, non video profectò, quid venæ sectionem unam in duos dies partitus sit, nisi quòd perperàm Magistrum interpretatus, qui manum extulerat pro brachio, cujus venæsectio sic ampla est, ut liceat hanc in biduum partire, manus verò summæ sectionem non datur in biduum partiri, quæ vix unam sanguinis explet missionem. Quod meum de Oribasio judicium non oscitare verum, expendas velim.

Aëtii censura.

Nunc eadem de re dissentem Aëtiũ audiamus, & censeamus, qui profitetur, indurato scirrho lieni commodam esse sanguinis detractionem quæ fiat intercapedine manus post auricularem, subiunxitque parem curationis unam ab incisa vena post aurem levam attigua, si cruore hinc recepto lien illinatur. Quæ levitas & superstitio per Ætium approbata! Quòd si suspicemur & arbitremur, parem in manus phlebotome superstitionem ejus & levitatem? Et eò amplius quòd æquam Epati malè valenti medelam ex postica auriculæ dextræ phlebotomiâ pollicitus est, quæ jecinorosis incendiis restinguendis confert. Ejusdem cap. 3. manus extremæ phlebotomiam contempsit, cujus Avicennas,

Actua-

Actuarius, Paulus, & posteriores, Arnaldus, & Amatus Lusitanus meminêre. Verum tamen id, quod Aetio gravem effutitoris culpam deprecatur, dicam; nam providus τὸ ἀνάθημα præcavit, inferiore professione discriminatus. Nos autem in his qui multo sanguine abundant, inferiorem in sinistro cubito venam secare consuevimus, &c.

Hactenus de vetustioribus à Galeno magistris. Alexandrum nunc auscultemus, qui mira, præ cunctis prodidit de levæ manus insectionis beneficiis, ad lienem exonerandum. Primum quidem est hoc, quod si venæsectio visceribus omnibus inflammatis remedio est; præsenti & maximo est inflamato lieni. Quamvis enim alias hoc effatum de phlebotome generatim proditum videatur, nihilominus de phlebotomia manus extremæ censitum est Ioanni Riolano lib. suæ Anatomes aliàs citato. Utcunque contradicit Alexandro Duretus, ubi de Hæmorrhagia professus est, de morbis, & systrophicis inflammationibus gravioribus tàm hepatis quàm lienis. Ad Trallia-ni enuncia-tum primũ.

Secundum enunciatum Tralliani fuit hoc; etsi verò hinc minus sanguinis evacuetur, tamen quantulacumque inde sit exinanitio, præcipuum lieni ad sanitatem adjumentum est. Quod Alexandri pronunciatum primùm ex vulgari credulitate, & uno hoc autore sine ratione jactatum est. Hæc quidem in commendationem privatæ manus venæ verò veriùs tradita videntur. Nihilominus huic operæ quantumcunque suffragentur, nostro nihil incommodant decreto; quod ad unguem planè consentit antiquis qui lienis ad inflammationem duntaxat, non autem ad diu progressa vitia, nequè ad melancholicas habitudines illud auxilii dirigebant. Verum de Tralliani dictis aliàs complebo solertiorem adversionem meam. Ad Trallia-ni secundũ enuntiatũ.

Restat unus Actuarius qui minimus omnium nobis refragatus est, fortassis etiam suffragatus, si nostra nos interpretatio non fallit, quæ est; ad vitia curanda lienis, siquidem humeraria non appareat eam, quæ ad annularem digitum propagatur, atque ad minimum digitum magis accedit, substitui, subrogarique. Illud autem adverbij (quemadmodum) apertam superiorum cum inferioribus parietem, apertamque nostram veritatem ostendit. Quare nobiscum consentit potiùs quàm dissentit Ioannes Zachariæ filius. Hactenus de Græcis absolutè singulis per se, mox de his cunctis inter se collatis. Paulus Actuarius examinatur. Conciliatur.

Hippocrati quidem nullo loco fecit manus extremæ phlebotome. Galenus hanc quidem agnovit, verum parvifecit: Oribasius magnificecit quidem Arabum experimenta sequutus, aliàs verò Galeni decreta non neglexit, à barbarorum dictis diversa promittens, quæ suum per seipsum ad liberum exitum fluere sanguinem, & hujus unum pleniorem in duos Seilē phlebotomes varia administratio notatur.

 dies

dies partiri defluxum. Barbari porrò fomentum aquæ calidæ adhibentes sanguinis eructatum pro arbitrio compescebant. Galenus verò, qui pauciferam hanc venæ sectionem advertit, atque usum fomenti non agnovit, per seipsum effluere sanguinem passus, ita & Oribasius, cuius interea confusaneam vides doctrinam, & sibi non constantem, qualia quidem sunt, quia non exit promptè sanguis (Galenicè) acciri fomenta (Arabicè) contra deinde quoniam exit promptè partiri in duos dies effluxum, nec adverti, quod si partitur biduum, fit hæc partitio virium non admodum constantium. Si autem vires non cõstant satis est hauriri sanguinem per se ipsum uno atque altero die fluentem Galenicè sine barbaricis fomentis, quæ est utroque nutans sententia, Alexander ad Arabum sensum omninò de hac re statuit.

Paulus à Galeno recessit in eo, quod summa de manu non autem de interno brachio contra quam l. 1. therapeutico ad Glauconem decretum est, læva quidem ad lienẽ medendum, dextera verò ad jecinoris curationẽ hauriri sanguinẽ voluit, nec unico Galeni τȣ κατ' ἶξιν beneficio, verũ sympathia partium innixus plus revulsionem, quàm evacuationem, ex hac chirurgia quæsivit.

Actuarius postremus Arabũ, & Galeni doctrina non differta manus extremæ phlebotomen câ tantũ occasione approbat, quatenus superior administrata sectio præclusa sit. In his quidem singuli discrepârunt, verum in eo consenserunt omnes, quod inflammationi levandæ sectionem venæ præscripserunt, uno tamen Amideno excepto, qui ad obduratos etiam lienis offarctus digitorum interpunctum ordinavit.

Ad Arabũ sectionem. Succedit ad Græcos omnes Arabũ, & Arabistarum familia, quæ ipsa fuit seilẽ, tũ utendę tum nominandæ inventrix, salvatellæ verò notatione tametsi Iacobus Carpensis in commentariis ad Anatomiam Mundini nuncupat Rhazæ, nihilo secius ego vocem credo traductoris parùm diverso sensu, quàm salubris; quod venæ epitheton, & designamentum Halij primò refertur ab eodem Carpensi. Quibus nomenclaturis postrema latinorum successio pro arbitratu confusim usa est; in quo vocum delectu, nec mihi placuit esse scrupuloso, qui privatam tamen singulorum appellationem ubi fuit opus non neglexi. Interim non indictus

Arnoldi Villanovani iudicium & eius enunciatũ. abibit Arnoldus Villanovanus qui dist. 2. fine de consideratione operis medendis omnem rei summam brevibus attigit dicens: Vena, quæ inter minimum digitum, & medium inciditur salvatella vocata, Arabicè seile cùm ramus sit basilicæ eiusdem membris juvamentum procurat, quibus & illa. Est autem differentia, quia hæc ad locum trahit remotiorem, quam illa, quæ aut in dextera pro passionibus hepatis aperitur, in sinistra

verò

verò pro paſſionibus ſplenis. Deſcendit, & ad noſtram ſententiam Syllanus Papienſis in comm. ad Manſorem, qua de dolore lienis, qui probatâ quidem oratione licet inconditâ problema diſtinxit ad hunc modum: Quod ſi æger fuerit repletus, debet fieri phlebotomia de baſilica ſiniſtra, quando intentio eſt plus evacuatio. ſed ſi intentio eſſet plus, diverſio debet fieri phlebotomia de ſalvatella ſiniſtra manus, quæ eſt inter anuularem, & auricularem. Ratio patet, &c.

Syllani cũ Villanovano conſenſus.

Verum his omiſſis accedimus advenæ ſectionem, Arabum, & Pœnorum ordinatione propoſitam, quorum quidem ſingulorum effata non eſt, quod curioſè refellamus; neque enim hi ſingulare quidquam addidêre; præter unũ lienis adjuvandi uſum, qui fit adminiculo fomenti per Encatiſma parati, ut moraturum in vaſe cruorem expedirent, inflictamq; ſcalpello plagam ad plenos hauſtus cuſtodirent; quemadmodum ſupplici Senecæ præfectis, ſed perparum manantibus poplitum venis ad plenos effluxus ſtagnum adhibuere milites adminiſtri; induſtriam narrante C. Tacito annal. ſed medicæ proviſionis meminerat tùm Halij Abb. filius, in lib. 2. theiſir, tùm autor libri de Anatomia vivorum locis aliàs à me citatis quæ ſanguinis eliciendi miniſteria nemo Græcorum, aut principum, aut minorum agnovit, aut certè commemoravit, quam pragmateiam ignorâſſe Galenus apparet, primò quod una manus phlebotome contemnendum propemodum effluvij repulit, præterquam oculorum, narium, teſtiumque venarum medico ſcalpro tactarum de more permittebat manare, dum ipſe per ſe detineretur ſanguis. 2. Cuius item ignorationis accuſandus nen eſſet Oribaſius, niſi quod anteà profeſſus ſinendum, ut per ſe ſiſtatur ſanguis, ὀλιγόδροος quippè viſus; mox ait iuſtam unius ſuppunctus emiſſionem in biduum partiendam. Ad hos 3. ſuadetur ignarum fomenti fuiſſe Trallianum, ut qui pauciferam animadverſam hanc phlebotomiam nihilominus quotacumque portione cauſſatus eadem eſt eximiæ facultatis eſt beneficium conferenda.

Ab Arabibus primũ invectus aquæ calentis uſus in manus phlebotome.

Quibus judiciis adminiſtratũ ad phlebotomiam fomentum non agnitũ Galeno neque Oribaſio.

At cùm de variè cognito per diverſas ſectas in phlebotomen aquæ calidæ miniſterio ſtatuendũ Quo item loco ſatisfaciendũ eſſet aliis, quæ producta fuerant à Nobilibus Mauris ſeilem firmamentis, verum iſtorũ nudæ, ſeu mentiones, ſeu approbationes peculiarem poſt alios obluctatus non deſiderant revulſionem, quam omnifariam completam jam habes: interim dijudicare, diſcernereque facilè poſſis, quàm rectè quamvè prudenter poſt unum Hipp. poſt alterum præceptorem maximum Galenum omnes alij, ſeu Græci, ſeu Mauri pronunciârint. Equidem Aretæi in c. 2. l. 2. de morbis acutis oraculum ſingulariter animo fervo, quod ſalvatellæ remedium, ut inutile, ac ſuperſtitioſum damnavit, cum ſit vena-

rum cubiti soboles. De aliorum falso judicio Ioannes Riolanus Anatomicus præclarus lib. Anatomes quâ de vena porta; Posteriores, ait, Græci pravis Arabum opinionibus imbuti sectionem salvatellæ laudârunt. Paulus Ægineta, Trallianus, &c. In qua tamen credita per Riolanum successione anachronismus arguitur clarus quando Paulus Ægineta vetustior Alexandro Tralliano jam aliquot annis præcesserat antiquissimum Arabum.

Quare longè posteriores Arabes fuêre Græcis. hi igitur quem non à Galeno dogma transtulerunt hoc unde imitari potuerunt. Certum enim, quod apud, seu primores Græcos, seu posteriores id non natum. An igitur apud Græculos, quorũ unus Aurelianus ejus rei meminit in l. tardarum affectionum; nedum autem meminit, sed approbavit Soranus fortassis, & istorum alio, cujus scripta non extant, acceperunt Græci posteriores.

PARS II. DEROGATORIA.

¶ §. I. *Causæ omnes, quæ ad phlebotomen amplectendam ac retinendam primos autores impulerunt.*

POst hæc autem, ut demonstratio nostra cumulata sit, pergimus ex Auctario reponere causas, quarum vi fieri potest, ut, quæ non est experientia, habita fuerit pro experientia; atque inde falsa opinio pro certa fide primis ab hisce autoribus fuerit admissa; illæ autem numero sunt multæ. Primæ quidem adhortatæ ad amplectendam, retinendamque suasionem. Secundæ comprobantes opinionem ex ope utcumque consequuta, tertiæ in utroque genere faventes causæ. Quibus omnibus æstimandis secretricem ingenij tui vim, Ferdinande, verè ἐπιφανής appello. Prius de prioribus dicturus. Opinioni deinde per autoritatem, & famam confirmatæ ut retineretur mordicus opinio, successit mos diu præscriptus legis modo prohibens, à navatoribus novorumq. cōmentatorum ausis. Vulgus enim hominum ea tantummodo approbat quibus assuevit. Ab exoticis abhorret non quia mala per se sunt, ac quia peregrina, quæ verba sunt Socratis apud Platonem. Quæ tanta quidem

Vulgi discordia.

quidem aversionis, & cautionis est vis, & efficacitas, ut non majoribus machinamentis vetus de vena salvatellæ phlebotome confirmato voluerit sustineri.

Prima, & potissima occasio fuerit philautiæ non imperiti neque abiecti animi viri, qui præceptiones Hipp. & Galeni cum manus adapertiones apud hos crebrò legerit commemoratas ambiguitate nominis deceptus, locorũ venarum interdigitales animo contemplatus, aut post auricularem, aut post annularem venas cæpit attrectare; & quia sicut rectè Sanctorius Justinopolitanus in lib. 3. de err. Medicorum advertit primarum opinionum amor est impedimento, ne in novo verius experimento prænoscatur, fecit. hæc aversio ne judicium, & examen invento cõiungerentur, in quo invento acquiescens homo, & in alias propagato gentes multas cæpit, quæ & ipsa minus discussam opinationem longè lateque disseminata in plerosque omnes vulgavit.

Experientiæ falsæ pro vera habitę causa.

De causis opiniones.

Secunda Authoritas cuiuspiam sapientis, aut pro sapiente habiti viri, qui excogitatam ab se rem prærogata sibi fide munivit, roboravitque sic, ut eâ semel receptâ, mox aliis fuerit præjudicata, & posteris affecta solennis, enimverò pleraque sortis abiectæ per gravissimos homines paruis accessibus ad summam dignitatem evecta comperimus; sic cum primus Herodotus enunciârit viperam fæmellam in coitu maritali caput maris in suum os per venereas illecebras insertum præscindere, eidẽ verò parienti per suos natos uterum discindi & abrodi. mox Theophrastus Cresius, Nicander, Horus, Apollo, Lucanus, Plinius, Galenus, Plutarchus, Apulejus, Symposius Ænigmatum scriptor, Augustinus, Hieronymus, Basilius, Epiphanius, Euthymius, Athanasius, Isidorus, Philo græcus Autor Cælius Rhodiginus, Raphaël Volateranus, Julius Chamas, & Simon Majolus, & quis non alius scriptor pro comperto perhibuere? quod tamen, & Anatomæ, & autopsiæ, & rationi repugnaret; Primum equidem in zootomia, mox in vipera Pythia demonstravi; sed nihilominus haud miror propterea quod monuerit Cardinalis Ponsetus lib. 3 de venen. c. 12. ex relatu & imaginatione venire in ora hominum, quæ comprobari non possunt experientiâ nec ratione. Sed hi quidem autores certi sunt, & numero comprehensi. Quid autem si de gravissimis pariter, & antiquissimis numero nõ definitis dicam? Ex quiqus nemo non eruditus, nullus non scriptor, aut Philosophator, nullus præterea populus, nulla gens de Barbaris, nulla de excultis rati non fuere. Quid enim celebrius manibus mortuorum? quæ corpora suorum extincta nunquã deserere & his consumptis sepulchra inhabitare, aliàs circumvolitare perhibentur constante à prima Græcorum, & Romanorum memoriâ

Autoritatis in sapiente pondus.

Ab exemplo.

Traditio Herodoti falsa in sexcentos scriptores transfusa.

Manus aquæ celebritatis ac falsitatis.

ad hanc usque diem fama, quæ fortaſſe ad mundi exitum perſtitura eſt, etiam propter unam ſemel initam opinionem. & benè firmam de reſiduo ſpiritu vulgarium hominum imaginationem. Quâ tamen opinione nil falſiùs eſſe conſtat per ſancta religionis noſtræ decreta, perqun phyſicas oſtenſiones; Verum extera, & longiſſima transgreſſus referam mox duo; quæ falſiſſima inter noſtros æquè ſunt, ac receptiſſima, vulgatiſſimaque. Nempè verius his, quæ geſta ſunt ad ſagram creditum eſt populo Neopolitano laminas tegulares plumbeas templi Divæ Claræ precioſiores eſſe argenteis, numero & magnitudine paribus lamellis, ſi cum his illæ fuerint commutandæ: atque hoc unam ob cauſam, quod otio perpetuò cælo longinquitate temporis expoſitum plumbum purgatum fuerit in argenti precium, ut ſit valentius, quæ fides unde primum inducta ſit, alia mihi conjectura non eſt præterquam à teſtimonio fortaſſe cuiuspiam ſpectatæ autoritatis viri, qui per luſum quidem, neque per dolum id dixerit; interim imprudentes pro re firma retinuere, atque aliis demùm cũ ſubdita cauſa quaſi per manus eadem tradidêre, quam tamen opinioné bellè deriſit clariſ. vir Petrus Ioannes Faber in Palladij Spagyrici cap. 13. p, 164. Quâ item ratione factum eſt, ut plerique hominum contendant, & verè credant cucurbitæ ſiccæ corticis partem, quæ cerebro tuendo, & huius membranis in amplâ calvariæ fracturâ plerisque Chirurgicis in uſu fuit, mox cum capitis oſſibus coalitam geſtari continentur ad exitum uſq; vitæ ferruminatam. Cui ſimile eſt illud vulgatæ fidei inter omnes, ut cùm ulcus canceroſum, aut therioma ſit, quod altè lateque depaſcat carnes; conquieſcere continerique credatur, ſi carnes huic mactatorum animantium imponantur, his quaſi contenta lues devaſtratrix, ſubjectis quibus primum incedit partibus exedendis abſtinere cogitur, quod remedium hoc, & naturale facinus ſæpe per hos homines prædicari, & cum admiratione celebrari conſuevit univerſo populo vulgariſſimum.

Domeſticũ primum exemplum

Hactenus inductio diſſerta fuit autoritatis quâ ritè connectendum eſt & malum aliunde ſpectatum exemplum per quod communicato quaſi contagio de Profeſſoribus Barbaris traduci vitium facile potuit in Latinos & Græcos. Ex Arabibus, inquam qui poſt abolitos Aſclepiadas, & horũ aſſeclas legitimos ampliſſima planè ſchola floruere ſub Manſore Rege Bocchare qui litteras, & peritos viros honorificè complexus eſt aperta patriis hominibus inſtructiſſimâ bibliothecâ, qui cum Galenum græcè non intelligerent convertenda cuiusdam opera curaverunt. In quas converſiones multi gravesque errores non incurrere non poterunt: Inter cæteros lib. de venæ ſectione, & huc facientes alij plerique translati; per quos uſurpatam manus pro brachio ſignificationem non advertentes

Experientiæ falſæ acceptæ ſecunda cauſa eſt propagatio.

tentes in falsas de phlebotome interpretationes delapsi fuerunt. Unde magnifieri sanguinis haustus extrema de manu cæpit; qua labe & Græci postremi tum temporis rei medicæ professores coinquinati fuêre, quibus conjunctis utrinque judicis celebratissimo increbruit nomine manus phlebotome qua traditione perenni ad hodiernam etiam diem viget.

Accessit adhæc speciositas nominis venæ salubris, & salvatellæ, quô quasi salutem pro re ferente suasi plurimi priorum cæperunt, & eò amplius hanc salutiferam spondere, ac venditare, non aliter sanè, quàm salviam, quasi salvatricem interpretati pro re divinitùs data voluerint colendam antiqui Salernitanæ scholæ Professores admirabundi de ipsa sic eloquentes,

Speciositas nominis 3. causa.

Salvia salvatrix, naturæ conciliatrix
Cur moritur homo, cui salvia nascitur horto?
Contra vim mortis non est medicamen in hortis.

Sic autem recto Chelidonij nomine, in Cælidonium, & in Cæli donum, ut fit barbarè detorto, quod aliàs audiverunt, aut legerant quidem per Chelidonas id est hirundines illustrari, subinde notionis, & historiæ vicibus idemtidem coaptatis exactisque tùm prædicationis istius, tũ persuasionis suæ momentis aggestiones huic opthalmico cælesti dono mirabilitera pplausêre: Quare eodem cælestis doni opinione, quoniam huius plantæ succus expressus aurum colore refert, & in auri de argento metamorphosin exercuerunt, Alchymiæ malè periti. Qui ex appellatione lunaris stirpis ad lunam, quæ argento præest, & liene in argenti speciem non tàm analogiâ physicâ, quam metalepsi poëtica transgressi crediderunt ejus herbæ interventu, præsenti tamquam numine lunam in solem hoc est argentum in aurum mirificè transferendum. Ita scilicet leves rerũ extimarum æstimatores, & apparentiam sectatores blandâ rerum imagine capiuntur, ita obluduntur. Idem opinionis idemque fiduciæ credulis in promptu mentibus herbæ consolidæ symphysi nomen peperit, enimverò illo specto quod ἀπὸ τοῦ συμφύειν conglutinare deductum fuit; nemo est hodierna die, qui mira coalitus effecta ex ipso nedum non exspectet, sed in manu non habet sua; sive vulneribus internis externisque; sive ulceribus, sive confractis ossibus compingendis. Ad hæc hernijs adstringendis tam firmiter proponi, tam fidenter applicari quam vanè consuevit: fides autem hæc incautorum animos aliò quasi fascino cooptavit, ut vulgò dictitent immissas carnes in ollam quæ symphytum receperit, miraculo coalescere, qua quidem re quid inscitiùs imprudentiusvè? quod de confractis ossibus hominum aut jumentorum à fonte inter Scotusos Vhessaliæ fluente ac de semidiruptis lienis redintegratis narravit

De Cælidonia exemplum.

Alchimistarum superstitio de chelidônia lunaria damnatur.

III. De symphyto exemplum.

ravit Ariſtot. l. de audition. admirand. 112. Admoti etiam ex leporis & lepidi latinorum verborum, quæ Grammaticis venuſtatem notant, alluſione factum, ut leporina caro peculiari transferendæ ſuæ teneritudinis uſu laudata frequentes venerit in eſcas, cavis ex terræ viſceribus & remotis locis aſſidua venatione laqueis & decipulis quæſita, non à mulierculis, ſed etiam à viris & mundi Dominis; ad quos ſeveritas & majeſtas

Alexandro Severo carnes leporinæ cur familiares.

non carnium effœminatio attinebant. De Alexandro, inquam, Severo, qui quotidiè ſuas in menſas, lepus ut fieret, lepuſculos inferendos cogebat architriclinos: de qua re Lampridius carmina compoſuit ironica cujusdam, quæ ſunt

Pulchrum quod vides eſſe noſtrum regem,
Quem Syrum ſua detulit propago;
Venatus facit, & lepus comeſtus.
Ex quo continuum capit leporem.

Emplaſtrũ Gratia Dei notatur.

Item leges de hac re multa Plinii l. 28. nat. hiſt. c. 29. quæ tamen omnia credita ſuperſtitiosè ſcriptor adagiorum advertit. Spondet & Gratia Dei vulgatum emplaſtrum vulgari prædicatione grandia miracula, quæ tamen, ſi noſtris & amicorum experimentis credas, ſibi ipſis non conſtant.

Ad hunc quidem modum pollicitantibus ſpecioſis vocabulis indicatæ rerum naturæ pro voto præſtabiles in uſus hominum ac plauſibiles minimè comperiuntur.

Ominoſæ vis appellationis.

Ex adverſo, quæ malam nactæ ſunt appellationem, cum malâ continuò notâ, malum etiam omen, malosque effectus minantur. Illud contingit juglandis nuclei, quæ cum à nocendo videantur dictæ per Grammatiſtas atque alios etymo nominum addictos, inde

Nucis quaſi nocentis nomen ſuſpicioſum.

factum eſt, ut plurimam edendi uſu dignitatem amiſerit apud ſciolos obſervatores, qui minimè comprehenderunt celebratiſſimæ ſcholæ Salernitanæ Præceptores, qui de præſtantia nucis adverſus venena cum prius aliqua tradidiſſent, mox adnotârunt. Vnica nux prodeſt, nocet altera, tertia mors eſt: de cujus verſiculi ſenſu Arnoldum Villanovannum ac Renatum Moreum enarratorem utrumque ſummum conſule, & de nucis prærogativa Henricum Petrum Petræum, qui diſſertat. prima Nuſologiæ Harmonicæ pag. 22. Nux, ait, capitis ſignaturam refert, cujus oleũ vim habet digerendi, calefaciendi, reſolvendi, nervos roborandi, flatus diſſolvendi. Nucleus verò tritus & ſpiritu vini humectatus, ſyncipitique impoſitus cerebrum vehementer confortat.

Inviſum Antimonii nomen.

Eandem & multô graviorem offenſionem incurrit antimonium; cuius enunciatio dæmonij videtur præferre notionem, redditque medicamen, ut dæmonium abominabile. quod ſi ſanctimoniam fortè fortunâ nominaretur, videtes

etiam,

etiam, ut ſanctam rem venerationi eſſe. Ita benè maleúe nuncupatæ rerum formæ reſpondentes aſſiduè generant in vulgarium animis opinionem. Inter hæc autem de fibro amphibio animante non tacebo, cui cum caſtor primum quaſi γαςρώδης, id eſt ventroſi nomen inſederit mox ſciolus quispiam vel Grammatiſta, quod Rondeletius in lib. de Amphibiis animadvertit caſtoris ſeipſum per deſperationem caſtrantis ut ſeſe de venantium teſtes ſuos affectantium capturâ redimat; falſam, et jam vulgatam invenit narrationem. In quo item errore & Servius nobilis Grammaticus ſuper 1. Georg. fuit.

IV. Cauſa medicamẽtorum inopia iuncta Medicorũ inertia.

Favit & medicamentorum quæ plerisque omnibus per inertiam eſt inopia, per quam fit, ut quidquid ſe offerat promptius auxilium cæco ſubinde raptu arripiatur, alio prætereà nullo quæſito. Quo veſtigandi tædio quavè mentis dejectione factum arbitror, ut Polychreſtis Aſclepiadarum nullis receptis, ſed his omnium memoria deſitis fuerint invecta remedia, quę ſanè ſecus quam per imbecillitatem per ingenij ſocordiam per ἀδιόϱισιν per methodorum neglectum, & ut ſemel finiam per empiricam lævitatem non extitiſſent. Cæterum enim aliæ ſuadentis egeſtatis inopiæ remediorum nomina tanti non ſunt, neque Hercules eſſe debent, ut non ſuperentur benè comparatis ad omnia medicorum ampliſſimis ſtudiis, & inexhauſto materiæ medicinalis theſauro inſtructis.

V. Cauſa remedii plauſibilis vis & ambitio.

Quinta inter quas omnes cauſas dubius ſum, non promptitudo exterioris quoq; remedii recenſenda ſit, ſed nihilominus recenſenda, quandoquidem ita leviter, & facilè manus phlebotome quovis ab opifice perſolvi ſolet, imò perſolvi magnificum & plauſibile negotium videtur ei, qui manum inter membrum digniſſimum ſit tractaturus, aqua calida foturis. venulam quidem puſillam, ſed impensè frugiferam obſervaturque lecturus & poſt multa, & aëria talictra phlebotomo delicatulè aperturus. Demùm in aquam tepidam immerſurus ſanguinem hauriendum quot expediat multitudine dimenſurus, & ſive vulnuſculum occluſurus, ſive ad deſitum languentis ſpontaneum relicturus; eſt inquam opus, tùm adminiſtratu facilè peritis, tùm etiam apud Idiotas, & vulgares ſpecioſum, & medico facilè imperatu, quomodo compertum eſt, inter doctos ab eximio Petro Caſtello in lib. de phlebotomes abuſu demonſtratum, nullā in medicina majorem κατάχϱησιν, quam phlebotomes extare quam unicuique medenti ſolenne non ſolum, ſed & proclive ſit adminiſtrare. Plura autem ex hoc genere quid addam', præſidium hoc nobile, & in re medica fortaſſe primum, & præſtantiſſimum plerique ſuique deq; diſtrahentibus detrectantibus, & inflammantibus. Hactenus de certis generis primi pergimus nunc ad ordinem ſecundum.

VI. Causa est vigilantia sollicitudoque circa nos naturæ.

Ex his una est vigil sollicitudo circa nos, naturæ quæ nullo non tempore servientium in rem, & aeris ambientis, & alimentis, cæterarumque omnium causarum exteriorum, quæ salubriter applicentur utitur occasione. Porrò nil habet antiquiùs beneficentissima parens quam animantis rem optimè dirigere feliciterque procurare. Quod si novus aliquis casus, aut insolens morbi vis beatas ordinationes suas interceperit, ab his quandoque offendiculis, vel suamet ingenio, vel ope medica expeditam diceres administrationis suæ prioris anticipasse officia, sic nostris viventium commodis prona, & exposita est ipsa; quæ constantissimam nostri tutatricem, solitus equidem sum æquiparare fluento, quod objecto suo margine cohibitum, siquidem aliorsum pertractum est, quo conditio prima tulerat haud quidem decurrit; verum ubi compedes obducti sunt eodem momento temporis veterem instaurat cursum; institutoque altè insidet suo. Vsque adeò natura mira præstat ubi non sit impedita.

VII. Causa est tempus edax.

Postquàm naturæ vigilantiam in animantis salute tuenda ad unum effectum ordinaverunt se causæ tres, quarum prima longinquitas est dierum continuò succedentium, nempe multa ferunt anni venientis commoda secum, multa recentes adimunt.

Annus in apricis maturat collibus uvas: &
Tabida consumit ferrum lapidesq; vetustas
Nullaq; res maius tempore robur habet.

Si quid permutare sera temporis maturitas nequeat, atque adeò ὁ κοινὸς ἰατρὸς θεραπεύσει χρόνος. per hunc igitur tacitum lentumque effectorem igniculo nostro, vestali non languescente fit sæpe, ut vanescant torpidi languores plerique corporis, finiantur ex abrupto Saturniæ quartanæ quas vulgus falsò cudit insolenti quopiam victus genere vel è gelidæ potu, vel rerum absurdarum esu, vel duplicationis ardore, vel fortuitò in flumen lapsu, vel ictu Scloperi vel subito timore deletas; de quibus lege Paulum, & Schenchium suis locis.

IIX. Causa sub morbi maturitate curatio fælix.

Tempore conflata maturitas est, plerumque morbi, quæ facit ut is, qui jamdiu protractus, ac sicut admonuit Plato, more viventium animantium sua incrementa, & progressiones in summum statum emensus est, tandem inclinaturus sit, ac desiturus, sic illo constante, quod docuit Hippocrates concocta medicari, & movere, non cruda.

Quo concoctionis tempore incidens manus extremæ phlebotome miro non potuit levimento; partim factus ut longo morbi decursu totis propè seplasiis, & medicamentorum omnium thesauris exhaustis, deniq;

reme-

Causa IX. Remediorum novissimum aliorum fallax. CausaX. est medentis & ægrotantis in remediũ fiducia.

remedium collimarit quippe quod Celsus operis initio docuit aliquid dũ solum est non mouere, quod adiunctum aliis maximè movet, sic ex inani qualis jam fecerat remedij præstantis opinio facta est; partim etiam fit, ut, cum accedit medentis aut veriùs ægrotantis vehemens in remedium fiducia, quæ phantasiæ suffragiis mirum in modum adjuvatur; sic ut animi vigores, ac subsidiarios suos igniculos, quos nostri spiritus vocant valentissimè rapiat, & commoveat ad pleraque minus credita facienda; quæ fuit scita observatio principis Avicennæ mox suorum aliquot, & Alberti, cum quibus omnibus nescio an commemorem judicium populare constanti velut paræmia circumferens imaginatione confici casum .Itẽque cui plurimum confiditur ab hoc ægros sanari plures; legas autem hac de re licet quæ conscripsit Laurentius Rubertus lib. de vulgi in medicina erroribus cap. 12.

Causa XI. Medentis astus cum ægroti simplicitate coniunctio felix.

Alias etiam est Medici calliditas & arrogantia, qui remedii per se adhibiti velis remisque nititur, ut appareat omninò fælix eventus, etiam si non sit, cui respondet, interim ea est ratio malorum hominum ἐυτυχία simplicitas, & fatuitas ægrotantis, qui vel minima medentis autoritate auro velut hamo capi beatoque tanquam funiculo se sinit amicè trahi. Quare tùm quod ille discupit hic continuò prædicatorum etiam, quod ab illo factum ominari intelligit, lætabundus his promptissimè complectitur. Porrò scitum est illud Plinij, quod Medico se profitenti cuilibet statim credimus adeò blanda est sperandi pro se cuique dulcedo; Alienis enim, inquit, pedibus ambulamus, oculis alienis agnoscimus alienâ memoriâ salutamus, aliena vivimus operâ.

Causa XII.

Hæc postrema causarum est è comprobantibus utcumque sequuta opum salvatellæ præsectæ. Accipe nunc alias ex utroque genere facientes rationes. Interim nihil non operata est Anatomes imperitia per quam quæ monstra non fuerint invecta, quæ invenit potum in Pulmones non in gulam ferri priscis autoribus à Plutarcho in symposio, relatos cordis ventriculos cuiquam animantium generi ternos, Arist. in lib. de part Anim. c. 3. cor statim creatum drachmam pendere, mox singulis annis adusque quinquagesimum tantidem augescere, post hæc decrescere. Plinio testante. in lib. 11. natur. hist. c. 37. quod illusit Andreas Laurent. histor. Anat. in quo item loco scriptum est, inempto liene corpori benè esse. atque hunc adversus levitatem extendi inurique cursoribus sine incommodo, nedum interitu, quod neutiquam usu constare prohibuit Andreas Laurentius in lib. 6. Anat. histor. c. 25. en prior Aurelianus, qui in lib. 3. tard. passion. cap. item 3. effatus est voce quidem id dictum fuisse, haud officio completum. cordis ventriculos tres, quod Arist. lib. 1.

hist. Anim.c.17. Avic. can.3. fin.2.tr.1.c.1. & Al.Benedictus in lib.3. Anat.c.13. tradiderunt, Uterũ & Mammas per externas venas consentire. utero mulieris apud Stoicos & Mundinum autorem Anat. parvæ atque cellulas multas, quod falsi coarguit Ambrosius Paræus l.24. sui operis itẽ eiusdẽ cornua bina, quod exploserunt omnes. quæ matricem à conceptu, ne aciculæ quidem per viam Galeno placuit in lib. 5. Aphor.com.51. Renibus cribrum inesse; quorum alterum dexterum, cum emulgenti vena superiorem, & sublimiorem esse sinistro conario glande cerebri pusilla pituitam capitis coerceri, atque alia quam plurima apud Avicen. Arabes & Arabistas omnes autores nostros, nec non apud Mundinum frequentia, quæ tamen antiquorum omnia, si quod aliud, minimè sunt culpanda, quinimò clementius excusanda; siquidem anatomica exercitatio omni semper memoriâ fuit infrequens compluribus equidem iudico nominibus, quorum unum est sanctitas ac religio cadaverum humanorum, quæ non, quemadmodum in bello, militum exanimum leges undecumque strata sub dio vulturibus, & corvis humo contumulatu recentibus est pastura, Verum imponi rogis, & pyris antiquitus consueverant, utè provida superstitum cura cinis qui solidissima est ergastuli pars, quã diutissimè conservaretur; quæ abstinendorum cadaverum humanorum consuetudo, vel à Mosis ævo ad Romanos usque deducta est, ad horum namque dominatum, id est, sub Mario Syllaque dictatoribus lata lex fuit, ut ne sæviretur in mortuos, cui pio insuper interdicto addideris, & honorẽ qui affectus cæteroquin inseparabilis à natura est humana; Percurre temporum omnem seriem persensere secula, cognoveris, congenitam humani morte constrati corporis aversionem, nulli unquam rationi, gentivè dissimulari potuisse, quo naturali fundamento superstructa lex sacrorum numerorum cavit Hebræis, ne corpora defunctorum, vel attrectari liceret, quin & cũ his, qui cadavera humana custodissent præterquam octavo die fas non erat alijs consuescere, nimirum ne mala contagione populus contaminaretur. Majus dicam ac plerisque etiam inauditum, quod & Romanis exta spectari humana nefas, ac nefarium habebatur, ut memoriæ mandavit Plinius in lib. 28. c. 1, sic Vespillones, & carnifices urbe summoti. quo non injuria Virgilius alludens ait.

I. Cremandi usus anatome cadavera sustulit prima causa
II. Lege cadaveribus attingendis interdictũ.
III. Mortuorum corporum abominatione non attrectata sæpe dissertio

- - - - - subiectam more parentum
Aversam tenuere facem.

Atque quidem Romanus mos fuit, posterioribus verò seculis atque inter Christianos Bonfacius Pontifex VIII. barbarum & immane declaravit, ut carnibus exuta lectaque ossa in longinquam sepulturam affinium

officio

officio deferrentur. Quoniam autem ossium mentio facta est, & hæc quæ faciliora paratu sunt, vix, & fortuito quodam casu, ex latronis occisi corpore extiverat inspici licuit Galeno, qui rem narravit in lib. 3. de Anat. administr. c. 5. qui vir idem, ut sceleti notitiam exactè compararet, Alexandriam proficisci coactus est: ut verò cæteram Anatomes disciplinam compleret in simia, sue, cane, bove, vel totius corporis, vel partiũ dissectiones exercuit; vix aut ne vix quidem in homine si Sanctorium 2. meth. vit. 15. ac si plerosque recentiorum anatomicos audivimus: Quod si musculos demonstravit, non adeo fortasse plenè venas & arterias observavit, multò minùs harum notitiam tenuêre, Soranus Ephesius, Oribasius, Sardianus, Alexander Trallianus, Ætius Amidenus, Paulus Ægineta; cuius Pauli Gravissimos & apertos in anatome lapsus deprehendit Philippus Ingrassias antecessor meus in lycæo Neapolitano venerandus lib. de tumor. præter naturam, qua disputavit de sarcocele. Hæc Pauli censura, quo non probatiores alios in anatomes peritia fuisse probabile est, nimirũ omnes minorem quam Magistrũ Galenum in hoc disciplinæ genus aut studij, aut operæ, aut industriæ vim, felicitatem enim non contulisse, compertũ est: Verũ de anatomes infrequentia & insolentiâ penes vetusta secula jam satis, Accedit in eadem anatome rerum investigandarum, & genere multiplicium, & pondere maximarum obscuritas profunditas, infinitudo, subtilitas, quorum difficultatem plurimam partẽ Apolline afflati Vesalius, Sylvius Andernacus, Fallopius, Columbus, Eustachius Valverda, Fuchsius, Riolanus, Varolius, Arantius Severinus, Pinæus Platerus, Caspar Bauchinus Caspar Bartholinus & si qui sunt alij præter hoc eius notæ professores expanderunt. Cæterum posteris partem exercendam, atque excolendam reliquére. quâ ætate nostrâ Dijs bene faventibus absolvent confido Guillielmus Harvæus, Ioannes Verlingius, Hadrianus Falcoburgius, Otho Heurnius Ioannes Caspar Bauhinus, F. Thomas Bartholinus, Hermannus Conringius, Varnorus Rolfinckius, Ioannes Vallæus, Ioannes Loselius Professor Regiomontanus Franciscus Sylvius, Petrus Castellus, Ioannes Trullius uterque medicus Romanus, Nicolaus Larcteus Cheiriatrus Gallus. quorum ego normam Severinus sequor, qui non indiligentem operam navavi Zootomiæ. Omnibus quippe modis ætas nostra, quantum in priore contemplatricis medicinæ inventione, & constitutione cædit antiquis magistris; tantumdem in re anatomica his est planè superior, quemadmodum in chymica nuper Aureolo Theophrasto, Petro Severino Dano, Andreæ Libavio, Martino Rulando, Iosepho Quercetano, Petro Ioanni Fabro, atque aliis longè plurimis Hermecicæ scholæ viris, nemine planè recla-

Ossium humanorum observatio fortuita & in hoc studium peregrinatio Galeni.

Æginetæ lapsus in anatomica re.

Benemeritissimi de anatome viri.

Anatomicæ rei cultores novissimi.

mante, noster Galenus, atque ipse etiam Hippocrates. Nimirum seculorum sunt volventium vices, ac prærogativæ, in perscrutabili divinæ mentis arbitrio servatum, ac provisum est.

Linguarum ignoratio notatur.

Præter autem fabricæ corporis imperitiam ignoratio profuit linguarum & Barbaricus Arabismus, de quo legenda vel recitanda forent, quæ Leonardus Tubingensis professor memorandus, Iul. Alexandrinus, Acakias Andreas, Duretus, Hieron. Montus, Prosper Martianus & alii rata tacitè vel expresse proposuêre; Verum aliorum autoritate seclusâ, quid nos in rem propositã apud istos observaverimus in præsens exponamus. Certum est Arabibus Græcorum interpretatione frequenti pleraque perperam accepta, ut, qui magnorum illorum sublimitatem, & summam eruditionem deficientibus naturæ dotibus, artis absolutissimis numeris attingere non valerent; sic in re anatomica, materia medicinali, in pathologiâ & in aliis medicinæ partibus plurimum, & sæpe aberrâsse clarius est, quam ut explicari debeat. In rerum autem vocumque distinctionibus hos lapsos homines fuisse declarant ea, quæ l. de tumor. adnotavit Phil. Ingrassias, in epistolis langius, & Manardus, in castigationibus suis Leonicenus. Ab exemplis mihi quidem enarrandis præ loci angustia, præ adversionum multitudine sic revocatur animus, ut unde exordiar ignorem. Contraham igitur in pauca sermonem, ut ne mihi, vel aliis tædio sim. Inter cætera Hipocrat. & Gal. ut alias exposui manum pro brachio sæpè nominarunt, quod nomen manus extremæ credentes incauti pro brachio cuius venæ percellendæ fuerant, manus extremæ venas intellexerunt. Locum autem ingentes quem Græci non assignârunt varium pro sua quisque lubentia non ratione constituerunt, aliis inter postremos breves digitos, aliis inter medium, & annularem faventibus quin & alias ambages, tricasque tot ac tantas induxerunt, ut mira rerum confusione obstupescas, quorum omnium malorum causa sola ἀδιώρατις fuit. Sed nihil interim non defuit spinosa, & fallax medicinæ conditio, in quâ sicut in aruspicinâ monente Hippocrate, varia de uno avis volatu conjectura augurum est; ita multorum æquè, & multiplex de uno languentis statu medentium est judicium; hoc autem pervertitur, & eodem autore fit difficilè; tum affectionum obscuritate; tum corporum ægrotantium mutabilitate; tùm causarum, ac rerum variè concurrentium complexu, atque ut summatim dicam, multiplicitate, quibus quidem omnibus ars fuit, si cum Plinio loquamur, interpollis, si cum Celso conjecturalis; neque respondet ei plerumq; non solùm conjectura, sed etiam experientia. Ex tam libera igitur hominum opinione frequentique, mentium hallucinatione fieri potuit, ut præpostere conflatum eventus

Disputatio de notione manus concluditur.

XIII. Causa spinosa & fallax medicinæ conditio.

ventus judicium uni detulerit meritum, quod alteri debebatur medelæ. Ab una judicii imbecillitate simul complexæ sunt causæ duæ, quarum 1. censitor Credulitas vulgi, quæ admirabilius quibusdam, atque Homericis divinè celebratis miraculis nimioperè capitur, assensusque rebus omnibus occultis inquisitionis tædia non ferens facilè defert; quod sensit Cornelius Tacitus in his; cupidine ingenij humani libentius creduntur obscura, mysterijs plena equidem interpretor. Et Thucydides: vulgo negligitur veritatis investigatio, sed ad ea, quæ fortè, ac temerè oblata sunt, potiùs homines feruntur. Ad Thucydidem apophthegma subdam, quod allusit Hippomachus Æliano referente lib. 4. de varia Historia; quum enim discipulus illius aberret arte inter fistulandum, & nihilominus plausum auditorum assequeretur, percussit eum baculo dicens. Perperam fistulâ cecinisti; nam alioquin hic tibi applausus non foret. *Altera* causa fuit levitas opinandi, & cum vulgari hominum sensu concurrendi, tùm in rebus naturæ, tùm etiam in civilibus propemodum omnibus; tùm verò maximè in medicina, quæ quotidiè mutatur, ut Plinius ajt, multoties interpollis, in qua sicut ait Galenus lib. de dignos. proprijs animi affectibus magis nobis acceptum sequi ea, quæ vulgus ipsum decipiant, quam bonos libros emere, illisque incumbere. sic plurimi in hac arte errores invecti fuerunt. Atque, ut ruditas hominum etiam vitæ munijs appareat, neque etiam in religione sapientiæ nostræ summa, qua singulariter à feris discreti sumus; peccari graviter omissum est. Cum autem scelestos vesanosque Deos, ac turpes bestias, harumque partes adorare non dubitaverint mortales; denique, ut finem non habeat admiratio, potuit tàm vana credulitas ac tanta judicii perversitas à mundi primordio ad hanc usque diem, per tot nationes ac gentes dilapsa magnis ab ingenijs, judiciisque conservari, exequar autem & horum in cæteris artibus observationes: quid in politica, jus violandum, pietatemque insuper habendam regnandi causa? In Ethica, natos nos esse propter voluptatem, & omnia peccata esse æqualia. In Physica mundum regi casu, creatum ex fortuito, variarum atomorum concursu. Homines verò primos ex limo Nili murium more procreatos. Argentum vivum syphilidos remedio perlitum, è cute in ossium medullas abripi summa sui tenuitate, atque adeò cadaverum syphiliorum ossibus affusum inventũ, quod empyricorum equidem credò commentum. In contemplatrice animi philosophiâ per ædiculas quasdam & cellulas tributa facultatibus sua singulis habitacula, atque in parte anteriore imaginatricem, in posteriore memoriam, in media intelligentiam asservatam. In Astronomia, cœlorum orbes omnes immobiles, terra vero, quod certum statuunt sydus, in

XIV. Causa Mirificis Magiæ promissis vulgus captari suetum.

XV. Causa Opinandi levitas.

Ex politica collecta exempla.
Ex Ethica exempla.
Ex Physica exempla.

In doctrina de anima exempla.

Ex historia naturali exempla.

dus, in medio cæli situ perenne sui vertigine rapi. Ex historia naturali, unde primum exordiar; in qua millena traduntur enormia, non tam dicam mendacia, quam immania figmenta, quorum pars & numero & pondere minima sunt hæc: Salamandram in flammis intaminatam degere: Pyraustas tenuissimos papiliones igne vivere: Gryphen aliis quidē ex avis leonisque partibus, aliis verò ex equinis avinisque coagmentatū esse, quod fabulosum est, vel ipsi Plinio l. 10. cap. 49. Nec non canem levem & avem medicam, seu Paradisi, seu manucodiatam dictam aviculamque persicam Rhintacem etiamsi Plutarcho in Artaxerxis vitâ memoratam, aëris item alimento se sustinere; quod utrumque falsum ex navigantium Batavorum observatione ostendit Hermanus Conringius lib. de calido innato, c. 10. F. Sicut & Galcharum anserum agrestium, ex arboribus ortum. Quid dicam autem de Phœnice ave toto terrarum orbe solitaria, quamvis annos CLX. vivere, mox suis è cineribus resurgere, certè riserunt magis, quàm crediderunt Lactantius Firmianus in poemat. phœnicis proprio, nec non Stephanus Rodericus à Castro lib. 1. de meteor. microc. p. 97. Chamæleontem aere victitare, quem formicas & muscas venari deprehendit solertissimus Dominicus Panarolus Medicus Romanus in libro peculiari nuncupato Illustrissimo Musageta Cassiano à Puteo, hunc fibrum, ut à manibus venatorum testibus suis in usus medicos insidiantium, ut se vindicet, hos dentibus abruptos, in medium relinquere. Lyncibus obtutum tàm infinitæ perspicaciæ, ut ad ultimū horizontem objectorum corporum minima distinguat visu, eodemque obtutu montes medios murosque pervadat. Lyncurium ab eo nominatum lapidem mictu fieri quod falsum experimento suo deprehendit Hieronymus Brassavola, lib. 10 simpl. falsum item telam ex lapide amiantho, & amianthum ipsum asbeston, i. igne invictum ostendit Nicolaus Casbeus Fervariensis l. 3. meteorol. tex. 6. quæst. 3. Cygnum funeris sui cautorem præ tota vita dulcissimum, quod tamen alicubi refutavit ex Plinio Ludovicus Nonnius lib. de re cibaria. Struthiocamelum voracem stomacho ferrum percoquere, atque in alimenti usus digerere, quod falsū deprehensum cum Antistite Carthusiæ Neapolitanæ, D. Ioanne Baptista Pisantio rerum naturæ studiosissimo. Proditum & ursam informes catulos parere, suâ mox lingua perficiendos, quos tum in utero prægnantis ursæ à venatoribus captæ & exenteratæ membris suis omnibus destinatos catulos & formatos vidisse perhibet Jacobus Dalecampius in cap. 36. lib. Plin. 8. quare & fabulæ loco habuit Scaliger exercit. 6. l 15. Hyænæ sexum alternis annis mutari: medullas leonis ossibus nullas Elephantum sine juncturis ossium animal apud Plin. lib. natur. hist. c. cuius, enuncia-

nunciationis non recordatus postmodum I. C. quadrupes, ut convolutum in anteriores pedes lunam adoret præ religione· Corves & Cornices 300. annorum circulis vivaces manere, quarum ætatem fabulosam asseruit Macrobius Saturnaliorum lib. 7. c. 5. etiamsi multum ante Theophrastus Ensius de patente natura quæstus, quod homines μικροβίως fecerit, hoc approbârit; non approbavit autem Phœnicis, & Salamandræ narrationem Ferdinandus Ponsectus Cardinalis l. 2. de Venen. capite item 2. Pelicani Avis Ægyptiæ parvulos colaphis rostrorum primum à parentibus occidi, mox Lugeri triduo, postremo matris per se ipsam sauciatæ sanguine perfusos reviviscere. Pusillulæ Echineidis adhæsu currentem in alto navim anchora quasi inducta coerceri, quod falsum agnoscitur enarratione legitima Nicolai Eusebij Nürenbergij naturalis historiæ peregrinæ lib. descripta. Pastinacæ piscis marini radio trivenefico obiter offenso homines non dico enectos, sed perpunctas arbores exarescere; quod & Plinius in l. 9. c. 48. Ælianus in lib. 73. c. 6. prodiderunt, qui uterque, tamen affirmârunt & scarificatas sub dolore dentium gingivas levamenti multum, noxæ nihil inde sensuras; quoquidem citroque sermone quid contradicentius? quid dissentientius dici queat? Anguis hydri lapillo, at queophite turgidas quantumvis Hydropes non solum, sed etiam humorem nativum corporis exhauriri. Amphis hænam, tum bicipitem tum ore parere. Viperas item suis catulis ad maturum jam exitum in alvo nitentibus, disrumpi medias; quod commentũ ludibrio habuit Amatus Lusitanus. Nos in Vipera Pythia constanter exsibilavimus, Viperas ore coire, quarum narrationem primam confutârunt, cum Matthiolus & Grevinus non nos fide Zoatomiæ in lib. 2. c. 9. quod est de erroribus in nat. tollendis.

Dorminentes, nescio quo soporis privilegio, fulmine non percuti Jovis, Plutarcho referente 4. convival. quæst. 2. quod grave nos mendacium comperimus Neapoli super Josepho Bræcoci Sacerdote, cui dormienti altum non parcens fulmen fatum maturavit. Alia passim ab auctoribus narrantur fulminum portenta, quibus, ut verum fatear, non totam fidem adhibeo, nec tamen aufero, sed intacta relinquo. certè video frequenter multa narrari ab hominibus admiranda, & avidissimè transcribi a scriptoribus, quæ postea re ipsa non apparent. Quis non putaret verum, allium & adamantem impedire magneticam virtutem; ne ferrum trahat? cum à tot gravissimis scriptoribus transcriptum videat? & tamen res est prorsus fabulosa. Complectitur denique summa brevi monstra quatuor. Basilisco, sanguinis menstrui malignitate, Jalcini vi, Syrenibus quid apud omnes homines seu loquentes seu scribentes

Fulmen nõ ferire dormientes falsum.

celebratius & vulgatius, at hæc mera nugamenta gravissimi vir judicii Franciscus monstravit Vallesius in severissimo libro de sacra Philosophia cap. 68. pag. 550.

Hac in re physica & zoologica: cæterum in parte Botanica quid herba bali mortuis animalibus vitam restituit? Virgæ viticis Scipione gestata intertriginem prohiberi. Constituerit hoc licet Athenæus atque hominem innixum si diu perambulet non lassari, Fraxini stirpem sic odibilem, & natura dissidentem serpentibus, ut si frondi ejusdem gyro claudantur, ignis & serpens in ignem potiùs, quam in fraxinum sese anguis proripiat.

Ex salvia sub fimo, dum sol & luna secundam faciem occupant leonis, avem mærulæ similem procreari, cuius adustæ cinis lampadi inspersus, domum serpentibus plenam spectatoribus imponit. quod scripsit Hermes in lib. de herbis planetarum.

Brassicæ folio vertici capitis imposito columellam ex defluxu pendulam retrahi, quod à Marco Catone propositum falsum deprehendit amicus quidem noster.

Mercurialis maris folia trita, & genitalibus admota, maribus gignendis valere.

Radicis Mondragoræ decocto ebur emolliri, quod Dioscorides persuasit, mox Rondeletius Libavius, atque alii traditum acceptarunt; atque hujusmodi alia, quæ passim apud Albertum Portam & Mizaldum leges.

In Chymica facultate. In chymica metamorphosin fieri specierum vilium metallicarum in optimas, medicinasque parari, qua ætas elapsa reparetur, quod cum confirmant exemplo phænicis, jam luce clarius apparet, haud magis futurum alterum, quàm prius. Ita fallacias aggerant, ad has verò errores affrabricant errorum fundamentis innixos.

Inconsulta mortalium credulitas. Ad summam, inconsultum animalium rationalium, ut vocant, irrationalium plerumque genus cunctaque vel ingenij tactu, vel libidine, vel opinionis licentia, vel furore serio, denique vel ludibrio proponantur; incauti, infatuati, leves, creduli, imprudentes velut pueri combibunt; Verùm de externis, exemplis plus satis & ad nostra & propria redeamus. Principio quid facit, ut credamus menstruum fœminæ sanguinem exitiosum esse, ac veneno proximum; qui fœtus alimento est, & incremento? aut uteri cellulas complures Stoicis & autori anatomiæ parvæ Mundino, quod placitum falsum ait Paræus l 24. c. 3. p. 141.

Bombilia ventosa. Deinde quid admiserimus semen è cerebro defluere, & per quæ vasa sterilescere fæcundos viros per caphurã & quibus venæ parotides infectæ

ſectæ fuerint. Hipp. lib. de aere à l. venas circa auriculas pertuſas arterias intellexit. Platerus at.72. p.220. ſterilitatem ad exhauſtum ſanguinis retulit, & ex altera fortaſſe parte Paræus.

Ex eſu Columellæ hominem extabeſcere, quod prodidit Ariſtoteles, ſed quod centenis experimentis comperimus falſum luis venereæ curatores. licet contra graviſſimi viri ſint, qui ab experto negant; paralyſin à ſuccis perpetuò frigidis & craſſis eſſe, quæ viſa nobis interdum ſeptem diebus exactè finita. Melancholiam, maniam, & cætera mentis vitia ſiccis corporibus aſſignare craſſis, ſic ut obſtruant, quæ verè ac propriè ſpiritibus referri debent. quid autem epilepſiam atque apoplexiam à concremento lentiſſimo tantum fieri, quæ & exuſcitatis ex digito, manu, brachio, humero, atque aliunde è flatibus ſæpe fieri nos advertimus. Ariſtotelis de Columella opinio inanis.

Calculos in nobis à calore humorem divaporante ſolùm fieri, cum ſit & frigidum, quod cogere compingereque poſſit.

In principio perpetuo à levioribus exordiendum non advertentibus placiti fautoribus, & ipſo primum Archigene inventore, quod mala plurima ſint extrema.

Ex vomitibus & urinis fœminas agnoſci, quæ genituram conceperunt.

Ab his animum inducas tuum, ſub peripneumonià purulenta per cordis utrumque ſinum ad urinariam veſicam tractatus ſit, atque depoſitus; de qua re lege noſtrum de abſceſſu critico librum, & quis omnia, quæ ſunt eiusmodi queat accuratè commemorando complecti; ſed neque ſi plura & maiora valeam eadem commemorem in præſenti tantummodo, ne videar ipſe inſolens dogmatum judicator ac labefactator. Equidem non primus haud ſolus in re phyſica, atque anatomica cenſor fui; Verum, quod in comparabilibus momentis longè fidem excedit, peritiſſimorum; eſt ſecundus Lancilottus Peruſinus Antiſtes Phratriæ Olivetanæ, qui tribus in libris refutatarum hiſtoriarum inſignium, ac vetuſtiſſimorum ſcriptorum auctoritatem, fidemque convulſit; falſas oſtendens hiſtorias, & Lucretiæ ſe confodientis & Scævolæ ſibi dexteram amburentis, & Curtij ſeſe præcipitem in fornacem dantis, & Coclitis hoſtium agmen Thuſcorum in ponte trucidantis, & cæteras alias malè creditas narrationes centum, quos farfallonum, id eſt immanium ventoſorumque commentorum nomine novavit, non tam paradoxolongus dixerim, quam mirus & generoſus ſcriptor in triplici Romana, Senenſi, Peruſina Academia, in totaque Italia ſpectatiſſimus, quas refutationes ſuas omnes, quia rem noſtram unicè adjuvant, utinam huc conjicere licuiſſet, vel utinam potiùs extaret Andreæ per Athenæum memorari li- Autoris proteſtatio. Hiſtoriæ Romanæ falſæ.

ber de his, quæ falsò creduntur, haberemus huius ordinis pleraque, quæ laborem nobis enarrandi levassent, grandeque confirmationi nostræ pondus insinuassent. Jam verò quã nos utinõ licet aut Andreæ aut Lancelotti plenis animadversionibus cæterũ succenturiamus ipsi nobis sanctorũ sanarium, qui fabulas & aberrationes quam plurimas Medicorum abundè censuit.

Verum enimverò plus quàm satis salubris phlebotomes constitutæ civilibus (ita vocaverim) & popularibus causis, quarum omnium numero plurimarum memoriæ restaurandæ gratiæ, me quidem amabis, quod tibi nunc paremanacephalæosin, quæ est:

Causæ ad amplectendam retinendamq; seilem phlebotomen impellentes ac suadentes; priores sunto ostensivæ rationes: posteriores incommodorum approbativæ.

¶. *Ex primo genere vitia fuerint consilii, operæ posteriora ex prioribus sunt;*

1. Autoritas.
2. Mos diu præscriptus.
3. Nominis speciositas.
4. Medicamentorum inopia.
5. Remedij promptitudo.

¶. *Operæ utcunq; sequutæ suo effecto suffragantes.*

6. Vigil sollicitudo naturæ.
7. Longinquitas temporis, &
8. Morbi maturitas.
9. Longo morbi decursu oportunitas.
10. Medentis aut ægrotantis imaginatio.
11. Medici calliditas.

¶. *Vtriq; faventes causæ,*

12. Anatomes imperitia.
13. Linguarum imperitia & Arabismus.
14. Opiniosa medicina.
15. Vulgi credulitas, &
16. Levitas opinantium.

§. II. *Perperam inveteratæ medendi rationes, ac traditiones.*

QUæ pauca cum produxerim de Porismaticis innumeri, cæterum de

tum de Pragmaticis. hæc adjiciam. Antiquissima vel ab Homero, vel à Pythagorâ Italico Thaumaturgo, ad hanc usque diem vulnerum, & morborũ per verba & incantamenta fuit curatio; qua quid inanius, stultius, insolentius; super oplochysmata, amuleta, periapta, sigilla plurimarum humanarum ægritudinum est medicatio, & quod ingenti prorsus admiratione dignum videtur, M. Cato omnium opinione sapientissimus luxatos perdidit præcantatione restitui. Verum eiusmodi multa legens apud Apuleium Plinium, Albertum magnum, apud Aureoliũ Theophrastum, Marcellum Empiricum, Cardanum, Portam Levinum, Mizaldum, Veckerum, & huiusmodi rerum speriptores mirificos. Atque hæc quidem de Empiricis exempla sunto. Cæterum à probatissimo Medicorum ordine succurrunt hæc, primum affectiones à veneficio *βασκανία* Græis, quibus nihil hodierna die communius, nihil vulgarius ex eo esse genere morborum, qui gravius metui consueverunt.

Incantationũ vanitas.

M. Catonis sugillatio.

Nam quale per Deum mali genus est, quod huius teterrimæ divinitatis (istorum sensu loquar) soboles non fingat? quæ mala omnia naturales causas agnoscunt, si mens est usui nobis. Quid febres exustivas omnibus expugnari modis adhibiti frigidi stagno verò aquæ tepidæ non attrectari. Cujus natura inter omnia primum est frigidum. Quid victu carnium, & vino curari vel à principio febre correptos? quid succis crudis offertos, morbisque crudis, & malignis, astralibusque gravatos manna & pharmacis, quæ benedicta vocant, expugnari? Quid sparti parilis, Indici, cujus in obscuro vis est, & cujus prima singularisque ordinatio veneream ad luem fuit, promiscuos, & minimè contumaces omnes affectus exturbari? Quid quadragenorum, aut sexagenorum simpliciũ, quod etiam in Theriaca Plinius suggillavit, ad unam medicamenti compositionem, & singularem usum, non tam dicam commistio, quàm confascinatio? quid ex multiplici rerum summa, & complurium compositionum in cathartico coactarum vanitate non perturbetur ventriculi laxitas? aut qui diversis etiam misturis caloris exigui virtus non obruatur? aut corrumpatur? quid sanguinem phlebotome subtractum, quo vitiosiorem viderint eò liberalius mitti? ac tenellulis infantibus qui lacteum adhuc succum in venulis habent, scalpello vena vel quacunque vitij causâ tentari? præsertim contra dictatorum nostrorum grave præscriptum, & quando scarificatio sub ingenti necessitate satisfacere abundè queat. Quid frequentissima, & in omnes febres affectionesque curandas paratissima hæmorrhoidum venarum perferas hirudines violatio? quo velut horrido, ac detrimentoso remedio refragatur natura, contradicit ars, dissentit anatomica observatio nostris, solidè oculis repræsen-

Errores in re medica populares.

Venarum sedis artificialis inanitio cõfutata

tata, & ab Ioanne Riolano Anatomicorum non postremo suo in Antropographiæ libro demonstrata. Denique reclamant & experimenta de crebris abscessibus inde profectis comprobata, & Messalini patricii Consularis ex hac vna punctura concitum factum, quod retulit Plinius in lib. 35. c. 10. Quid dissenteria principis intestini vitio tortos per dejectoria, non per ἀνακάθαρσιν i. per superiora expurgari? quæ purgationes hac nostra tempestate Hippocrati dictatori, ac præceptori magno sunt renuntiatæ, & à Petro Castello peracri perversarum in re medicâ curationum castigatore vendicatæ.

Petri Castelli de vomitoria per purgatione suffragium.

Placet Epiphani cunctas nervorum sanationes vinaceorum usu plerumque casso concredi? laudas omnes pituitæ defluxus imposito ed stephanæam, vel abolendos, vel retrahendos emplastro ad Xyphoidem imposito ventriculum roborari? quando scilicet & hepar, & partium ordines sunt interjecti plurimi, postica potiùs parte propinquum? Approbas fonticulos aperiri, tam prompte, non reseratis potiùs emissarijs, quæ tam multiplicia, sive per omnem corporis ambitum, sive per partes privatas procuratrix optima nostri tam previdenter tam accommodatè paravit. Itaque Magnus Hippocrates transitus ait, omnes liberos facere oportet. Consentis eosdem fonticulos superiore parte brahiorũ, & crurũ latè alioquin tendinosa, ac minimè venosa collocari? Das mucronatam cartilaginem, ita facilè concidere, atque perverti? das costas præterquam vehementi, sed levi, quod multi credunt, causâ levari; perversas verò, seu contrectatu fœmineo, seu imposito emplastro ad suum revocari.

Ex reparatoria ossiũ facultate.

Pareris cheirurgiam facultatem citra ferrum & ignem instrumenta; & functiones alioquin inseparabiles, verum medicamentariè factitari? Contra verò non miseraberis thorace perfossos, qui medica rursus manu dilatentur, qui injectis interiora liquoribus accommodatis non foveantur? præterea permistis, ô Multiscie Ferdinande, recentes plagas, tum excarnificari principio, quæ carnosam in partẽ incidere, tùm per laxantia quædam olea perque folia lactucarum per ἐμμώτησιν id est per penicilla quæ impedimenta solida tractari, aut verius detractari, quæ primum Hippocrati mox Galeno per ἐναίμα ι. per austerum vinum, perque adstringentia sunt adducta, ac ne specillo quidem tentari permissa? tolerabili ferro concisa quemadmodum scopo, aut lapide, lignovè collisa, per putrivocas medelas labefactari?

Denique ut uno multa concludam, transiges sine indignatione stupidam hominum cæcitatem cum piaculari propemodum atrocitate conjunctã, quæ tantò vituperabilior est, quantò vulgatior, ac frequentior, dilatari forinsecus vulnera, quæ penetrârunt ad inanitatem, sive sumi-nis, sive thoracis, quibus nihilo minus scalpro eruderatis, angustus qualis fue-

In vulneribus penetrantibus in cavitates.

lis fuerat, relinquitur etiamnũ exitus ad effluxum, quasi satis sit extrinsecus hiare vastissimè, quæ interiore plagæ osculo minimè patescant. Finem dicendi, non facerem, si vulgatas longâ consuetudine medentium hallucinationes & abusiones huc referre tentarem; sed his omissis causis popularibus, & remotis, transeo jam ad expediendum aptè problema, quo quæritur, unde, & quo firmamento, vel naturæ fundamento primũ hæc de salutari seilem opinio constituta, ac retenta fuerit ad hanc diem. Enimverò fundamentum, & ratio opinionem quoquo pacto sustinens non desiderantur, licet in speciem apparentes κατ' ἴξιν remedij respondens situs; elementum, & materia fæculenta, morbi species polychroniæ saturniæque, melancholicus ad summam habitus, & Idea; sinistra corporis nutritoria lacuna origo, exortus humoris, substantia vitij, incrementa, cognato quodam jure dictitant, & subsidium hac parte repescunt, extrema brachij delecta, quo minimis cum virium dispendijs diuturnis lienis, febribus quartanis, obstruentibus offartibus annuis malorum recursibus occurratur hacce phlebotome.

De primis eius Placiti primordiis & fundamentis inquisitio.

Quæ suæ tuitiones, & confirmationes, cum plurima parte cohæreant, haud tamen propterea se sustinent; Verùm irrita & inanis est salvatellæ comendicatio & comentatio non aliter quàm scrupulosa cubiti venarum in capitalem, hepaticã communemq; direptio, quæ venæ de axillaris uno fonte cadunt; quemadmodum interna tibiæ saphæna, & externa inter talum & calcem ex una crurali proficiscuntur, non adversore Galeno; ut autem de cephalica privatè dicam, quid ineptiùs hâc nuncupatione, quando cephalicæ cum capite tantus consensus est, quantus Marti cum Musis, cani cum balneo, cum amore vinosus.

Adversus scrupulosã distinctionem brachii venarũ.

Sed ipsi nihilominus subtilissima quadam adversione, ac religiosa cautela quotidiè, procaciter, & ad tædium usque distinguunt, voluntque manum insecandam intercapedine digitorum; quique sua, seu Galeno, & asseclæ Avicennæ, seu Rhases; seu Barbaro-Latinis quibusdam primoribus acquiescentes, discretior interim certis rerum ordinibus, morbi temporibus, harum aut aliarum affectionum elevandarum opportunitate; his aut alijs corporis partibus adiuvandis, atque his aut illis naturalibus facultatibus, & muneribus ritè servandis, suis denique locis, usibus, actionibus accommodati tutandis, ut mysteria nescio quæ Eleusiniis vel Samothracijs majora tractare videntur, cum super his Philosophatio monstret, nulla trium interioris cubiti venarum esse discrimina, præcipuamque in phlebotome aberrationem relatam ab eruditissimo Jacobo Primorosio inter alios vulgò medentium errores, suo de his libro tertio.

PARS III. REPVLSORIA.

¶ §. I. *Refelluntur phlebotomes propugnatorum ostensiones privatæ.*

HActenus de confutatione placiti salvatellam, si Dijs placet, continuantis cum liene, deque multiplicibus causis, quibus & confidenter invecta, & Medicis retenta fuerit ad hoc tempus salvatellæ phlebotome. Nunc ne quid dissimulem, quod in adversam partem faciat, hoc deinceps loco lectissimas quæcunque fuerint ea de re doctorum hominum propugnationes atque assertiones, fideliter edisseram; mox si minùs probatas invenerim, easdem pro veritate revellam. Omnium autem interpretatio prima perpenditur Guilhelmi Rondeletij Monapeliensis professoris insignia lib. 3. practicæ methodi capite 87. primùm adumbrata mox à Francisco Vallesio libr. 1. controversiarum cap. 7. & à Petro Vaseo medicinalium exercitationum tractatu quarto, capite sexto, differ. secunda, clanculum mutuata, & disertius enarrata, qua constitutis extremis viscerum internorum, hepatis dextrorsum, lienis sinistrorsum emunctoriis, deducitur; indè facilis istorum opinione de respondenti manuum phlebotomes utilitas multa; sed multa, sic me Deus amet, cum vanitate; quæ similis porrò videtur eorum suasioni, quæ conclusam auro gemmam in sinistræ manus digito annulari primi gestarint, gestandumque invexerint, eâ fiduciâ, quod insectis apertisque humanis corporibus repertum est, nervum quendam tenuissimum ab extremo digito, de quo diximus, ad cor pergere, ac pervenire, propterea non inscitum esse, eum potissimum digitum tali honore decorandum, qui continens, & quasi connexus esse cum principatu cordis videretur. Quæ verba sunt Gellii in l. x. Noctium Atticarum. cap. item x. Et Macrobij Saturnalis lib. 2. cap. 13. est sententia. Quâ vanitate quid indecentius, & Græcis, & Latinis, & Appioni, quos nominavit A. Gellius, quin & A. Gellio ipsi, qui secutus est antedictos Autores, tùm quòd nervus nullus extat, qui ex digito annulari ad cor pervenit; sed mitiùs alij voluerunt hanc arteriam esse, ut est apud Casparum Hoffmannum in commentar. us. part. & Levinum Lemnium l. 2. de occult. naturæ miraculis, cap. 11. Verumtamen difficile

Rondeletii sententia.

Auli Gellii locus.

ficile fit etiam, siquidem & per hanc aliorum digitorum aliæ poterant cum corde consentire, unde annularium tollitur prærogativa, tùm si deligas arteriam, tùm si nervum, cjus nullus extat connexus; ut neque etiam fellis ductus aliquis ad cor ire furoribus accendendis, ut suasos nos voluit Autor lib. de ossium natura 6. qui Hippocrati inscriptus est. Denique ut nullus renalis ductus à renibus ad respondentes pedes, neque ad interstitium annularium, & minimorum digitorum, quod equidem ignoro, quid fuerit imaginatus Guido Cauliacus, qui descripsit ibidem loci venam renalem, quæ ad renes levandos insecari cum fructu queat. Idem confinxit & venam ocularem, quæ post pollicem oculis malè valentibus insecetur, cuius & Jacobus Carpensis meminit in comment. ad Anatomiã Mundini. Ejusmodi specimen salvatellæ præfert, cujus prima species ac nitor ostensione præsertim Vallesianâ, tuæ, Ferdinande sagaciæ propter ingenij redolentiam recepta primum est, mox seriò repulsa: ego, quod ad me pertinet, pari judicio partes nostri corporis extremas emunctorias interiorum haud facilè patior, spectatâ primùm emunctorij naturâ, quæ sunt cava & adenosa receptacula superfluitatum malarum, adnexa proximè visceribus principibus, ad hæc privatè tuenda, consilio ac provisione naturæ conservatricis instituta. Atqui manus extremæ neque cavæ sunt definito loco, neque glandulosæ, neque proximæ principijs, sed quàm maximè potuit, longinquè dissitæ, neque sic abjectæ, quæ receptandis assidue recrementis aliarum partium quarumcunque serviant. Hæc cùm repugnantium conditionum & gravis & multa sit summa; ex universo decreto potissimum illud me offendit, quòd emunctorij discretum alioquin corpus, quales videlicet glandulæ sunt cervicum, alarum, inguinum, præcipua facultatum principum emunctoria, sub opinione Vallesianâ non explicatur, imò nec explicari laudabiliter potest. Ubi autem assignetur utpotè manus pulpæ, tum difficilius est Vallesio negotium; quia cum ipse statuat solidum manuum complexum emunctoria; nihilominus non ab his, verùm à venis abstrahit materiam efficientem; excrementa verò lienis quæ tantoperè causatur ex viscere malè affecto transmissa, jam non emovit, sed manibus inexcussa reliquit, aut nihilo seciùs excutientur per id, quia sublapsa in apertam venam excrementa viam invenerint exeundi cum sanguine.

Adversus authoritatē deferendi annuli in annulari.

Animadversio in Guidonē Cauliacuta.

Peccantes emunctorii conditiones.

Lapsus ex omni parte tolerabilis.

Quæ, per Deum, commenta quàm indigna sint autore tanto, jam vides. Post hæc autem internis suis excrementis exonerari jecur aut lienem in hæc emunctoria depositis, figmentum flagitio par est. Enimverò quis non videt supervacanea manuum colamenta; cui usui bubones, & quidem commodiores, & viciniores assistunt. At neque lienis

Aliud Vallesii commentum.

præcipuum eſt viſcus, cui pariter ut iecinori natura ſat egerit alioquin vili, & cum renibus, & cum veſica fellis comparari ſueto, ſecus autem fieret, ut hepati comparandus eſſet ſplen idem. Adde quod neque ſub morboſo ſtatu docente Galeno lib. 3. de Anatomicis adminiſtrationibus cap. 13. conſuevit hunc natura per emiſſus iſtos lævos levare materiæ metaſtaſi, aut apoſtaſi facta; primum quidem quod non poſſet huc humor

Primum incommodum.

facilè transmitti propter loci longinquitatem; ſiquidem emunctoria reſpondentibus viſceribus poſita ſunt proximè, & ſitu corporis medio: quare, ſi ad partes extremas aliena purgamenta transmitterentur, neque etiam hîc recipi ſuccederet; quippe ſub aliis locis adenes materiam in tranſitu corriperent; quæ docta fuit Galeni demonſtratio lib. 13. metho-

2. Impedimentum.

di medendi cap. 5. deſcripta. Raptura inquam, ut nulla ſit comparatio. Tantùm verò quantùm Valleſij colatoria per κατάχρησιν dicta, longiora ſunt ab alterio, quæ venæ ſunt, & dicuntur; quanquam ubi Valleſiana ſint ſint emunctoria, potiori quæſo forent hæc uſui, vel minori, vel æquo, quorum ſingulæ & difficile, vel non ſine invidia ſentirentur enunciare. Taceo quod, quum utrique pedes & ab hac excludendi conditione non ſint, numero plus juſto obrueremur emunctoriis.

3. Impedimentum.

Deinde etiam eſto, ſuccederet commodè quæ deponeretur huc ſarcina, neque hoc laudabile naturæ conſilium inſtitutumque fuiſſet, ut abſceſſum reciperent partes ad curam tuendam, ac ſuſtinendam per uſus ſuos, & hos certè perpetuos, ac multiplices neceſſariæ, non autem uſui ſuo proprio comparatæ, non ſine inſuper aut mutationis, aut convulſio-

Quartum.

nis, aut Paralyſeos, aut ſiderationis, aut ineluctabilis omninò imbecillitatis periculis; propterea quod ſunt partes plurimum ſpermaticæ, nimirùm carnoſæ, atque adeò debiles ipſæ ſuâ naturâ. Quod ſi debiles & infirmæ primo creationis peccato fuerant hicce artus; quorſum ampliùs debilitari, atque infirmari non caverit, ſed ſtudioſè curaverit, alioquin provida gubernatrix natura? An quod opificij paraverat in auxilium, nunc eiusdem tuendi revocaverit conſilium.

Sed hæc impia dictu, ut indigna conceptu conditricis noſtræ ſunt

Quintum.

facinora. Quæ manu item ſummæ comparatæ, ſi forent ad degravantes iſtas proluvies viſcerum principum emungendas, molitâ quidem initio, ſed torpeſcente mox, ut plerunque fit, naturâ; continuò, & medicos adminiſtros oporteret eadem repurgamenta ſtudioſè refigere atque evocare. Quid igitur rem adeò præſtabilem negligimus medentes nos omnes? Quid autem, quæſo te, Epiphani, neceſſitatem aut utilitatem ejusdem operum non ſpectamus? Perge verò ſi fieret, ut ſummæ manus interiùs viſceribus allevandis emiſſaria forent, quid hepati laboranti

non

non succurrit Galenus in lib. 13. meth. medendi cap. 11. & alibi suorum operum dexteræ perpunctæ manus usurâ? Verùm si alia quàm venarum majorum cubiti sectura succurrit, cur humore melancholico redundante cubiti ipsius venam in 5. de locis affect. c. 7. pertundit? non autem dexteræ vas elidit? atque non elidit; quid sicut ipse advertit in l. de sanguinis miss. c. 13. venulâ ex hac in extremo corporis consistente, ut ex ijs, quæ ad magnos oculorum angulos sub lingua sunt, nil solet effluere mentione dignum. Hæc quidem satisfactio certa est, sed illa communis certior, quòd impar, & minimè respondens intimo visceris, & longè dissito malo sectio videtur. Quoniam autem per lævus æquè ac manus consimili situs rectitudini respondens emissarium sese offeret amici lienis; rogârim enim hosce homines, quid non & pedem, aut quid plus manum quàm pedem sub ijsdem affectionibus, & sub eodem lienis adjuvandi usu scalpro non tentent? Neque enim responderint, quod pedes sint remotiores.

Galeno phlebotome seilem infructuosa.

Enimverò cùm ad Anatomicorum placita pensitanda devenero, monstraturus sum anatomicis experimentis, splenis finibus æquè pedes ac manus distare; quin imò lienis venas ad terminos pedum, quàm manuum, itinere breviore perduci. Quâ quidem tùm intevalli brevitate, tùm rectitudine, tùm gravis humoris crassique proclivitate, planè jam constat ad pedis sinistri digitos peractam venæ sectionem, usu ac dignitate, quæ manus extremæ phlebotomæ deferebatur, potiorem ac præstabiliorem esse; ut jam non amplius singularis seilem sit hæc prærogativa, sed & pedum communis, sic autem pedum communis, ut & vasorum brachii sit atque etiam usu minor, ut aliàs demonstravimus.

Sic igitur locus iste seilem, præscriptus non sacer & admirabilis inter plurimos, verùm vulgaris & prophanus existit. Vanum autem ac multiplicem apud autores omnes venæ collationem explicabo facilè, si priùs ego repetiverim, quod Iacobus Berengarius Carpensis in Comment. super Mundini Bononiensis Anatomen ostendit, quòd funem, ut loquuntur, brachij, pars scribentium ad interiora reptantem posuére, pars ad posteriora brachii discurrentem. Quare quorundam opinione, alij quidam opinantium posteriorem brachij partem, inter digitum medium & annularem, ut Gal. l. 3. de Anatom. administr. c 14. atque hunc sequutus Avicenna, seilem. atque vocatum Haly salubrem, ex vena cephalica constituerunt. Rhasis salvatellam inter annularem & auricularem digitum delegit, axillarem appellatam. Alij brachium interius irrigantem inter pollicem & indicem ex vena communi derivarunt, errantium à Berengario nuncupatam: Siquidem post salvatellam Rhasis, post seilem Avicennæ, post Haly salubrem, quasi ab his primis aberrans, po-

sterioribus Arabistis fuit excogitata. Adeò nimirum promiscua, adeò arbitraria & commentitia salvatellæ fuit opinatio. De quâ sum & alia adversus alios opinatores disputaturus. Inter hæc autem omitto multa insuper occurrentia ἐπιχειρήματα, minutiora confirmandi corollaria, & quòd emunctoria ductus habent excurrentes, ac dependentes à partibus transmittentibus, ad seipsas, & quod amplis laxisque constructa sunt viis, & quod debiles, patibilesque sunt naturâ partes emunctoriæ; sic autem manus debiliores essent genubus ac pedibus; qui pedes, quæve manus, dùm extaret ista, naturæ proclivitas immittendi in ipsas, acervandique sanguinis, prægravarentur, & degravari jam ad obeundas multiplices suas functiones homines integros in vita redderent inutiles.

Per transcursum multa simul argumenta cõplicita.

Quòd si dicat opinator, emunctoria se dicentem, non intelligere receptacula, verùm tùm meatus respondentes, & laxamenta levandis utrisque visceribus à Conditore nostro destinata; tunc ego præter quod & hoc falsum est propterea, quòd hi meatus ad eductum spontaneum & naturalem prompti paratique debuerant esse, quemadmodum cutis pori, nares, cervicum, alarum & inguinum cava; inde enim emunctorij deductum est nomen. Verum in his omnibus quid non memini hæmorrhoidum, quarum naturæ & conditioni an respondeant extremarum venæ? Porrò non erit, ut arbitror, unum aliud ex universo ponere similius; atquè cognoscent propterea, sic illas dici, quod ad fluorem sanguinis naturâ sint comparatæ, cognoscentque etiam uno quodam nomine, quo meatus communiter, & emissaria per hos dicantur, convenire, quod verò pari non sint utraque emissariorum usu, dissidere. Sed neque hoc advertunt ex simili hæmorrhoidum exemplo, quod oppidò extumescerent hi venarum termini discursusque sublongiore sanguinis effluxu, sic, ut frictione, vinculo, aquæ calidæ encharismate, quod Celius Aurelianus alicubi dixit per phlebotomes administros, aut invenien- di, aut proliciendi non forent, sed & alia quamplurima, gravis alioquin exosæ confutationis & contentionis adversus professores illustrioris notæ pertæsus, tuæ, ego, Ferdinande, perspicaciæ fructus non commemoro. Hæc autem ubi probavi, non possum non mirari, quid Vallesio super hac re diu commeditato (quæ sua certè confessio fuit) istorũ nulla species aut imago ulla venerit in mentem quandoque, quin hoc suum sibi commentum tàm unicè placuerit, ut immemorem fecerit sui. Nam Rondoletium tantopere non accuso, qui lubrico intranscursu prælectionum, quæ dictatæ pro confessò creduntur, quandoque fuerit obloquutus. Gravioris culpæ taxandi sunt alij nonnulli, qui cum extra positi judicium alterius non ipsi suum, quale domi natum placitum transversos

Rondeletius dignior excusatione.

agere non solet, pensitandú assumpserint; nihilominus haud rectè perviderunt, verum errore sunt capti, Alexandrum inquam, Massariam, & Hieronymum Fabritium ab Aquapendente, qui uterque in practica medicina cap. de scirrho lienis speciosojunioris Vallesij figmento capi trahique se siverunt.

¶. §. II. *Suppetiæ Vallesio per Stephanum Rodericum à Castro, ac Dilectum Lusitanum allatæ discutiuntur.*

VAllesio nihilominus, ut dixi, sic à ratione, & à se ipsomet aberranti, suffragati sunt Lusitani duo magni viri, seu quidem de uno opinionis ejusdem plausu congressi, seu municipiorum communisque ditionis Hispaniæ suasu compulsi. Prioristorum auditor gravissimus in Pisano licæo Doctor Rei Medicinalis c. 19. disceptatione sua Covarrubiensis viri sententiam complexus ac tutatus est, Hippocratis assumpto illo, quod admonet, quo natura vergit, eò ducere oportet, per loca conferentia: Atqui per lævam manum ducens excrementa lienis, ut per dexteram hepatis superfluitates emittit. Igitur per manus respondentes utriuslibet excrementa deduxerit Medicus commodè, atque adeò per scilem seu salvatellam vitiosum lienis sanguinem facilè detraxerit. Quibus acceptio non admiror satis, ut emeritus hic professor confuderit naturæ providentiam cum morbi perfidia. Criticas rationes cum fortuitis, & symptomaticis, excrementa viscerum cum humoribus, & cum sanguine, solidas partes cum emunctoriis.

Deinde quid conferentes Hypochondriorum, ut is loquitur, conferentia loca, manus intellexerit, ac vocârit? qui vir confutandus esset, non aliter quàm Vallesius, & qui proximè sequitur Roderici civis, Samuel Chabibbi aliàs dilectus appellatus, medicus non vulgariter peritus, qui in speciosa sua Ocythoë sive de venæsectione cap.13. art. 4. dixit, emunctoria manus haud quidem esse legitima, verùm ut ipse loquitur, ad modum cutis, quæ mihi phrasis, quæve sententia, cum non arrideant satis, est quod expendere bona cum viri pace formam utramque velim; atque sic arguam probatam emunctorij distinctionem, quasi cutis undiq; ex hac brachii parte patens non sit. Deinde quasi conditio salvatellæ perpunctæ cum cutis sorte reciprocetur; quin imò dispar, inquam, & plurimùm diversa duorum esset ratio, propterea quod inanitio per salvatellam utilis est succi, per cutem verò purgamentorum est discursus, & illorum quidem tùm tenuium halituum tùm sordium crassatum, ut di- Expenduntur novæ suppetiæ Dilecti Lusitani.

ſcrevit Gal in l. 3. meth. med. cap. 3. Quid autem his commune cum ſanguine, quem è liene ad venam ſalvatellam decurrentem faciunt hi. Taceo quotum aut quale cutis emunctorium, quod comminiſcitur Dilectus amicus noſter, qui per cœcum ſtudium Valleſij, ſui tuendi neglexit hæc. Verum enimverò præter emunctorij defenſam notionem, quid hujus ejusdem viri cæteras emunctorij non recito rationes, quarum potiſſima eſt, de attractrice, quam ſtatuit ipſe ineſſe manibus, partibusque reliquis extremis inſignem, per quam ipſæ hauriunt rapiuntque ad ſe rejectanea quæpiam interiorum. Quam extremorum ſic vehementer attrahentium facultatem expenſam à me, & ad naturæ criticam exactam, ſi veritatem amamus, ſi libertatem philoſophandi tuemur, equidem approbare nec debeo nec poſſum, ut quæ tam nova ſit quàm demonſtratione non roborata.

Nobis abunde ſuppetens ratio refellendi.

Verum ſi per cauſas ſingulas attractoriæ functionis exerceatur, per nullas comprobari, per cunctas infirmari queat. Principio enim deeſt primus attractionis opifex qui calor eſt: enimverò ſunt extrema corporis omnia frigida, ut quæ ſunt ſpermaticæ conditionis, & exſanguia, quod agnoſcens Hadrianus Spigelius, prudenter huic redimendo vitio complures manibus anaſtomoſes accommodare ſeriò nixus eſt, licet id quidem fruſtrà, quemadmodum aliàs demonſtravi. Neque recurrat Valleſij adjutator ad calorem influentem, qui in vaſis ſecluſus eſt, hicceq; partibus corrogatus ad remedium, & ad ſupplementum deficientis caloris nativi. Jam verò quo partes perfungi munere poſſint attractionis, carnoſa opus indiguerant natura, cui ſoli calor modicus aut emendicatus non eſt, ut non injuriâ divinus Hippocrates carnes ubique locorum dixerit attractrices:

Atque partium corporis extremorum carnea pars eſt quæ minima, nervorum, membranarum, oſſiumque quàm plurima, quæ ſanguinem carnibus congruentem non trahent, humores tantos aliàs inutiles quid trahent? Itaque perparum utilis, id eſt, impermiſti ſucci trahent, eo potiſſimùm ingenio, eoque modo, quo Luſitanus adſtruxit. Attrahunt alioquin non quantum ſibimet & uſui neceſſarium ſit & ſatis, ſed quantum ad exonerandum materiæ primæ inter jugulum vix fit ſatis, qualis non dico quidem inexplebilis. Denique præter alimenti ſolius neceſſitatem, uberior appetitus, aut inſignis appetiti attractrix partibus extremis non eſt, aperto illo indicio, quòd hæ præter unum naturæ modum nihil extumeſcunt. Pertinuerunt hæc ad non attrahentem ſubſtantiæ formam; at neque attrahent forma quapiam, quali ſatis aptâ profectò ad attrahendum forma attractoria per Hippocratem in lib. de veteri

Medici-

Medicina num. 39. requiritur cava, monstrato hujus usu & efficacia per id quòd partes ad attrahendos humores comparatæ sint omnes cavæ, nempe intra hominem; sic in l. de veteri medicina n. 39. Natura & figura tales sunt vesica, & caput, & uterus in mulieribus; atque hæc manifestè maximè trahunt, & semper plenæ attractæ humiditatis. In lib. 1. 4. de morbis num. 28. Partes attractrices memoratæ sunt, sanguinis cor, pituitæ caput, aquæ splen, bilis folliculus in hepate. Ex his autem, inquit, maximè cavæ sunt caput & splen; nam in hoc ipso magna amplitudo est. Ad hunc modum Hippoc. ut constet, jam non esse partibus externis, attrahendi usus, aut natura, aut figura; sed neque sunt instrumenta, quæ fibræ, ut dixi, carneæ, vel musculosæ rectæ; si quæ autem sunt, hæ sunt ad eliciendum utile alimentum præcisè.

Præterea neque sunt attrectorum addita receptacula, quemadmodum vasa & excipula coctilia solent esse, ut sint cœnaculum & coquina; denique nec viæ, per quas ista recrimenta decurrant, sunt comparatæ. Desunt igitur attractoriæ partium extremarum functioni naturali virtus effectrix, materia, locus excrementorum multorum, viæ denique & forma vacua esset in aliorum vacuitate. Ad hos autem omnes causarum apparatus peccat & finis, quod nulla pars attrahit aliarum superflua, neque pars quæpiam onerat se multis, ut his quasi sarcinis alias exoneret. Glandulæ quippe non tàm gratuitò recipiunt, præterquam his usui sit; verùm sæpè vi morbi nimium opplentur ac degravantur, quæ stratæ sunt à natura commodo partium, quarum commoditates, quosve usus explicavit tùm summus Hippocrates in lib. de glandulis, tùm Anatomici fermè omnes, & horum præcipuus compilator Laurentius. Sic de emunctorij natura videtur, non attrahere, sed transmissum recipere. Dum autem incommoda per alias partes illata glandulæ sustinent infestatæ, longè majorem hanc calamitatem sentirent manus pedesque lecti; tùm inter vehementem expultricem partium superiorum, tùm inter insignem attractrium extremarum proprium; atque eo ampliùs adjecto, quòd extremæ partes omnes præterquam manus pedesque vigaudent attrahendi multa, sicuti Dilecto placitum est; quæso bonum virum, quæ conditoris fuisset non dico providentia, sed imprudentia, partes capitis perplures, nares, oculos, aures, labra, mentum, cervices; præterquam affluxus aliunde transmissos, præterque nativam & inseparabilem imbecillitatem attrahendit aliorum ad se quisquiliis parâsse.

Porrò paravit verè transitus narium, oculorum, oris, palati, podicis,

podicis, veſicæ, matricis, multiporæ cutis, quos tranſitus Hippoc. ait liberos facere oportet, & vias ipſorum aperire. Hos, inquam, exitus curare, huic expurgationi vacare neceſſum eſt, antiquis & conſuetis naturæ meatibus, non inſolentibus, ac victitiis. Verum hæc de cauſis muneris attractorij jam ſatis. Ad extremum enim addidit autor hic novā illam à ſimilitudine rationem, affirmans comprobatam experimento Sympathiam cum manuum volis, plantisque pedum, per ulcera, quæ fieri ſolent his qui flammeas jecoris infeſtationes perpeti conſuevêre. Ita quidem ille, verùm adverſus eundē diſſertorē dixerim equidem; quin imò per multos fuiſſe viſos, qui cubitis ambobus tenùs ampla geſtarunt ulcera, quorum materia ſi perſtaret, patula hæc affectio manuū infirmarum, ad has profectò ſedes deſcendere debuiſſet. Inter omnes verò nominare poſſim ingenuum virum Ioſephum Picum Romanum Illuſtriſſimi D. Proſperi Columnæ familiarem, qui triennibus his fatigatus eſt ulceribus, qui nunquam manuum palmas ſenſit obnoxias, imò neque exteriores earundem partes. Id quod facit, ut ſuccurrat animo aliud tùm adverſus primum Valleſium tùm adverſus Dilectum ejus aſſertorem. Nimirum quod aliud eſt manuum volas patere ſuperioribus defluxibus, aliud ſuperiores facies. Internè quidem extant vaſa plurima duplicia, externè verò ſolæ venæ nullis comitibus arteriis phalanges digitotū alunt. Adde verò, qui hypotheſis noſtra de exteriore privatè parte conſtituta eſt; iſti verò de ſubteriore palma prætexunt argumenta, quod non leve de mutata & confuſa ſuppoſitione videtur vel dialecticis peccatum; quanquam quantum ad volas manuum pertinet, harum notationem calidiorem ad jecinoris fervorem arguendum nobis huic labori parcentibus acerrimè confutavit Iacobus Primiroſius Pariſienſis vir apprimè doctus lib. 2. de vulgi erroribus. capit. 10. qui profeſſus eſt, nullam inter manus & jecur eſſe conſenſionē aut vicinitatis aut familiaritatis, qui verò per vaſa confluxus intercedit cum cæteris partibus corporis hunc eſſe communem. Primò claudicare rationem quæ ad hepar duntaxat non ad lienem pertinet; Deinde fieri dico haud aliquo naturæ conſortio, ſed intemperiei vi & vitio, nec non obnoxia partium habitudine fiunt; quæ inſuper hæc internis manibus pedibusque proclivitatis, autagitationis ac vehementiæ culpa; taceo quòd emunctoria jecinori deſtinata ſub inculpata valetudine recipere ſolent à reſpondentibus principiis experimenta. ut bubones & papillæ in hirquientibus, & jam pluribus tū maribus tum nubilibus fæmellis. Equidem omitto hæc, & alia quamplurima argumenta, quæ, Ferdinande, tibi ſcientiſſimo prælustranda fuerint exploratiſſima. Verùm enimverò quid Dilectus ſibi Luſitanus

per

[Margin: Hiſtoria.]

[Margin: Splenis & manus cō ſenſus negatus à Primiroſio. Non eſt critica, ſed ſymptomatica morbi expulſio.]

per illud opinionis voluerit agnosco; est quidem in omnium ore mos loquendi protritus, imbecillitate partes attrahere; Verùm hæc sermonis abusio multa est, siquidem id quod est ex accidenti, statuitur per se, quodque esset alicui patienti susceptum opus, attribuitur efficienti. Nempe quod imbecillæ partes accumulent semper ex transmittentibus recrimenta, id non ex arbitrio atque efficientia proficiscitur, verùm alieno fit incursu. Cæterùm has incogitantias oscitantiasque redimet nobis Lusitanus unâ suâ veracissimâ & consultissimâ professione, de qua nos oportet, nonnullam homini gratiam habeamus, qui salvatellæ patrocinium gerens, & adversante nobis factione, homo nihilominus nostra graviter & generosè percaverit hæc. Sed hæc doctrina non debet taliter accipi, ut magis credatur prodesse etiam in fine morborum salvatellæ sectionē, quàm internæ & axillaris.

Ingenua professio Dilecti Lusitani.

Nam experientia multa vidi, etiam in fine morborum, sectione internæ morbi reliquias fugari, quam adversionem imitatus est, credo, Dilectus ex Sanctorio, qui in lib. 13. methodi vitandorum medendo errorū, cap. 1. Ratio est, ait, nam tùm refrigerationis & ventilationis gratiâ sectio venæ commendatur, quod æqualiter ex sectione dictarum succedit, & maxima cum ratione recitato cap. 16. à multis legitur affirmativè dicendo, atque innuere utriusque sectionem in affectibus lienis. Quæ cùm omnia disputârim adversus experientissimum alioquin Medicum Lusitanum, non eo quidem animo produxi, ut ejus doctrinæ quidquam detrahi velim, ut neque cuiusvis Illustris viri auctoritati detractum voluì, totâ hac de Salvatellâ disputatione, sed justè quidem hæc adversio cadit in eos omnes, qui dogmata infirma mollique consuetudine stabilita potiùs, quàm æternas naturæ sanctiones, & beata vestigia sequi malunt. Ex quo supplicio neque Franciscus Vallesius, aut Ludovicus Mercatus, aut Petrus Vascon, aut Guilielmus Rondeletius, & alij quidam accusati nuper exempti fuêre. Nos ad hanc adversionē pertuendâ solùm veritate, ac de multis benè merendi voluntate impulsi potius, quàm paucorum detrimento retracti sumus, si modò detrimentum est illud naturæ mortalium disciplinæ, quo veram viam monemur, ut ne aberremus & prætereamus, id quod aut nobis, aut civibus est utile futurum nostris. Interim equidem nescius non sum, eandem, quæ Dilecto Lusitano, membrorum extremorum attractricem visam fuisse P. Peramato Hispano lib. de vacuandi ratione, cap. 29. Verum hæc ejusdem thesis pari quo altera pacto confutabitur. Ratio autem istius privata, quod extremi artus attracturi sint è longinquo, falsa est; siquidem è longinquo missus est mercatus duplex cum vectigalibus tùm venarum, tùm arteriarum,

Dilecti Lusitani cum Sanctorio consensus.

Autoris ad Lusitanum nobilem Medicum protestatio.

Par in Peramatum animadversio.

teriarum, nec aliis per se commendicatis opus habent extremæ partes, quæ constantibus jam perpetuis alimoniis, si raperent ad se alias, ipsæ vi suâ, dum agitatis iisdem perpetuò succi concussi per motum irruunt, ut unde quoque fieri non posset, quin extumescerent ultrà modum, & collectionum malarum incursus, & inde gravia, sive incommoda, sive corruptionis pericula perpeterentur.

¶. §. III. *Adversa Ludovici Mercati opinatio refellitur.*

AD hos ditionis Hispanicæ viros, qui Salvatellam adorârunt, accessit & Ludovicus Mercatus, qui lib. 1. de recta præsidiorum indicatione cap. 4. conducibilis phlebotomes causam retulit in sanguinem crassum lævâ servatum extremâ, qui planè respondens floribus melancholicis lienis, cum vacuatur, fiat indè, ut non nihil recipit levamenti viscus illud; quod leve commentum, instituta mea omnis argumentatio primùm constituetur in eo repellendo decreto, quo suadet sanguinem lienis esse crassum, qui tenuis est verè, non me quidem uno arbitrante, verum & Francisco Ulmo, & Æmylio Parisano, lien lib. 4. de morb. vers. 20. fons aquæ dictus est, & lib. eodem vers. 119. Postquam autem, ait, traxerit splen, optimum est, si vetus aqua, quæ in splene erat, ad vesicam, aut ventriculum excoletur, & per hæc expellatur, &c.

Quibus acquiescens aliquando Gal. com. 6. epid. 2. vers. 70. qui lienis, inquit imbecillitate laborant, sanguinem aquosum ac tenuem habent, non crassum & nigrum.

Confirmatur autem hæc opinio à juvantibus & nocentibus, cujus experimenti summum medentes æstimant experimentum; nam emolumentum nullum percipiunt ægrotantes ab humidis alimentis, verùm à contrariis potius, quando nos docet experientia, nil prodesse magis lienosis, quàm abstinentiam, præsertim potus; atque ea quæ superfluam humiditatem absumunt, ea sunt lienosis optima. Hæc sunt ex pluribus pauca, quæ succorum lienis proprietatem ostendunt, nedum non crassorum, verum tenuium etiam. Quo breviter ostenso capite mox decurram ad alterum institutum, quod ejus crassitudinis effectrix nulla sit causa, multæ verò supersint, quæ productum ad extrema sanguinem transmutare valeant in tenuem; ex causis aut quæ crassefacere materiam hanc debeant, primum & præcipuum est frigus nativum seu frigida partis cõstitutio, qualis porrò manibus non est, sed sive membri totius universitas spectetur seu partes objiciantur singulæ differenti, calidior ejus apparebit

bit natura. Partium quidem omnium muſculi præcipui ſunt ac potiſſimi, quorum alioquin carnoſa parte plurima conſtantiū, calidior conditio ſit oportet. Sed venæ, arteriæ, nervique conferti, ſunt ſpirituum vehicula & receptacula: Oſſa verò & cutis portio ſunt, ſine qua non expenderentur accommodatæ reliquæ particulæ. Oſſa quidem locus & ſedes ſunt, ut in pomi centro nucleus, cutis verò obducta veluti cortex & munimentum, quæ partes ad ſummam ſic frigidam arguunt, ut non reſultans calor exureret. Quòd ſi conflata ex omnibus natura contemplanti objiceretur, de hac Gabriel Zerbus Veronem lib. 2. cap. de manus anatomia pronunciavit.

Complexio manus non eſt conſimilis in omni ejus parte, totalis n. ejus complexio innata actuata per influentem fit non refractiorem multùm ad mediocritatem tendens, tamen caliditatis plurimum manui influit à principalibus membris, veluti parti corporis extremæ; præcipuè à corde & amplius ab hepate, quod eſt videre in hominibus calidioris hepatis, quorum manus pars interior ſentitur manifeſtæ caliditatis, ut quamvis in ſe manus appareat membrum pauci ſanguinis, data eſt quoque manui ſiccitas plurima, à qua completur fixio; non tamen tanta eſt, ut excludat humiditatem, à qua eſt flexio, ambabus requiſitis ad motus, & actiones humanas; tàm ut eſſet meliùs operativa, tum ratione ferè continui caloris & exercitij Minus enim videtur manus calida brachio propter ipſam non ita de proprio infigi loco potenti; & non imò manus, quia elongata à fonte caloris ſæpè friget, celeriusque ad eam feſtinat frigiditas, tardiùs verò caliditas, quod commune particulis humani corporis extremis, ſicuti pedum, aurium, & naſi eadem cauſa. Quæ autem partium manus ſit temperamento vicinior, oſtendamus in his quæ deinceps. Ad hunc modum Zerbus, qui & alibi de anatomia brachij ſtatuerat, ſicuti calidum eſt motivum, ita frigidum eſt motui ineptum. Vel igitur, inquam ego Severinus, inepta motui manus erit, eritque frigida, ut ad motum erit aptiſſima, & proinde calida. Porrò ſe mutuò conſequuntur, calidior manus κρᾶσις, & aſſidua motionis entelechia; cum qua utraque lentor & craſſitudo coire nequit adjacentis humoris. Sed neque coibunt hæc cum humoris eiusdem longinquo delapſu.

Gabrielis Zerbi locus de calida manus cō-plexione.

Porrò quemadmodum per longas ambages & anfractus decurrens, atque intercidens aqua fluentis cuiuspiam confragoſi, quo magis devolvitur, eò magis attenuatur; ad eum propè modum humor protractus ab intimo extimoq; corpore ad extremos uſq; actus identidem attenuatur & ſpecioſior fiat oportet. Sic aquæ Nyli longè lateque per Ægypti campos excurrenti feracitatem attribuit Avicenna 2. præt. cap. 16. & è noſtris

Plinius lib. 31. de natur. hist. c. 3. Quum autem sanguis ad pedes usq; pervolutus excreatur, & longiùs quam in manibus diverberatur, eius agitationis intuitu factum arbitror, ut Avicenn. l. 2. fen. 4. doct. 5. c. 20. phlebotomen ex pede statuerit viribus corporis incommodare quàm è cubiti venis, tametsi non ignorem & causas alias à Zerbo traditas, quæ sunt aquæ calidæ, fomenta, confricatio major, atque amplior venæsectio, præter hæc sanguinis inferioribus ubertas minor, & à cordis consortio recessus major, postremò verò quòd à stomacho, & à cerebro cũ corde consentientibus spirituum copiam avertat; quarum omnium causarum aliquam partem exposuit Ludovicus Duretus in adnot. Hollerianæ enarnat. 43. quæ est de dysenteria. Adde quod provenit ad ultimas manuũ oras, id ultimum alimentum esse, quo non aliud ullum ulterius: quare sit hoc oportet percoctissimum, atque elaboratissimum, ac plurimis quasi cohobationibus, ut chymici loquuntur, exaltissimum.

Phlebotomæ ex Avicennæ dictis.

Sic Stephanus Rodericus à Castro disceptationum medicarum 20. & Nicol. Martinus Venetus Medicus præstantissimus, in lib. de certitudine Medicinæ persuasum habuerunt; sanguinem absolutiorem præparari in venis postremis. Quâ elaboratione fit una, ut humida superfluitate devicta nõ corrumpatur ex suo vase depositus cruor. Porrò meo mihi experimento constat in patina servatum, & per seras hebdomadas oblivioni mandatum potiùs exaruisse, quàm putruisse. Exhalationem hanc humoris & plantarum cacumina sentire compertũ est; nam summis horum apicibus rescissio corpora plurimum inde detrimenti accipere, atq; interdum marasmum sequi, Autor est Joannes Costæus lib. 1. de stirpiũ natura, c. 41. quod fit illo silente, me exponente, propterea quod in sublime, atque ut Actuarius loquitur, in profundum tendit spiritus vivacitas, qui de resectis porulis excutitur, argumento quod fructus, plantarũ utique finis præterquam ad extrema non percurrunt; eodem & in manibus pacto vividior humoris pars gestit propemodum instigante naturâ ad corporis extrema evolare. Quibus semper præsentibus comparantur humorum materiæ præstantes aliquæ conditiones.

Prima caliditas ac tenuitas, de quibus utrisque Lazarus solus Pincianus non contemnendus Hippocr. enarratur in libri de locis in homine textu 17. deliberatè professus est, sanguinem salvatellæ tenuissimum & calidissimum, qualis est & sanguis venarum parvarum, quæ in extima corporis superficie sunt sitæ.

Dixi jam de manus sanguine, qui prodit ex liene, sed & hunc tenui frui cruore literatus vir J. C. Scaliger Exerc. in Cardanum 181. F. monstravit. Itemque Fernel. l. 6. de funct. & humor. c. 3. quod, credo, didicit

didicit ex Aristotele magistro, qui l. 9. Problem. 5. conceptis verbis enunciavit aquosum sanguinem τῶν σπληνιώρτων; & Felix Platerus lib. obs. 33. Cent. Posthumæ pag. 118. sanguinem lienis tenuiorem spirituosioremque ac proinde lucidiorem eo, qui in hepaticæ venæ ramis existere, qualis hæmorrhoidum est affirmavit, nec injuria, quando multa similitudo sanguinis arteriosi cum splenetico videtur, quod uterque tenuis & calidus est Hermanno Conringio lib. de gener. & motu sang. naturali. cap. 21. pag. 184. M. & Costæo l. 3. disquil. phys. cap. 5. pag. 167. & Franciscus Ulmus lib. de liene: & Epiphanius Ferdinandus in Theorem.

Calidum item ac tenuem huius sanguinem asseruit præ jecoris alto Nicolao Florentino secum adscito G. Zerbus tract. 1. Anat. qua de liene pag. 21. col. 1. F. & pag. 22. col. 2. arg. est, inquit, quod lien decoctus mollis est; hepar verò eâdem aquâ elixatus durus est. Hinc mirum fit, unde creditum sit liene veluti promptuario aliàs etiam ergastirio sanguinem tetrũ ac crassum contineri, contra quos apertè reluctatus est Herm. Conringius ejusd. l. c. refragatus item Adrianus Spigelius opere de hum. corp. fabric. Lien, ait, non continet humorem, cuius modo receptaculũ esse dicitur, cum in sanis lien purissimo sanguine semper scadeat. Ad extremum autem tenuem hunc sanguinem sæpissimè adnotavit idẽ Herm. Contingius in Academia Julia Professor undequaque doctissimus, lib. de gener. sang. & motu naturali. c. 4. p. 21. & cap. 13. p. 44. 95. c. 21. p. 184. M. & 191. F. & c. 22. p. 201. M. & p. 205. F. & p. 35. Ad hos item arte & facundia clarus Ioh. Stephanus Bellunensis in comm. de hominis structura pag. tum. 7. P. quod ex Gal. dicit adnotâsse Amatum Lusitanum, tùm pag. 32. F. per hæc: quia crassioris sanguinis partem lien prolectat suæ naturæ familiarem ac vernaculum, ut nova coctione alimentalem sanguinem secernat; licet atrum & fæcosum sanguinem attrahat; subtiliori tamen nutritur sanguine, quàm jecur, quia per novam coctionem sanguinem secernendo attenuat, cui propterea natura tot arteriarum implexus concessit. Fuerat autem hæc Galeni sententia l. 4. de usu part. c. 15. descripta per hæc: Splenis verò corpus, cum tantò rarius hepate, quantô crassius est pulmone, meritò ex tenuiore sanguine nutritur, qui namque attrahitur ad splenem crassior est eo, qui est in hepate.

At quia elaboratus ab arteriis, quæ illic sunt, atque adeô venis multò densiorem tunicam habentibus quam quæ sunt in hepate, non affatim, neque crassus carni splenis, sed subtilis & paulatim mittitur; & inferius, ut omnia summatim cum Galeno complectar, scripta sunt hæc: Hepar quidem ex rubicundo & crasso sanguine, splen verô ex subtili sed nigro, pulmo verò ex elaborato ad unguem, flavo, subtili ac puro sumit

alimentum. Quo Galeni placito videtur quantum aberrent à verò quicunque ſanguinem melancholicum craſſum putent, præſertim qui liene derivetur.

Ignarus autem non ſum eius, quod ſcripſit Galenus l. 13. Meth. Med. cap. 10. docens craſſiorem quàm quo jecur nutritur attrahi de hoc ipſo ſanguinem à liene. Item & atrum humorem & ſanguinis fæcem, com, 21. lib. 4. Aphor. Adhæc & cap. 6. lib. de atra bile, & lib. 6. de loc. affect. & ſi qui ſunt alij de hac ſententia loci. Enimverò cunctorum offenſionem ſuſtulit egregiè vir undecunque doctus in contradictione Galeni 95. Nicolaus Rorarius memorans adverſariis, licet eum, qui in jecinore continetur ſanguinem, craſſitudine longè ſuperet, is qui lienis venis tamen in ipſis atque arterijs elaboratus dùm fuerit, non amplius craſſus remanet; neque totus quidem, craſſiorvè illius portio, ſed tenuior duntaxat lienis fit alimentum, atque in ejus carnem ſenſim immittitur, craſſior verò illa melancholici ſucci portio, quæ lienis vi atque actione concoqui elaborarique minimè potuit tanquam ad nutriendum inepta in os ventriculi recurrit; & licet non ruber ſit is, quo lien nutritur, ſanguinis ſed ſubniger lienis colore; tenuis tamen ſatis, quemadmodum è contrario is, qui jecur alit, & craſſus & ruber exiſtit.

Ioannis Vallæi ſuffragia.

Præter tenuitatem etiam raritas accedit, de qua Ioannes Valæus ingenioſiſſimus Lugduni Batavorum Profeſſor epiſtola 2. de refluo ſanguinis motu, ſub calcem ad clariſſimum Thomam Battholinum, Caſp. F. teſtatus eſt hæc; venæ minores rariorem calidioremque ſanguinem quàm majora habent quod unuſquisque in venæſectione pedis manusque podeſt experiri. Hæc ille. A quâ ſententia non abluſiſſe videtur Ariſtot. lib. 3. de part. animal. cap. 4. & de part. animal. cap 5. venas amplitudine majores fecit conditione frigidiores, & vice verſâ, cui conſenſit & Hieronymus Mercurialis adnotatione 22. ad lib. 2. aphor. editionis Græco Latinæ.

Ad ſummum, abſolutionis tantæ viſus eſt manuum extremarum ſanguis Hadriano Spigelio Bruxellenſi, ut conſtantiſſimè creditus fuerit nedum arterioſo primus, ſed & arterialis, tantùm abeſt ut melancholicus & craſſus viſus ſit. Quin etiam aliàs nedum melancholicus & ater non eſt, ut eodem obſervatore Spigelio nitidus ſit & rubicundus. Sed Ioannes Fernelius Ambianus lib. de functionibus humanis c. 5. Actuarius lib. de urinarum different. cap. 2. ſub profundiſſimis & extremis venis albeſcere ſanguinem advertere, atqui adſcitum ſanguini candorem maturitati prococtionique humoris acceptum referri confeſſum eſt, & obſervatum in chylo, ſeminè, lacte, tùm venarum lactearum tùm mammarum

matum purè, & analogis omnibus. Sic tùm calidissimi, tùm tenuis, & rari, tum arteriosi speciem sanguine qui de manibus extremis extrahitur, exhibente, præclariss. anatomasiâ Medicus Alexander Trallianus in lib. 8 cap. 12. qui de curatione inflammati lienis, professus est hæc; & si de manus summa minus sanguinis evacuetur; tamen quantulamcunque indè tentatam inanitionem, præcipuum lieni ad sanitatem adjumentum, id est, refrigerium esse, lieni nimirum ab iteriorum æstu, quibus instructus est, privatè laboranti; quæ communis etiam causa fuit, ut idem vir initio sermonis illius enunciârit; si venæsectio visceribus omnibus inflammatis præsentissimum remedium, maxime certè in lienis inflammatione est adhibenda. Jam verò, nisi calens & peracer ex Alexandro sanguis interpretandus hic fuit, coire nequibunt utique duo hæc, & maximè lieni æstuanti convenire venæsectionem, & hanc quantumvis modicam maximo visceris refrigerio futuram.

Hactenus fuerunt à materia, à forma, ab effectis, à comparatis, eductæ suasiones. Ad quæ omnia finis adjectus nec crassitiem ejusmodi sanguinis argutabit; quo enim dirigat sanguinis crassitiem in manu alioquin incomparabiliter agili gestuosaque sic, ut artium omnium sit opifex, quod Gal. enarravit latè lib. I. de usu partium.

Verùm de hac parte satis, ut viderit jam planè Mercatus, nedum non crassum salvatellæ cruorem, sed etiam tenuem: Sed agè conceda. tur ejusmodi crassa merces Mercato, nihilominus angustias ex hoc genere multò maximas subiturus est idem, si nostras aliquot hypotheses ac prolusiones ad ostensionem attenderit. Sanguis enim qui in facie manus exteriore comprehenditur, benè modicus est; quoties verò phlebotomes usu lienem vitio degravatum attingat, impensè largior esse debet. Præter quod & alterum advertit; vena tùm lienis tùm manus extremæ mediis cubiti venis intercludi; tertiò sanguinem in cubiti venis haud crassum esse, sicut extremæ manus saltem minus ejusdem Ludovici judicio. Ad hæc, vasa cubiti media vel communicabunt extremis, vel in hoc ministerium nil communicabunt.

Denique lienis crassitie succorum obsiti sic tentandum esse confinium, quatenus hic phlebotomes emolumenta sit sensurus. Atqui sunt interim hæc contraria; primò ut sanguis haustus è manu crassitudine, peccans non contactis cubiti venis, quæ phlebotomes honore non gaudent, promatur, vel lienem virtute sola pertingat, crassus lienis cruor, mediis non penetratis vasibus cum pari manus sanguine commisceatur. Rogo autem quâ viâ, an quæ fuit inter extremos latices interceptai?

Igitur

Igitur quid reliquum est præterquam ut saltu quodam apprehensæ mutuo portiones utriusque sanguinis nil admissâ mediâ sese continuerint; vel si media admittatur, paucissima sanguinis extremi portio, cum multo plurimo vasorum mediorum confundatur, quæ Ludovici mens profectò non est. Ad summam, satius dicam intellecturus aut comprehensurus est nemo, quo pacto sectio seilem extrema lienem sit inanitione levatura, non plus operatis & commentis vasis interioris brachij medijs, quàm interioris manus extremis. Declaret autem hic vir, aut eius vice quislibet lieni levamen, ut comparetur per venæsectionem extremam, non consentientibus cubiti venis, vel si consenserint, ut non hæc conduxerint magis uberiore incomparabiliter horum miscella suppeditata.

¶.§. IV. *Adversus extremam Hieronymi Montrii opinionem.*

TAnta fuit semper lævæ manus ad affectus item lævos remedio pungendæ superstitio, ut præ istius veneratione obtestati sint quidam adusque etiam Hippocr. Dictatori summo, qui ore rotundo & arduâ prope voce nos admonuit, ne quid in accessionibus graviùs intentaremus. Ipsi verò sapientiores, ut obnoxios absolvant tutissimè febre quartana, quo primùm tempore natura ab hoste lacessita, revocatis ad intima facultatibus, algens ac rigens atræ materiæ turbatione, morbi protervia, viriũ angustia, variè premitur, nihilominus sic insolentes & iniqui sunt, ut binarum manuum intremiscentium alteri scalpello audeant impacto quasi de præcordiis revocatum eximere sanguinem, quod velle visus est Hieronymus Montrius, quum quartanæ prævidens accedente violentiâ approbavit salvatellæ scissuram, quod felici res experimento, sed tantundem fallaci successerat, ut Halos febrium cap. 9. scriptum est his verbis: Petenda ratio est, cur salvatellæ sinistræ manus venæsectio in hora paroxysmi facta multos à quartanâ liberaverit: cuius eventus testes sunt Doctores non ignobiles Galeatius & Valescus. An quod per sanguinis missionem expultrix facultas à suo munere & officio fuit adversa? Præterea, quia eadem expultrix, ut Gal. ait, lib. de morb. & sympt. suo munere nõ fungitur, nisi triste aliquid sentiat, utilissimum fore videtur, sensum hebetare; hebetare autem narcoticis, & his, quæ opium recipiunt, medicamentis. Quibus auditis, ajo, Virum proclivem fuisse Mondrium, qui fidem suam experimento commiserat levissimo, cujus equidem eventum non posse non credere fortuitum saltem non rationalem. Ratio autem quam homo produxit, & falsa & facilis apparet, quæ talis est; Sanguinis

guine de salvatella subtracto continenter avertitur à melancholico succo transmittendo parata facultas expultrix; ergò quartana solvitur; quæ argumentatio cùm sit à propositione indefinitâ ad indefinitam, nil concludit universalis. Neque enim universalem conceperit Autor assumptionem, cùm talis ac tanta non admittatur cuiquam, apertè falsa; præsertim eo tempore, quo præ rigore retractus intrò plurimus sit sanguis; ac prætereà longa sit intercapedo inter avertentem sanguinis eructatum, & lienem. 3. denique quia huic operæ perparum apta venæ sit exilitas extremæ, cuius sanguis in angusto canali paratissimus est grumescere, sicuti Sylvaticus advertit. Si velit inductionem complurium singularium, neque horum acervatione parit scientiam, quemadmodum per initia disputationis hujus ostensum, quod propterea antisophisma nuncupavimus, quia sophistica est hæc omnis persuasio. Quo magis autem probatorum autoritate virorum munivit se Muntrius, eò frigidiorem & inaniorem connixus operam apparet. Quid enim ex uno correcto paroxysmo cæteros omnes ab apparatu longo quartanæ successuros arbitrari correctos? quasi sic argumentemur; fuit dies Apostolo Paulo sacra ventosa, ergò totus annus ventosus erit. Quæ vulgaris argumentatio nostrorum hominum innixorum canone quorundam versuum incerto Autore confictorum, qui circumferuntur de annorum divinatione perpetua per proprietatem unius diei Apostolo converso nuncupatæ.

Iam autem ut Montrio concesserim, præcludi potuisse paroxysmũ avocatæ expultrici singularem; edisserat idem oportet, quæ tanta primæ illius aversionis est virtus, ut omnem quartanæ febris apparatum, & omnes vires sustulerit semel? quæ ratio cùm assignari cuiquam nequeat; etenim non extat divina, humanâ arte, ut natura profecta, subinde insolens & indigna docto viro videtur hæc argutatio. Hæc de formâ perperam observatæ dissertationis. Cæterùm & materia falsa est Hypothesi nunquam per Medicinæ scientes admittenda, quæ est, quartanæ paroxysmos excitari defluxu melancholiæ, quam rem à Sylvatico confutatam indicato lib. Ego arbitror ex suscitatione nova fermenti, ac ebullitione portionis acescentis ac putrescentis extra venas melancholiæ fecis, quæ non movetur quidem loco, verùm sanguini submissa, ex minore magnitudine fit major, investita rarefactione ac despumatione, unde fusa & exhausta locum occupat ampliorem, donec expleta exundatio pristino residat statu.

Cæterum quid non arguatur Montrius, qui contendat, avocato materiæ cursu quartanam aboleri? quasi sit, inquã, aliud quartana provocatio, quàm materia Melancholica apta putrescere? vel quasi melan-

cholia putris amota de uno loco, non possit in proximo, ut in alio putrescere? Quid autem si de mirifica phlebotome verba facimus? quasi valeat, inquam, educti sanguinis quadrano ut triens, quartanæ materiam, quæ in annum & amplius instructu magno comparata succenditur, finire queat. Adeò, inquam, immenso instructu, ut ad 2. 7. 8. 9. 12. 16. 33. annos constantes experti suis observationibus testatu fuerint Ioan. Fernel. Ambianus lib. 4. Path. c. 14. & Ioannes Forestus lib. 3. de feb. observ. 32. Quantò scitius igitur, puter go dicam, accommodatiusque licèt Hippocrati adversari Hier. Cardanus, & Amatus Lusitanus, & qui hos sunt alij secuti, suscitato iam quartanæ conflictatu, parati sunt continenter homini decumbenti poculum offerre, quo mala patrans humor ater excutiatur. Excutitur autem, inquiunt, facilè, cum totus hic funditùs cõturbatur. Sic enim, quæ remorabantur, compedes exsolutæ concidunt, id est, redempta per commotionem tarditate, qui fixus erat succus, trahenti cathartico paret expeditus, & obsequitur.

Verùm de his non nostrum tantas hominum componere lites, Satiùs in Seilem parum prudentem usurpatorem animadvertemus, & alteram judicij levitatem, volentis usque dùm facultas expultrix ab expellendo absistat, hanc quasi primam excubatricem etiam Narcoticis sopiendum, tantæ molis erat mittentem à mittendâ materiâ cohibere, quæ tamen cohibita sola est, quæ misero sæpè insidietur, & adversetur.

PARS IV.
ANTI-SPIGELIANA.
SEILEM CASTIGATÆ.

Ad Amicum Adriani Spigelij nostrum lectorem Admonitio privata.

AAdversionem hic in vestibulo disputationis Antispigelianæ repetit ulli nunquam infensus Autor, secutus se Codicis editi fidem in Adriano Spigelio nominando, qui parùm firmi decreti notatus in seilomastige fuit. Nimirum, qui perversioribus est obnoxium unumquodque posthumum opus, veretur, ut attributa Bruxellensi cæteroquin Clarissimo viro fuerit opinatio, quam Daniel fortasse Bucretius adjecerit Anatomici monumenti legatus, emissor, & exornator.

Operum posthumorum perversitas notatur.

nator. Cujus ipſius operis, aut omnis, aut plurimi commentor à pleriſque creditus eſt idem, & à Clariſſimo Thoma Bartholino Dano in præfatione ad Anatomicas inſtitutiones Patris, & ab Ioanne Riolano in animadv. in Spigel p. 367. quem Bucretium conqueritur in Cholidochis plurimum ab ſe detorta perturbaſſe, & rurſus pag. 377. cauſſatur librũ Spigelij de formato fœtu interpolationis Bucretianæ ſuſpicioſum. Audi verò quid ſcripſerit ad gravisſimi judicij virum Caſparum Hofmannum ambidexter Guilielmus Fabritius Hildanus, deſcriptum in Cent. 2. obſerv. 2. Præter hæc ſcriptum mihi fuit non ita pridem Patavio, Uratislavienſem quendam Bucretium Doctorem Medicum Dom. Doct. Spigelij ſcripta Anatomica & Chirurgica in lucem emiſſurum; ſed utinam id ante obitum Dom. Spigelij factum fuiſſet; rarò enim ſcripta poſthuma mentẽ Autoris rectè aſſequuntur. Videtur id in Chirurgiam Veſalij à Proſpero Borgarutio editam, in qua nonnulla, quæ Veſalius propter immaturam mortem perficere non potuerat, ipſe Borgarutius ex Autoribus decerpſit & Chirurgiæ Veſalij de verbo ad verbum inſeruit, donec tandem perfectum compilârit opus. De his ineptiis vide tractatum meum de Gangtænâ & Sphacelo cap. 17. ultimæ editionis in 4to. Hæc ille de poſthumarum editionum perpetuâ ſuſpicione.

Qua ratione Spigelius excuſandus.

Veſalij Chirurgia quomodo vitiata fuerit.

An verò producamus huc & Virgilij teſtamentum de poſthuma Æneide, quam uri juſſit potiùs, quam legi: poſteri verò qui curioſius legerunt & judicârunt ſeverius & numero & pondere non contemnandos errores deprehendere. Quod ſi igitur idem evenerit Spigelio? Verum hæc is non unquam reviſa ſcripſerit aut non ſcripſerit, ſed alius immiſcuerit, utcunque non hominem alioqui ſuſpiciendum inſectatur confutatio ſed tamen ſimplicem & honeſtisſimam omnium veritatem, tùm mortalium profectum intuita fuit.

Virgilii lib. ultimus Æneidos notatus.

¶ §. I *Anatomica Adriani Spigelii demonſtratio deprehenditur, aliorumque communio in ſua argumentandi forma in cenſuram vocatur.*

HActenus à nobis diſcuſſa medica de ſalubri phlebotome commenta fuerunt, Anatomicum aliud novisſimum confinxit nuper Adrianus Spigelius, qui lib. 5. de corporis humani fabrica cap. 4. profeſſus eſt, nullum antea cognitum iſtarum partium conſenſum ſe reperiſſe, atque oſtendiſſe; oſtendit autem ſic; Hæc vena communiter maximèque minimum digitum ſpectat, ſalvatella dicitur, & in ſiniſtra manu à practicis inciſa in affectionibus Melancholicis ad morbum commendatur. De

 quâ

quâ re, cùm nonnunquam disputetur, ego quod experientiam Practicis favere observârim, causam indagare conatus sum, invenique complures anatomoses hîc esse venæ huius arteriis, quemadmodum circa extremas partes anatomoses luculentiores esse solent, tanquam in partibus remotis à fonte caloris; & quæ propterea sanguine calidiore spirituosoque indigebant; sectâ ergò hâc venâ, cui proximæ anatomoses sunt, fieri nequit, quin sanguis arteriosus quoque effundatur. Id in cubiti venis incisis, nõ ita fieri potest, ob anatomoses remotas à loco, in quo vena aperiatur, & hinc fit, ut sanguis qui ex manu evacuatur, multò sit pulcrior & rubicundior, quàm ille qui ex brachio, qui semper arteriosus hic simul avacuatur. Cùm autem in liene sextuplo plures arteriæ sunt, quàm venæ, plurimum profectò adjumenti accidere ipsius affectionibus necesse est, quod ex his vasis sanguis in quocunque peccaverit, evacuetur.

Cæsalpini sententia. Hæc Adrianus, Cuius viri placitum, non tàm unius ipsius privatũ, quàm multorum commune reperi. Primus enim Andreas Cæsalpinus summo vir judicio præditus in lib. 7. medendarum affectionum interiorum cap. 27. proposito, primùm, quòd non aliundè quàm à porta lienis venæ deducuntur; at si brachij venæ (proplematicè respondet) ex ea cava vena producentur, quæ communis erit cum vena porta? An ratione arteriarum per Anatomoses fit communio? Sic quidem Andreas Marosticensis; non dubito, quin alij præter hanc viri Professores eandem hypotheseos causam divinârint, omninò enim paratissima, sicut aër, quem vivendo spiramus intra quam incidendo caleamus, Anatomicus inter & medios de re quasi jam obscuriore corporis differentes esse consuevit, hęc anastomoseon allegatur: nec te solertissime Ferdinande silebo, cùm primis recensebo, qui in aurea tua epistola ad me scripta causam indagans facti naturalis anastomoseon seilem cum liene intercedentium seriò meministi.

Verùm ante omnes Iacobus Berengarius Carpensis, qui in comm. 13. in Anatomen Mundini §. de vena descendente pag. 175. rationem suam complexus est his suis, sed seculi propriis, id est barbaro-latinis.

Iacobi Berengarii sententia recitatur. Quia venæ lateris sinistri, quæ trahunt originem à vena chyli, sive sint in manibus, sive in pedibus, non habent directionem aliquam ad splenem, si benè consideretur anatomia splenis, & ejus colligantia mediantibus venis ad eũ tendentibus. Sed credo benè, quòd possemus dicere, venas sinistri lateris mediantibus arteriis, propter constemationem earum ad invicem, habere directionem ad splenem. Vena trahit ab arteria, sed istam directionem ad splenem mediantibus arteriis non intelligunt autores practici. Et ego absolutè teneo, quòd si phlebotomia fieret de arteriis si-

riis ſiniſtræ manus, quod illæ arteriæ propter directionem ad ſiniſtrum latus poſſent evacuare à ſplene immediatè, quia reperiuntur arteriæ tendere ad ſplenem, non autem reperiuntur venæ chyli tendentes ad ſplenem, ſed dico, venas dextri lateris habere maiorem directionem ad ſplenem, quàm venas ſiniſtri lateris, ut patet cuicunque Anatomico propter minorem diſtantiam. Qui idem Berengarius paulò poſteriùs agit, veritas eſt, ut ego credo, quid Phlebotomia manus dexteræ magis conferat ſpleni, quàm lateris ſiniſtri, propter minorem propinquitatem, quam habent tales venæ ad ſplenem, & hoc dico, niſi currat aliqua proprietas inter manum ſiniſtram, & ſplenem, quam ego non credo, ſed credo iſtam phlebotomiam lateris ſiniſtri, ut etiam ſuprà dixi, conferre ſpleni propter arterias conſtomatas venis, quia arteriæ eliciunt materiam conjunctam à ſplene, in quo quidem ſplene ſunt multæ arteriæ magnæ, teſte Gal. 4. de utilit. part. c. 15. & teſte ſenſu, ut eam transmittat venis; & ſic phlebotomia lateris ſiniſtri educit à ſplene.

Ita vir Carpenſis ſanguinem hauſtum à ſalvatella præſtabilem anaſtomoſem beneficio retulit, ex qua viri ſylveſtrio ſylva uti translatã Hadriani deſcriptionem certum eſt, ita etiam hæc amplior eſt una prudentia, unaque adverſione, quod Anatomicus prior haud præſenſerit ſuâ iſtâ conſtitutione nullam futuram neceſſitatem manus phlebotomiæ privatæ, ſi quidem ecce brachio ſuperiore par & commodior eſt; utpotè quòd venæ quantò primores, tantò viſceri propinquiores & ampliores. Quæ incommoda prævidens acutè Spigelius (advertentior Iacobo Belgâ) Pyrrbandii commento continuò coagmentavit & hoc; diſparem videlicet utriusque loci conditionem, quando perplures ſunt manuum anaſtomoſes, quàm cubiti ſuperioris; quod argumenti caput ac demonſtrationis hæc ſumma fuit. In quo Sapientis alioquin viri placito plurima ſunt, quæ nos accuratiùs expendentes offendunt, quæque candidis aliis æquiſque judicibus minimè ſint placitura. Quamobrem ſi pace fieri Adriani ſuorumque licet, (licebit autem facilè per viros bonos, qui ſuas omnes rationes veritati, communique mortalium ſaluti præponunt in medelæ alioquin uſu frequentis ac vehementer protritæ) tentabo cõtra diſputare, ſed animo quidem ſincero, nec cum ullius injuriæ ſuſpicione, licet non ſine contentione, quod genus alioquin dictionis in cauſa tanta diſſenturo jam mihi, licet indiſcreto non exerceri, non eſt facilè. Incipiam autem ab argumentatione noſtri diſſertantis, quæ conſtructa quidem per illum implicatiùs, ordine nobis ſuo conſtruenda videtur ad hunc modum.

Melancholicis affectibus elevandis, ea demùm ex communi Medicorum omnium conſenſu, phlebotome deſideratur, quâ reſtitans in liene

ſanguis detrahatur, atqui ſectâ venâ ſalvatellâ liene reſtitans ſanguis detrahitur; Venæ igitur ſalvatellæ phlebotome melancholicis affectibus elevandis deſideratur; quòd autem à liene venæ ſalvatellæ ſectione detrahitur ſanguis, confirmatur per id, quod venarum cum arteriis in manibus extremis anaſtomoſes lieni plurimùm arterioſo, præſertim adjuvante rectitudine reſpondent, quod comprobatur, quia ſanguis ex ſummis eductus venis floridior ac pulchrior obſervatur.

Quòd ſi quiſpiam inficiatus contradixerit, pari quoque pacto poſſe lienem levari, ſi vena cubiti incidatur, protinus occurret homo, plures in extrema manu quàm in cubito anaſtomoſes extare, & quia hiſce anaſtomoſibus ſalvatellæ ſectio magis, quàm vena cubiti propinquat, magis etiam arterioſum lienis hac hauriri, atque adeò magis hoc ipſum viſcus juvare ac vitia melancholica levare valebunt. Iam verò ſubſunt anaſtomoſes manibus plus communi cum cæteris extremis partibus ſorte, quatenus videlicet in frigida ſuorum intemperantia calore vivido plurimo foverentur. Quæ capita quidem diſſertationis univerſæ iam in quàm breviſſimam ſumam redigi licebit, ſi præſtruatur argumentatio per hunc modum; Sanguis ex ſeile vacuatur arterioſus (coalitus nimirum & cõſpiratus vaſorum gratiâ;) At ſanguis qui in liene peccat eſt pariter arterioſus; quare jam hoc à manibus hauſto, ſimiliter & ille per eoſdem ductus haurietur; quamobrem, quod aptius, aut confluentius optaveris melancholicis alevandis lienis malis, hac una vacuatione non erit. Vel hypothetico Syllogiſmo conſtructum: Si lien maximâ eſt parte arterioſus, ſanguinem laxare poteſt in continentes arterias, & ex his per anaſtomoſes ad venas & ad ſalvatellam apertam: Atqui lien maximâ eſt parte arterioſus; Igitur lien ſ. l. p. 1. c. a. ex h. a. v. & ad ſ. a. Igitur ſalvatella aperta conducere poteſt lieni; nam extrahit per anaſtomoſin ſanguinem arterialem, quo elevato arteriis, levetur ex his contiguus lien oportet: ſic diſcurrendi eſt hic ordo mediorum extremorumque: 1. Salvatella, 2. Anaſtomoſis. 3. Arteriæ. 4. Sanguis arterialis. 5. Lien. Verumenimverò haud neceſſarium, ſed probabile conficitur argumentum.

Status controverſiæ in hypothetico Syllogiſmo propoſitus,

Ita equidem clariſſimi viri ſententiam ordinavi. Addam & tertiam ſyllepſin abſolutiſſimi Profeſſoris Petri Caſtelli, qui pro Spigeliano dogmate propugnans, in epiſtola ad me reſcripta coëgit honeſtiſſimi clientis hoc verborum compendio rationem; Lien maximè arterioſus, manus autem plures anaſtomoſes ſortita eſt, unde ibi exiſtentes venæ plurimum ſanguinis arterioſi colligunt; ſic ſectæ arterioſum tenuemque ſanguinẽ reddere poſſunt, ac proinde promptiùs quàm brachii venæ lienem exinanire queant. Hæc Adriani fuit omnis argumentatio, adverſus quam

præter-

præterquam quòd ostendero falsam argumentandi formam, adhuc adversus materiam disputanda sunt respondentia totidem hæc:

Primum contra thesin arteriarum.

Secundum, contra Anastomoses, & harum singularia quædam incommoda.

Tertium, contra collationem salvatellæ & basilicæ venarum.

Quartum, contra Anastomoseon, & phlebotomes usum communem.

Quintum, contra sanguinis arterialis educti, melancholici verò cruoris resid ii usum, qui confutationum quidem, ut præscriptus est ordo, sic servabitur, nisi quantum aut disputandi vis, aut attexendi necessitas aliter in cursu nos torqueat.

Admonitio ad candidum Lectorem.

QVia visa est indigna Spigelio sententia, & quia posthumum unumquodque opus alienis obnoxium est immutamentis, quin legata fuerant Anatomica per Adrianum vitæ cedentem commentaria Danieli Bucretio completori, dubius fuit Seilomastix Severinus, num referendæ forent confutationes in Spigelium autorem. Nihilominus eundem, nõ nominare, nec codicis sequi fidem nõ potuit, nec pro veritate fructuque quoad eius fieri non in quempiã minus rectè censentem animadvertere, & honestè impugnare. Quo honestatis nomine, nulli unquam infensus Seilomastrix admonitum te voluit æque Lector: ad cætera felix perge.

¶. §. *II. Spigelij demonstratio deprehenditur falsa arteriis omninò nullis in manu suprema monstratis.*

EXequemur autem hic suo quasi jure, quod omnium facilè primum & evinctissimum videtur, quod est; arteriis à superiore manu discutiendis Galeno vel ipso nobis adscito duce, qui crebro crebriùs canales & vasa corporis nostri descripsit, arteriam sustulit manibus extimis, primũ inquam 16. de usu partium cap. 11. suis his verbis; Nam & arteriarum conjugatione quæ ad manus autem naturam non nudam, neque superficie, sed quod maximè licuit intus in profundissimo abderis prorsum duxit, & in lib. 3. anal. administ. cap. tertiodecimo, quemadmodum in manu, sic in crure se habet? subdidit que. Venæ quidem arteriis in musculos insertis cohærent, non tamen arteriæ superficiarias venas una conscendunt. Verùm altiùs semper musculos ingrediuntur, quod igitur venas dixi profundiùs in femoris musculos propter tibiam propagari; his omni-

omnibus adjecit; materia in superficie extantium nulla, sed & cap. postremo lib.17. ejusdem operis disertiùs aliquantò proposuit hæc: Nusquam enim una ab arteria relinquitur; verùm ubi vas arteriosum videris, ibi necesse est venam etiam esse, paucis tamen venis in corpora, quæ ad cutim pertinent sine arterijs divisis, id quod accidit in manibus & cruribus, & ijsdem externis, atque exterioribus potissimùm, quod partes hæ positionem habeant minus præcipuam, quàm internæ, quomodo & in aliis omnibus partibus. Hæc ille quidem in capite medio; sed in huius extremo per anacephaleosin peroravit hæc.

Pari modo cùm de arterijs ageremus, de venis diximus quæ ad manus perveniunt, quod communis utrorumque sit ratio; ut enim in cruribus, ita & hîc in externis atque anterioribus brachij partibus, natura proprias mittit venas per superficiem sine arterijs, & in lib. de venarũ arteriarumque dissectione cap. postrema, in quo de universis vasorum conjugiis agitur, hæc professus est idem Gal. Nihilominus notabili alia magnitudine, quam humerariam aliam diximus appellari, sine arteria est, unaque omnes quotquot ab ea propagantur rami præterquàm unius tamen quem in articulo, quo brachium cum cubito coarctatur ortum habere, & ad inferiora profundiùs accedere, occultarique memoratum est, quemadmodum etiam vena illa interior quæ ab axillari fertur. Hæ siquidem duæ solæ ad profundiora cubiti cum arterijs se porrigunt.

Aliæ porrò venæ, quæ per cubiti superficiem expanduntur omnes arteriis carent; tres enim aut quatuor ab ea quæ per axillam iter habet, produci anteà diximus, aliæque etiamnum his amplior, quæ ex ambabus conflatur. Hæ, inquam, in utraque manuum venæ copulatam arteriã non habent. Ad eundem se habet modum vena ea, quæ circùm brachij os per aversam ejus partem contorquetur, & inde ad cutem emergens circa externum brachij nodũ ad cubitum pertingit; hæc enim omnisque ejus soboles sine arterijs excurrit. Hæc ejus loci omnia ad plenum recitavi, ut cognoscatur negatum arteriis ad extimas partes manus iter. Enimverò, si subducas omnem confugiorum summam, quæ hîc exposuit Gal. præter humerariæ ramum unum, atque axillarem alterum, quorum uterque profundiùs in cubito semel immergunt, nullum arteriæ ductum ad extimam manum se porrigere comperies. Cæteræ quâ causâ profundius in carnes sese abdunt arteriæ, cutem non attingunt, problema exposuit in lib. 3. de Anatomicis administrationibus cap.8. Quippe, ait, natura in imo retinet arterias, nusquam particulam ipsarum manifestò in cutem emittens. Meritò igitur nullam in extremis manibus à foris arteriam reperias, quia ne musculus quidem unus habetur; at interna regio

gio quoniam multis septa est musculis, ideò multas quoque arterias singulis ipsorum porrectas obtinet. Verùm universas brachialis ab interioribus partibus arterias unà cum venis conjugibus spectabis lato tendine resecato. Quo nullo arteriarum ad extimas manus delapsa per principem unum Galenum constituto, undè decantatæ tot Anastomoses conflari possint venarum, & arteriarum? aut undè & quæ istorum hominum autopsiæ? quibus nil intrà est oleam, nil extrà est in nuce duri. Idem pag. 157. repetit, Cæterùm ne te moveat nevè perturbet, quòd non nullum in summis manibus uspiam senseris pulsum arteriarum; hic enim griphus, hæc controversia hanc nanciscitur enodationẽ ex his quæ scripsit idem Galenus in lib. de venarum arteriarumque dissectione cap. 9. per hæc. Cæterum ijs venis, quæ per crurum superficiem exrant, ne unam quidem animadvertas adjacentem arteriam, sic nec in manibus, nec in abdomine, nec dorso, nec collo, quæ autem in extremis manibus arteriæ sunt, & si profundius lateant, pulsare tamen manifestè sentiuntur; loca minus sunt carnosa; quemadmodum etiam illæ quæ per tarsos pedum excurrunt. Nam vel in ijs hominibus, qui crassiore obesioreque sunt corpòre & paulùm sentiuntur.

Ex his Gal. observationibus Anatomicis tã exploratè tenes, si quæ sunt in manibus sentiunturque Arteriæ, has non sub extima quidem cute, verùm in carnibus abditas esse, parte videlicet interiore, non autem exteriore, ad quam arterias & anastomoses & phlebotomen applicabat amicus Anatomicus noster, qui consumatus alioquin in hac professione vir, mirũ est, ac planè mirũ, ut Galeni loca hæc non legerit, adverterit, expenderit, nam lecta, adversa expensa non contempsisset sanè; quem Autorẽ observare revereriq; nedùm tueri consuevit. Quanquam ut nihil ex his quæ sentio dissimulem, sunt & ejusdem Galeni loca, quæ præmonstratis nonnihil contradicere videantur; nimirum in l. de Therap. per. sang. missionem c. 23. testatus est, in somnio se monitum, cruciatibus inter hepar, & diaphragma sedandis, arteriam manus insecâsse cum continenti fructu. Id quod repetit Author lib. de Anat. vivorum c. 25. Verum hæc professoris eiusdem effata, tametsi mutuò se perimere videantur, nihilominùs haud verè se perimunt, atque neque pugnant etiam, quas enim reputes insectas in suprema manu quæ non extant utique neque pulsant. Quas autem in manu sectas dixit, arteriæ hæ profectò sunt interstitij digitorum, ad quos fines, ad quem, ut ita dicam, horizontem evagata, nimirum à corde vascula tandem aboleri contestati fuerunt Anatomici meliores, neque alium porrò locum indicavit interpretatione mea Galenus, cum ibidẽ meminit ἀρτηριοτομίας ἐν ἄκρᾳ τῇ χειρὶ γενομένης,

Galeni loca aliquot cõtradictione laborantia notantur.

quæ est eadem ipsa pars, quam in febre pestilentiali feriendam instituit Ludovicus Septalius Mediolanensis in lib 6. animadversionum medicarum 167.

Anatomicorum accessio selectissimorũ.

Ad hunc (vides) modũ solida & inconcussa prostat Galeni testificatio de nullis discurrentibus exteriore facie manus arteriis. Quod si vesano cuipiam Galeni fides anatomica suspecta sit, ametque novis ab Anatomicis nostris principibus affirmari rem hanc, est Galeni juratus & demens adversator Vesalius, qui in lib. 3. de corporis humani fabrica, cap. 12. professus est hæc: Ramus arteriæ, qui ulnæ exporrigitur similiter per transversum brachialis ligamenti manus volam subit, & duos ramulos minimo digito, ac totidem annulari, unum autem medio offert; sed interim nullam sobolem in externam manus sedem dispensat quamvis interim unũ illis musculis porrigat, qui externũ latus postbrachialis ossis occupant, quo minimus digitus suffulcitur. Rami ulnæ exporrecti motum haud manifestò percipimus, nisi homo admodum gracilis aut macilentus, aut magno pulsu præditus fuerit; quippe natura ut omnes propemodum arterias, hunc quoque ramum in alto retinet, tendinibus magis, quàm is qui radio exporrigitur, occultatum; atque ita nusquam earum portionem natura in cutem conspicuè emittit, quemadmodum soboles, à venis passim, & frequenter perferri prius commemoratum est.

Hæc inclytus Anatomico principatu Vesalius; quibus suis verbis quid illustrius, quid luculentius? quid evincendo nostro proposito præstantius; Quam naturæ constitutionem, & arteriarum in manu collocationem, plerique omnes anatomici professores ad unum exposuére. Cõpar supparque Bruxellensi Iacobus Sylvius in Isagoges Anatom. l. 2. c. 5. conceptis verbis; Manus, ait, externa, ut musculis, sic arteria caret, & cutis propè omnis. Quam eandem sententiam testatus est & Leonhardus Fuchsius Tubingensis Professor Epitomes Anatom. l. 5. c. 12. per hæc, Ramus arteriæ, qui ulnæ exporrigitur nullam sobolem externam summæ manus sede dispensat; sed istorum omnium primus ætate Ioannis Andernacus M. Vesalij Præceptor in lib. 4. Anatom. instit. pag. Lugdunensi 3. Natura, inquit in imo retinet arterias nullam particulam ipsarum manifestò in cutem emittens. Meritò igitur nullam in extremis manibus à foris arteriam reperies, quia ne musculus quidem unus habetur. At interna regio, quum multis sit septa musculis, ideò multas quidem arterias singulis ipsarum porrectas obtinet: naturalis consilij rationem addidit Hier. Cardanus in lib. Hipp. de alimento sect. 53. comm. 58. pag. 543. luculentius verò Hier. Capivaccius Meth. Anatom. cap. 16. dicens: magna vasa in nulla parte per summam superficiem apparent, sed intus in

Cardani sententia.

profun-

profundo abolita feruntur, & magis arteriæ, quam venæ; cum majoris sint monumenti arteriæ, periculumq; majus ex sanguinis profluvio, si sectæ fuerint, afferant. Hæc ille, quæ & ex Galeno traduxit, lib. de usu part. c. 10. pag. 219. B. Disertius verò Ioannes Fernelius Ambianus in descriptione corporis humani cap. 12. quod est de arteriis, rem explicavit ad hunc modum. At nihilominus arteriarum, quàm venarum minus frequens est propagatio, quod sanguis crassior in exiguas procul remotas partes vix, nisi venarum ductibus, possit commeare: spiritus autem sanguine multò tenerior ab arterijs majorum arteriarum elapsus, per cœcas occultasque partium vias, in distantiora possit evadere, nullo in id arteriæ adminiculo indigens; hinc fit, ut arteriam semper vena comitetur; nisi cùm ortus varietas eas conjungi non permittit. Arteriam enim, quæ ex corde secundum spinam delabitur, vena nulla sectatur, ut neque eas quibus contextus ille struitur admirabilis. At non peræquè unaquæque vena comitem, arteriam obtinent, tùm quòd diversa origo id plerumque non sinit; tum, quod in complures partes exiguas maxime sub cutem diffusæ sunt venæ, quibus nulla erit arteriarum necessitas.

Fernelii descriptione corp. humani c. 12. quod est de arteriis subscriptio.

Hæc Anatomici præcipui de nullis ad supremas manus arteriis, nec dubitos futuros plerosque omnes, qui & eodem modo rem definiverint. Quorum omnium testimonia & tuo si pleniùs perquiras melioris fidei critiria confirmant indubitabiliter, autopsia, inquam, & sua sibi comprehensio tactus. Quod autem ad visum attinet; cum suam adversarii producunt autopsiam, his ego tùm αὐτοῦ ῥόδος αὐτοῦ πήδημα, hic Rhodus, hic Saltus. Quod ad contrectatorum discernicula, nusquam per humanam manum persensa pulsatio perinde, ut è Jovis tabulis testis vel injuratus fidem promerebitur, quod nusquam ibi pulsifica sit arteria, nimirum ubi non sit ignis, ibidem ne quidem fumus. Obtruseris in confinio pollicis, & indicis micatum quempiam; at hic de inferioribus exultat cardiacæ sobolis vestigium. Habes jam & autoritates, & sensuum comprobationes, quòd dissultantes venas nullas agnoscat extima manus. Unde jam, quid refugii restet Anatomico, non video; nisi fortasse, quòd subsequutura communio sit ex ijs arterijs, quæ manuum volis adrepentes multis parasangis ad lienem deducuntur.

Verùm hoc diffugio postremo aquam è pumice postulavit defensor. Etenim arteriæ complexæ manus interiores, quia non conscendunt ad superiora, verùm interdigitalibus spatiis intercluduntur, finiant oportet manibus jam genuino suo sanguine contentis. Quò rursùs arteriarum in extremis hisce terminis coalitu constante referet Anatomicus aliud incommodum longè gravissimum, quod institutum eiusdē red- Spigelii instantia.

 dat

dat prodatque junceum, nostrum verò quàm maximè ferreum & adamantinum. Enimverò per nostras rationes, per aliorum testimonia nihil evictus, nilque concussus, seipso constantior, in horas mordicus tueatur suas Anastomoses, ut quæ partibus externis sunt luculentiores, & autopsiâ compertiores, quàm ut dubitari possint; tùm ego hominem aut potiùs soliditatem hominis sic adorior; Sanguis qui angusto manus trapezio concluditur, perpaucus est, & quietus, nec semiplenæ Phlebotomes functioni, neque huius usui debent satisfacere; nimirum ut lienem tot & tantis attingat spatiis dissitum, sanguinis extractio longè largior esse debet. Iam igitur arteriæ venæque complexæ cum manus tùm superioris ambitu definitæ sint, occlusa verò sit intimis volæ finibus via, quæso te amice, undè, & qua pateat arteriali sanguini ductus, quo complementum inanitionis suæ nactus, quæsitam opem afferat lieni. Hæc de expertibus arteriarum manibus supremis. Quare jam video cassum esse usum, qui arteriis quamplurimis, & Anastomosibus adstructus est in partibus aut manuum aut pedum extremis. Itaque quid reliquum est, diruto Spigelii fundamento, nisi ut superstructũ omne corruat ædificium, ac solo æquetur.

¶. §. III. *De Autopsiæ falsa credulitate ac varitate* πάρεργον.

AD hunc jam modum Anastomoseos manuum supernarum perinde ut lapide Lydio examinatas comperimus falsas. Quippe sublatis arteriis continenter affabricati super his earundem complexus eximantur oportet; quemadmodum diruto fundamento diruatur & ædificiũ omne necessum est. Quo loco venit in mentem mihi, quantum autopsiæ species promiscuè perhibetur, ac temerè effutitur ab Anatomicis quibusdã & Medicis; hos luculentos falsos usus & perversiones ostendere. Quamvis enim per omnium ora celebratissimum, vel ut paræmiæ vocesque proverbiales sint, autopsias arteriarum, & Anostomoseon istarum nomina vulgoque jam protrita, & præjudicata sint earundem rerum judicia; nihilominus ego, cui veritas hæc Dei luce semel affulsit, non possum equidem cum Cretensibus cretisare. Verùm Byzeni libertate, piaque meorum hominum beneferentium charitate, non serus de re ipsa decernam. Non honestum autem, nostræ rei Medicæ dignitati, anastomoseon nomen ubi non sit prætexere, quas nimirum necessitas confugii seminavit; ingenij malitia concepit, consilij levitas auxit, profusio judicij complevit, incuria peperit, inexperientia suscepit, crudelitas aluit, contagio

tagio roboravit, error evexit, cæcitas & ignoratio confirmavit. Ob hæc ne mirum quidem est quod ab Autore primùm invecta sententia, mox à posteris recepta, à nullo verò Academicorum omnium addubitata, aut controversa, nec à Daniele Sennerto, qui meminit postremò, fuerit miniatula cera notata; verum inani hucusque nomine progressa, post unũ Hadrianum Spigelium Bruxellensem, aut hoc uno superis reddito, post superstitem Danielem Bucretium, quorum utervis exsolutis ephesiis literis, quæ sunt istæ anastomoses in manu descriptæ, cùm anteà cæteris omnibus prævaluisset, nobis demùm colluctantibus succubuit, nil prorsus adjuvante, ne operante autopsia, quæ calidum profectò mendacium, atque Hyberas continet nænias. Autopsia quippe ostensio est oculorum pragmatica per se evidens, omnium peritorum, qui intueantur, comprehensioni parata, quam ne unus quidem naturâ & animo inculpatus homo negare, addubitare, dissimulare queat.

Has porrò conditiones neque plurimas neque singulas nostrorum hominum attigit autopsia, licet hanc nonnulli tueantur, & is ipse colluctator noster, cùm Anastomoses in manibus extimis complures & luculentas professus est. Enimverò cùm duplices, ut aliàs discrevi, sunt anastomoses per Vasorum interpositus, & per inosculatus, (licet interpositu relicto duplicem solùm inosculatum agnoverit Hadrianus in Anatom. l. 1. pag. 160.) ex quovis istorum modo non se produnt ibidem, ubi repositæ sunt eædem, desideratis nimirum superiore tota manu arteriis ab uno omnium Anatomicorum consensu, præterquam quod inosculatus privati neutiquam conspicui sint oportet, propter exilem earundem tenuitatem ac parvitatem. Velint autem contradictores, aut manus Anastomoses, aut arterias constanter asserere, has utique patenter ac planè non ostenderit ad Græcas Kalendas eorum quispiam sit veratro purgatus, seu adhibita, qua usus est Diogenes, lucerna, seu dioptrâ, seu microscopio, cominùs, eminùs, seu serpentis, seu lyncis oculis, primis & secundis experientiis tentet, retentetque bulbos enim quæret, & cavam Arabiam feret: ubi autem diu multumque perquisitas non reperient, annè dicent, pro tempore abditas & retrusas, aut lacteis venis similes sæpè deletas, an verò caligantes suos oculos, & hebetatam aciem sunt causaturi. Sic à labore ac tædio conatus evanidi confunduntur, qui duo hæc averticulamenta vestigant in manibus supernis. Nam mare priùs tulerit vitem, aut mysticæ poma, quam supera manuum facies arterias, aut Anastomoses exhibeat decantatas. Ita caligat in sole novus iste Palephatus, quem Spigelium equidem Autorem credo non fuisse, ita multis imprudentibus os illinivit. Verùm defensores ipsi me contra desipientem dixerint, ac ne cau-

&tipennula Anatomici inexpectatiùs, quando non ſit hoc Anatomē prone cauſa cadant, ne latum quidē unguem recedentes hi homines à priore propoſito, Iuppiter orbus ajent, ac nil intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce duri; adeoque lucem tenebras, & tenebras lucem profitebuntur.

Proinde nos operam ludemus, qui cum hoc genus hominibus diſceptemus. Verùm adverſum iſtorum protervìam, qui non verentur etiamnum confeſſa negare, quid parabimus, præterquam accerſito numero legitimo ſapientum virgulam cenſoriam; quemadmodum ſi quis ternarium aut quinarium impares humeros neget, firmiſſimasque alias Arithmeticorum ſuppoſitiones, aut lienares Geometrarum probationes, nihil opponere poſſis aliud, quàm calculos plurimorum, qui communi illos evincant conſenſione. Ad eum quoque modum nos cùm intolerabiles iſti homines tollant, etiam cum pulviſculo noſtras omnes rationes, ſuumque retineant mordicus inſtitutum, ut Kalendas ſibimetipſis edicant, dimiſſis, rectum nos eius rei judicium arbitris ſapientibus, ſecundùm naturæ πραγματείαν & ſancita Philoſophantibus reſervabimus, ut ſi vincere nos velint obſtinatione, nos qui veterem monetā reveremur, eosdem Jovis & Minervæ ſuffragio, quæ veritas & autopſia veracior eſt, oppidò ſaperemus.

Conteſtatio oppoſita ſapientiū extrema, & evidentiſſima.

¶ §. *IV Spigelij verba expenduntur, judicium familiariter arguitur.*

VErum enim verò, quoniam uno ſemel ſupplantatum colluctatorem dejicere ſimul eſt inertis hominis, & omnem ſibi ſtatim allaborandi materiam eximere; ſic virtutem adverſantis, & meam ſi qua eſt, exercens, concedam antagoniſtæ clementius pro tempore, ſint ſummis manibus arteriæ, ex quibus elementis idē ſuas valeat anaſtomoſes contexere: contra quas tamen exordiar ex integro novas adverſiones; primum autem hujus quaſi receptæ in manus anatomicæ diſſertationis pleraſq; particulas fermè verbatim examinabo, quod æquum ſit, quidquid altera parte ſtatutum ſit. Ait igitur amicus Siniſtra § 1. recitatis Jac. Carpenſis verbis apparuit non privatam hanc lævæ manus eſſe prærogativam, ſed & dexteræ communem, quin immò etiam ad pedes extendi promiſcuum privilegium, ſi legitima foret hæc cum liene conſenſio. Addo & nunc ἐπεισάγματος loco juniores ſuffragatores. Cognovit & hanc lienis ad dexteras indifferentiam Petrus Peramatus in lib. de vacuandi ratione cap. 31. Itemque Thadæus Dunus apud Sennertum lib. 5. part. 2. ſect. 1. c. 17. cuius verba prima parte Seilomaſtiges conflictoria cap. 7. recitavi.

Cum Hadriano diſceptatio confligitur familiaris.

Est cumprimis hîc adnotandus seu potius discriminandus sensus, in quo nempe subest grave momentum damnandi, vel commendandi judicium Hadrianeum. Enimverò si melancholicis occurrere affectionibus sollicite curas, ut quid in arterialis sanguinis eductum nitaris? Quamvis enim arteriosus humor arterioso consentiat respondeatque lieni, nihilo tamen minus, quo conveniat cum arteriosa materia melancholicum vitium, id non intelligitur planè; & verò δὶς διὰ πασῶν dissident utraque quando frigida, crassa, cruda, sordida, gravis, obscura, densa, torpida, vilis, hebes, emortua, melancholia; contra verò, calidus, tenuis, percoctus, purus, levis, nitidus, ratus, pernix, magnificus, vividus, acutus, arterialis fluor. Quæ discrimina, & per hæc evadendi difficultates intuitus Ioannes Veslingius Patavini Lycæi columen, Hadriano successor, hunc redimere culpa conatus, in epistola ad me rescripta, singularem defendendi virum rationem meditatus, asseruit, Antecessori suo rem fuisse de vitijs melancholicis ex præcordiorum consensa, utpotè de spiritûs angustia, palpitatione, cardialgiâ, cardiogmo, melancholia flatulenta, vel flatulentia melancholica profectis & id genus. Ita quidem clariss. Mindanus, cui quidem ego tantum assertorem reveritus, vix audeo contradicere; tantum reservo veritati judicium, num Practici Medici, quos interpellat Hadrianus, privatos tantùm ex consensu morbos, præcordiorum melancholicos, an omnes, & promiscuos, consueverit extremæ manus curare phlebotome? Quid autem si sedes melancholiæ propria non sit lien, verùm promiscuæ venæ sint omnes, & ex mesaraicis tùm venæ tùm arteriæ, quod ostendit vir Anatomes & naturæ consultissimus Hermannus Conringius in l. de generat. sanguin. & motu naturali cap. 22. M. pag. 200. & pag. 205. P. Cujus viri rationes apud eundem legas velim. Eius autem assertio nisi modis omnibus verax & perpetua sit, id est, si melancholiæ fons sit lien, nihilominus tenuis & aquosus est hujus eiusdem humor, qualem natura esse, adversus Ludovicum Mercatum, hoc eodem opere probavi. Venæ verò quascunque ad Phlebotomen attigeris, effundere cruorem crassum & atrum, atque ita soluta vena seilem atrum & crassum per accidens & fortuitò reddit medentis manu sanguinem, at non propterea, quod talis à liene profectus fuerit. Hadrianum non dubites, utrum interiore cubito negarit anastomoses, in venis complures prorsus hinc exemisse, fit perspicuum ex eiusdem verbis, quæ sunt; *Sectâ igitur hâc venâ (salvatellâ) quia proximæ Anastomoses sunt, fieri nequit, quin sanguis arteriosus quoque effundatur. Id in cubiti venis incisis non ita fieri potest, ob anastomoses paulò remotiores à loco in quo vena aperiatur.* Complures autem copiam dicit non comparationem; quibus effatis quid licentiùs quid ex Do-

Veslingii suppetiæ Spigelio suggestæ.

Cti

fiteri. Verum pleraque corporis pro sua architectatione fabricare. Sed heûs Harueie, tibi prospice, ne veluti clæus clavum, ita sanctionem tuam hæc te Sanctio propellat.

Rectiùs quidem Stephanus Rodericus Olysiponensis à Castro, qui non Anatomicus alioquin officio, Comment. de Alim. sect. 4. quæst. 2. pag. 32. præcipuè partibus extimis anastomoses fieri per opificem nostrum, constanter asseveravit. Cæterùm, quid usui refovendi Medici caloris extremarum manuum anastomoses requirit, quasi non sit arteriæ satis. Porrò ad inspirandum amplæ vigorem arteriæ fuerunt absolutè necessariæ, anastomes verò supervacaneæ, nec non augendo calori manuum potiùs detrimentosæ. Quantum enim sanguinem exacuunt hæ, tantumdem partes manuum exangues destitutas relinquunt, & quod appetebant. Aliud autem est sanguinem, aliud solidas partes excalfacere. Anastomoses hæ genere sunt duplices, alteræ quidem, quæ per extensas, ut præmonstrator Hippocrates loquitur, venas (transvasamenta equidem aliquando vocavi) sibi mutuò communicant; hæ Spiritum; illæ sanguinem. Atqui tales transfusus ac transpositus organici præcipuè inter vasa cordis, atque inter cavam venam, & portam in liene, licet tiserit Sanctorius, & alibi; quos traductus demonstrarunt Anatomici fermè omnes; ex novissimis Andreas Laurentius, & Ioannes Riolanus, & alij; nos luculentos vasis cordis invenimus & tradimus in libro cujus epigraphe Phoca Illustratus. Alteræ anastomoses sunt per inosculatus quosdã, inter poros vicissim respondentes adhæsu presso intercedente beneficia rependentes mutua. Tales vasis umbilicalibus, & uterinæ placentæ tradidit Hieron. Fabricius lib. de form. fœt. c. 9. Huius Anastomoseon generis meminit Gal. 7. de usu part. c. 10. & cap. 17. Tales id est tunicatum adhæsus tutatus Antecessorem pientissimus Veslingius, Spigelianos enarravit; de quibus utrisque quid senserim, in futuro meo de manus arteriis arteriarumque Synastomosibus sermone demonstrabitur. Quid isthuc metamorphoseos est, ut quemadmodum è pisce ad serpentem, sic è venis, & harum sanguine tetriore transcurrat eodem ipso vestigio Spigelius ad arterialem? An veluti proxeneta mercatorem, & emptorem, aut leno non antè cognitas amasias colligat.

Sanctorius notatur.

An ut medius in Syllogismo terminus, maiues xtremum & minus in unum complexum adducit? Sed sunt hæc singula longè diversa, insinuantque facilius discordantiam, quam discordantes tota substantia sanguinem melancholicum, & arterialem, ut luculenter ostensurus aliàs sum. Quin sanguis arteriosus multò sit pulcrior, & rubicundior. Mirum ut fluat arteriosus magis, quandoquidem ex æquo melancholico

remix-

remixtus esse debet? An verò plus fluit arteriosi, qui tenuior, & Spiritu pulsuque agilior. Igitur melancholicus portione minima effluit, qui plurimum peccat, atque adeô levamen afferre nequibit, præterquam quod occurritur contra colorem nitidum, rutilumque perperam confictum, id est, arterioso sanguini relatum. Porrò color μέλας, ater etiam minore portione dilutum alium quempiam, & quantumcunque atrare, nitidū cœnosa melancholica fœditas confundere potest; quin melancholicum etiam cruorem uberiorem futurum, quàm arterialem. Nam si puncta simul hæc fuerit vena, sequetur ex hac merus sanguis, donec venæ tunica paululum compressa post eductam unciam unam, aut alteram, fortasse purpura succedat arterialis. Quamquàm non sanguinem alioquin, sed Spiritum ab arteriis in venas refundi, plana Galeni fuit doctrina lib. 4. de usu pulsuum. Verùm controversiam hanc novam ne inculcemus, id in cubiti venis incisis fieri non potest ob Anastomoses à loco in quo vena aperiatur, &c. Quibus verbis secludit dissector Anatomicus à venis cubiti fructum omnem eliciendi sanguinis atterialis ob non præsentes, verùm indè remotiores anastomoses vasorum. Quorum utrumque hoc est, tùm assumptum, tùm consequens falsum est. Illud equidem amplè monstraturus sum postmodum. Interim & mihi subsidio Ioannes Valæus Academiæ Lugdunæ-Batavæ Professor clarissimus, atque in Anatomica re tantundem exercitatus; qui epistolâ priore de motu cordis & sanguinis ad Cl. Thomam Bartholinum Danum Gasparis Filium conceptis hæc verbis scripsit. Sed nullum indicium est ita sanguinē revelli; potest enim sectâ brachij basilicâ sanguis trahi ex arteriis brachij; brachij arteriæ trahunt ex axillari, axillaris ex scortâ, per cuius intercostales ramulos in pleuram, non verò per azygi ramulos fluxerat, ut mox videbimus. Et certè, nisi in pleuritide sanguis per arterias revelleretur, ratio nulla esset, quare ad revellendum venam affecti lateris potius quàm dexteram secemus, cùm azygos â dextro venæ cavæ latere oriatur, & fiat venæsectio κατ' ἶξιν, eo latere secanda vena esset, secundum quod latiùs sanguis in affectam partem fluit. Statuit hic vir doctissimus in cubiti vasis superioris haud desiderari Synastomoses, atque adeò non desiderari de consectis ijsdem sanguinem arterialem, quod ut ne contendat adversarius conflictum gratis illud præclaris passim experimentis, & hâc eadem & posteriore liquidò demonstrat. Atque epistola subsequente contestatus est hæc insuper ostendentia, multò pleniorem eructari sanguinem arterialem ex cubiti, quàm è manus extremæ venis. Audi; ex vena autem secta cubiti copiosior sanguis quàm ex manu fluit; quod omnis ille sanguis, qui per omnes Anastomoses cubiti manusque ad ve-

Galeni de sanguinis refluxu sententia negativa.

Spigelius negat sanguinis arterialis evacuationem in cubiro.

Ioan. Valæi sententia.

nas venit, per venas cubiti debeat redire, per venas autem manus parcior, & is tantùm, qui per Anastomoses manus venit. Quò autem apparerent mihi illæ Anastomoses venam & arteriam in canis pede liberavi ab iis, quæ earum visum impediebant. Hæc cum ad verba differentis obtenderim, eadem in eversionem malæ paralleliæ; mox à nobis extruendam memineris assuere lector. Oeconomia lienis non est ex sanguine arteriali, verum ex venali potiùs, perperam autem & è contrario Spigelius, qui quod lien maximè refertus sit arteriis, naturam ejusdem fecit arteriosam. Quemadmodum autem universitas ejus est arteriosa, proinde adstruit, quòd si quando laborat, per arterias levari petit ejus natura; quemadmodũ si dixeris, mammæ maximâ sui parte constant glandulis; igitur meritò turgescunt, atque flaccescunt. Quibus uti volueris rectè consulere, malè valentibus consules, uti glandulis plus quàm par est seu distentis, seu retractis. Ita ferè Spigelius; Lien est plurima sui parte arteriosus, igitur & per has adjuvabitur æquissimè. Hæc quidem argumentatio recta est; Hadriani verò vitiosa. Recurrit autem tantùm non ad Francisci Illustrissimi Pictaviensis opinionem, qui lienem officio præfectum voluit præparandi sanguinis arterialis, quasi δευτεροκαρδίαν, aut ἐπικάρδιον verius, aut quasi dixeris cor nothum. Hâc ergò parte fallitur; fallitur & eo nomine, quod si statuatur ab utrovis sanguine ducendam eius substantiam, hanc porrò magis à sanguine melancholico deduxerim; quam substantiam declarat forma lienis spongiosa & laxa, crassis scilicet succis exugendis atque excipiendis accommodata. Sinister situs unde ἐκρισερὸς per pleonasmum Hippocrati vocatus est in 6. Epidemiorum. Ad hæc habitus & color ater ἡ διάθεσις μελαγχολικὴ, id est, perpetuâ & continenti ex melancholiâ atque ex aquæ copia malè valendi proclivitas insita; gustati saporis acredo, fibrea, hoc est, tenea corpulantia, livor universi corporis, quem Icterum nigrum Arabes dixêre, scirrhi, gibbi, & præalti cõtumaces, insania melancholica, quartanæ recidivæ, insuavis odore sudor, sputatio, & mictio crebra; ulcera Scelotyrse; Scorbutus; Curatio per veratrum, perque merum, per inustionem, perque contusionem; de qua Hieronymus Cardanus in lib. 8. de varietate c. 44. & in lib. art. parvæ, & Hieronymus Fabricius in operat. chirurg. His nominibus rationibusque nostris autoritas accedit magni Hippocrat. qui lienem in lib. 1. de morb. 87. fontem aquæ vocat & melancholiæ. Sed & Aretæus in l. 1. de causis & signis diuturnarum affectionum, & Gal. in l. de respiratione, sanguinis officinam & νόθον ἧπαρ καὶ ἀντίζυγον, hepar alterum & conjugatum appellarunt. Petrus verò Apponensis, vir summus, Mesuæi enarrator comment. 11. jecoris scopas lienem appellavit. Obstabit, quòd insignien-

Francisci Vlmi & Spigelij error circa substantiam lienis rejicitur.

insigniendus, & denominandus sit lien ab arteriarum assiduitate numerose cumprimis. Sed nihilominus in promptu diluetur principatus arteriarum hoc indicium, quod indicium est potius præstantiæ sanguinis, & venarum, quibus refovendis, atque medendis, assistentes & servientes opitulentur arteriæ; de qua re lege, quæ Andr. Laurentius de liene habet. Cũ autẽ in liene sextuplo plures sint arteriæ, quàm venæ, plurimum profectò adjumenti accidere ipsius affectionibus necesse est, quòd ex his vasis sanguis in quocunque peccavit, evacuetur. Difficilis est salebrosus sensus ex his verbis, quæ plurimum ambigua sunt. Illud certum est, quum arteriosus lien, levari gravatum posse, quod &c. Verùm ambiguitas pergit per istud primum (ex his vasis) an vas communiter dictum de utrisque an de alteratis. Secundum, sanguis uter; nam uterque intelligi potest. Tertium, in quocunque, an homine, an modo atque habitu. Certum, interpreteris, sanguinem in quocunque homine peccantem evacuari, evacuari autem per anastomosin colligatas arterias, ut quæ magis congruant lieni. Verùm hæc receperunt aliàs suam ipsorum oppugnationem.

¶ §. V. *Familiaris cum Adriano disputatio*

HÆc ego Spigeliana pleraque carptim exposui; cæterùm quæ supersunt in disputationis excursu, non omisi. Quibus omnibus adversionibus expensis, quia tàm mirè placuit anatomico suum hoc Anastomoseon commentum, libet nunc rogare familiariter Hadrianum ratione quidem, ut à Carpensi vel Cæsalpino ac Ferdinando, an dissectionis operâ vestigatæ sint anastomoses, scire velim. Ac siquidem dissecando repertæ, primum referat Adrianus, aut quicunque pro hoc respondere volet studiosus homo, num è composito quandoque se comparaverit vir clarissimus ad eas Anastomoses comprobandas, atque articulatè discriminandas, ab his, quæ sunt in brachio superiore, an verò sic evincens fuerit ipsa visa necessitas imponendarum anastomoseon venas inter & arterias manuum infimarum magis, quàm cubiti superiores, & quemadmodum Carpensis vir fuerit coactus hoc imbibere opinionis. Porrò nec nobis, nec aliis satis exercitatis Anatomicis amicis plerisque nostris luculentè patuerunt hi vasorum complexus. Atque aliquando disputans hisce de rebus opificij humani peritissimus Ioannes Trullius Medicus Romanus enunciavit, inquirendarum quidem facilè, verùm repetiendarum anastomoseon extremarum, cassum futurum omnem laborem, quando capilli formium utrorumque vasorum respondentes *Ioan. Trull. Medici Romani anatomicique præstantissimi iudicium.*

 coitus

coitus & oscula pervidere discernereque lyncei vix oculi queant. Quapropter admirandi finem non feci, cùm legerim apud Adrianum circa partes extremas anastomoses luculentiores esse solere. Quæ sententia luce clariùs meridianâ contradictionem ac summam difficultatem involavit, ut minutissimæ quo sunt exiliores, eò sint manifestiores.

Rogo autem, luculentiores sint visui an rationi. Utinam autem aliqua quandoque patescerent ac deprehenderentur penitùs Anastomoses istæ; nam adeò equidem contumax, aut protervus non sum aut esse velim, ut contendendi præstantiam non subjiciam rationi aut veritati; quin suspicor interim, credoque certo certius, tùm præcipiti consilio, tũ quaque probabilitate, non autem autopsiâ atque evidentiâ gloriosum hominem inductum, ut has anastomoses comminisceretur, quod novũ alioquin in anatome non est. Nam maiori sanè licentiâ, quàm judicio valvulas mesaræi venarum confinxerunt Amatus Lusitanus τῆς ἀζύγȣ venæ sine pari valvulas, ut & Jacobus Hollerius, & Realdus Columbus, operculum verò venarum interiorum inspirantibus patens, inspiratione verò cessante concidens extruxit Aristoteles, quod somnium sibi visum dixerat Galenus in lib. de organo odoratus; quæ tamen omnia refutavit tùm Andreas Laurentius in lib. 4. Anatomes humanæ cap. 6. quæst. 6. tum etiam Caspar Bartholinus in exactissima sua Anatome cap. de venis mesenterij. Sed & Anastomoses novas cordis vasorum novelli fœtus adinvenisse ratus est Rimon Petræus Parisiensis, quas redarguit idem Andreas Laurentius in quæstione particulari lib. 8. atque alias etiam anastomoses novas excogitavit Franciscus Russettus, quas & in exercitatione tertia quæstionis eiusdem eliminavit idem ipse Laurentius, qui novam & Leonhardi Botalli de Anastomoseon cordis usu convulsit opinionem, quemadmodum convulsit necessariis rationibus Stephanus Rodericus à Castro in 6. de Spiritibus, licet novissimè hac nostra tempestate Cæcilius Folius Fanensis, quem honoris causâ nomino, Botalli amplians inventum ad omnem etiamnum ætatem has Anastomoses extenderit. Complura quoque in fabrica humana induxit, & And. Velasius, & Gabriel Fallopius, & Realdus Columbus, Constantius Variolus, Julius Cæsar Arantius, Bartholomæus Caprolius, Franciscus ulmus; quorum interpollis Anatome, commentorumque luxuries exauctorata fuit per Jacobum Sylvium, Andr. Laurentium, Ioannem Riolanum, Bartholomæum Eustachium, Gabrielem Cuneũ, atque alios hodierna die Doctores parisienses omnes Anatomes à Galeno constabilitæ tutatores. Atqui novatores isti tales, aut Adrianus, aut collega Daniel Bucretius fuêre, præterquam quod opinionem hanc totam æquipondio transtulerunt, ut præmonstratum est ex Jacobo Car.

Mundi-

Mundini locum citatum enarrante; qui Jacobus hunc Anaſtomoſeon ad manus extremas inter vaſa complexum divinavit potiùs & ſomniavit, communi & generali anoſtomoſeon ſemper celebrato præſidio, potiùs quàm judicio; quemadmodum ipſe commentor confeſſus videtur; quã privatam manum extremarum, anaſtomoſes nemo planè majores expreſsè definivit aut explicavit.

¶ §. VI Proluſiones & Corollaria communia, quibus ſuadetur minimè recipiendum, ſed explodendum Anatomici commentum.

ANaſtomoſes quidem vaſorum majores interiore corpore pernoverunt antiqui luculentas, verum exteriore habitu non ita omnes, aut comprehenderunt, aut enuntiaverunt. Recentiores per artus cognovêre quidem magis, at verò partibus in extremis & fine ſummo deciduis; nemo præterquam anatomicus hic diſſertior aſſeruit, de qua coalitorum canalium impoſitione, ac ſitu, plurimum eſt quod dubitem in præſenti, qui & alios de his doctos viros ambigere præſenſi, quas quod numero plurimas manibus convexis primus & ſolus invexerit hic autor; quemadmodum hoc quidem his ſuis uſibus ſervit, tantundem naturæ injurium, diſciplinæ oneroſum comprehenſum difficile ſe offert. Incurrit autem hæc incommoda, has offenſiones, & has ambiguitates. Prima autem, ut inde incipiam, eſt hæc. Proditum eſt ab antiquis, manus utriuſque ſectas venas reſpondentibus ſuis viſceribus morboſis æquè præſto eſſe, qui mos apud experientes Medicos neque incelebris eſt, ſic inquam, ſe ſiniſtræ manus vena laborantem juvat lienem; dextræ ſecta vena malè gravatum hepar quomodo juvabit? non eadem, inquam, anaſtomoſeon ratione, neque arterioſi detracti ſanguinis, quæ utraque non reſpondent alioquin ratione. Arterioſus igitur nõ conſentiens cũ hepate, ſanguis, quid vacuetur? aut quid non reſpondens eiusdem vacuatio benefaciat? quæ ſi nihilominus, ut Hadriano adſtruxerit, benefecerit, beneficium id non præſtiterit longè alia ratione, quàm antiqui primores inſtituêre. Vel igitur eiusdem conſilij ratio fuerit, vel ſi non inveniatur; tùm & caſſa ſecundum Anaſtomoſes nil operantes, tùm alio quod κατ' ἕξιν nomine conducibilis erit eiusmodi vacuatio, ex quibus omnibus incommoda plurima colliges. Primùm operantes, & nihil operantes uſu medendi deprædicatas in manibus exiſtere anaſtomoſes; Secundum, arterioſum qui non reſpondet uſui priſcis, rejici ſanguinẽ à dextra manu. Tertio rejectari verò baſilicæ fructum in melancholia, quẽ

tanti æstimavit Gal. in l. 3. de locis aff. c. 7. Quartò, cùm æqua sit ordinatio anastomoseon manus dexteræ, quàm sinistræ, tamen secundum anastomoses, hîc secundum rectitudinem, ibi conducit apertio venularum eiusdem. Quinto, Veteres vel incommodum ignorasse, quod cõsequutum, vel si non ignorarunt, apertè voluerunt hominem debilitari atque exhauriri; nempe scire licet, præ venarum axilitate sanguinem extrahendum nil inhibuisse, vulnusculum occludentes, verùm ad usque spontaneum desitum deligare consuetos. Quàm malè autem instituto Spigeliano actum fuisset cum his, quibus antiqui medentes nihil unquam occluso, sed per seipsum coalito passi sunt sanguinem effluere. Sextò, anastomoseon ratio non est καθ' ὅλου, id est, universalis, quippe quæ omnia manus phlebotomes benefacta non complectitur, verùm deficiens apparet ac manca, quod uno vel altero exemplo planè monstrabo. Primùm quum sub melancholicis & splenicis præcisè malis perforandam hanc venam definivit anatomicus noster, adverterit & in aliis affectuum partiumque generibus, tum alterius, tùm vitalis, fuisse laudatam ab antiquis magistris scholæ Salernitanæ, qui cap. 103. Hexametræ medicinæ sic Anglorum Regem affati fuêre.

Salvatella tibi dat plurima dona, minuta;
Splenem, hepar, pectus, vocem, præcordia purgat,
Innaturalem tollit de corde dolorem.

Iam igitur, si Practicorum, ut Hadrianus ait, id est, rem Medicam novissimè factitantium medicorum oraculis, & usui suffragari voluerat, id est, debuerat tantundem & causam tradere, cur pectus, vocem, præcordia purget, minuta, id est, inanita salvatella vena? Cur & cordi remedio sit dolenti scilem adapertæ? Respondebit eodem arteriarum nomine per mutuata transfluentia communicantium cum liene, cumq; manu lævâ. Verùm Deum immortalẽ! quo pacto per lienem perque tot ambages subsidium ab arteriis emendicare, non ipsas rectà petere atq; implorare? quatenus, inquam, arteriotomem dant rectam atque protensam, non autem obliquam. Hæc Academici Salernitani: qui quod ad hepar, & lienem spectat, principem sequuti sunt Avicennam in l. 3. fen. 22. tract. 2. c. 25. ac in lib. 1. fen. 4. doctr. 5. c. 20. qui didicit hoc ex Galeno, & è Græcis aliis tradentibus, inter quos citatos à nobis unus est Actuarius Ioannis F. in l. 3. methodi medendi c. 1. In quo iecinora per scilem curando, non est quod lienem maximâ parte arteriosum adstruimus; neque est, quod Anatomicus Professor de hoc argumento, neque de arteriis sit sollicitus. Quid enim eodem sub usu, sub eadẽq; necessitate pariter arteriosum hepar

par, non pariter adjuvetur, vel cur adjuvetur id quod arteriosum pariter non sit? nisi quod (referam levamenti causam) paratum hoc remedium est τῇ ἀντισπάσει distractiori, cuius usus initio probatus est inflammatorio,, & acuto morbo redundendo. Iam autem, nedum pars naturalis aut vitalis, sed etiam animalis hocce præsidio refovetur. Itaque Iacobus de Partibus frugiferam hanc venæsectionem dixit ad capitis graves omnes affectiones. Guido verò Cauliacus, & hunc sequutus Iacobus Berengarius à Carpo, & Guilielmus Placentinus benefacientem oculis malè gravatis perhibuêre; quod & Camusali ex Arabibus asseruit prior. Quin etiam idem Carpensis, qui ab experto testatus sexcentos homines tùm ab se, tum ab alijs curatos emolumenta magna recepisse, cynanchē, & ophthalmiam, & vitia capitis omnia perpetientes, sed & in affectibus, tùm universalibus, tùm etiam in privatis. Ex Avicennistarum etiam ordine Ioannes de Chetum Alemannus in tabulâ de judiciis venarum; tradidit, scilem insectam benefacere in Apostemate cum febre exhemerâ, nec non in lethargo etiam cum febre, quibus phlebotomes usibus quid amplius, quidve communius sit spectatâ venulæ parvitate atque extremitate.

¶. §. VII. *Physica & usu constantia argumenta cum Parallelia.*

HActenus contra anastomoses oppugnamenta solæto filo, & rudi quadam minervâ discussiones anastomoseon prolusimus; definitiùs nunc, ac remorsis, ut aiunt, unguibus, adversiones eorundem exequamur, ut si quid in prioribus defectum desideratumque sit, in his quæ supersunt denuò compleamus. Primum autem id quod ad τὴν παραλληλείαν, & ad collationem venæ manus & cubitalis attinet, exponamus. Tutelari levæ phlebotomæ ratione cõprobandæ Bruxellarum in anatome secundus honos nescio tàm verè ratus, quàm opinatus, nec tam opinatus, quàm professus est, singulari manibus privilegio complures anastomoses à natura datus, quarum mutuo commercio percussa primùm vena, sanguinis consequetur plurimum arterialis, qui quidem arterioso naturâ lieni respondens hunc jure meritò sublevaret in ijs malis, quibus is diu gravatus foret; quibus arteriarum venarumque complexibus quũ non gaudeat æquè cubitus, ita fit, ut non ad hunc salutare scalpellum, verùm ad extremam manum appellamus; Sic cubito exempto beneficiũ excolitur manus; quæ recta dissertori ratio visa est constituendi levaminis insectæ manus unius anastomoseon, super hac jacto complurium firmamento,


mento, cubiti verò vasis negato. Quod tamen inibi vasorũ fœdus herclè negando, rationem contempsit τὴν ἐμπειρίαν, experientiam observavit; opinioni suæ servivit, sibi magnus homo dissensit; Anatomæ contradixit, naturæ iustissimę graviter iniurius fuit. Cuius nos ductũ ordinatè philosophantes veluti cynosurã, cuius ideam & vestigia tueri, quemadmodum umbra corpus sequitur, dictata perinde ut numeros & momenta, perinde ut sacra mysteria observare revererique debemus. Enimverò M. Hippoc. prętér alia ejus oracula ubique frequentia in lib. περὶ εὐσχημοσύνης, qui est de Medici decoro n.3. præfatus est hæc. Natura autẽ defluit & confunditur cum sapientia ad cognoscendum ea, quæ ab ipsa natura facta sunt. Verborum ne te tædeat Græcorũ quæ sunt; ἡ δὲ φύσις κατεῤῥύη, καὶ κέχυται τῇ δὲ σοφίῃ ἐς τὸ εἰδῆσαι τὰ ἀπ' αὐτέης τῆς φύσεως ποιεύμενα. De qua nos te multa in comm. ad librum præceptorum, & in nostrâ totâ Physagogiâ; sed hæc obiter. Nos jam ad collationem binarum opinionum, binarumq; rationum præstantiam inde revertamur, adque Spigelianam constitutionem, quæ planè non videtur καθ' ὅλου, id est, universalis, seu generatim animantia spectes, seu speciem hominis privatim. Et quod ad hominẽ pertinet, illud etiam in constitutione Spigeliana peccatum offenderis, quod partibus omnibus extremis anastomoses complures usu caloris exigui refovendi necessarias exponit, ex quo genere cùm sint oculi, nares, aures, scrotum, vulva, penis, his eadem anastomoseon conserta species auctior, quàm truncis, & radicibus suis foret observanda, quæ, si multiplex est, multiplicibus etiam arteriis innixa pulsu subdito persentiretur, mox reseratis in vivo vel mortuo animante vasis, visu conspicua deprehenderentur. At verò nec nos, nec lynceus homo quispiam, aut per se inspicere, aut alijs ostendere queat; Siquidem huc arteriæ non repunt, ut cum optimis Anatomicis ostendimus nuper; ut neque sedulò Anastomoses cavæ ac portæ sub Epate ampliores dispicere valuisse professus est Gaspar Asellius lib. de venis lacteis. Quoniam autem humani systema corporis persæpè commemoratum est, quod Anastomoses istas naturali quadam conditione recusat; quid non & ob animantium quadrupedũ, bipedum, & apodum extrema lustramus, quibus ternis generibus haud coaptari prædicatas Anastomoses, mens sana non reputet; in Bipedio potissimè, quorum crura, pedesque sunt nervei, atque exsangues; quo autem applicaveris easdem, qua caro non est, quæ par est conditio quadrupedibus ungulatis, sive solipedibus, sive fissis, aliis denique omnibus perquam macra sunt extrema capitum & caudarum, quæ partes, ut iustitia indeprecabiliter servanti naturæ servetur perpetuò, & anastomosibus gauderent, opus esset.

Natu-

Natura quippe sine ratione nunquam ab analogiâ discedit xi. de usu part. cap.5. Quoniam autem extremis animantium universorum æque desiderari per Anatomicum nostrum videntur anastomoses, credas & has serpentiũ inesse caudis, quæ suâpte naturâ sunt, & longinquitate caloris, & alijs occursibus algentissimæ. Hæc de thematis absolutione fallenti. Cæterùm etsi successerunt à Galeni Schola seclusi viri, qui annularem à primo Guilielmo Harvejo Professore ætatis nostræ solertissimo sanguinis in animantis corpore recursum amplexati viri doctissimi videntur, & huic placito favisse; re tamen ipsâ non faverent; quippe per asseclas istos quantò frequentiores universo corpore statuuntur Anastomoses, tantò minùs hæ necessariæ, minimeque plures per artuum extremæ videri debent, quippe, si Spiritus in universas venas radicitùs maximas primùm, mox in minores, minimosque surculos arteriarum munificentiâ longè lateque vectatur, si quæ præter ipsas vivifici nectaris ductrices alius etiamnum uber transfusus est tenuiũ igniculorum per maximas τὰς ἐπιῤῥόας, perque complexus istos vasorum; ut quid plures & ulteriores jam finientibus acervare membris? prodigalitas hæc sanè, non usus necessitas foret; inculcare, onerare, faculas minores ad grandes faces, qui non luxus est, aut quæ non stultitia? Ad quam adde & aliam anatomicorum priorum observationem, quæ docet, spiritibus vivificis eam esse vim, ut de maioribus arterijs in venas, item majores ijdem sublapsi valeant in venulas extremas uno temporis puncto permeare; porrò, si spiritus externus in sufflatione adductus per umbilici vasa, Andreâ Laurentio demonstratore Histor. Anat.l 4. c.3. potest in omnem venæ portæ divaricationem, atque in pulmones, & adusque cor penetrare, quantò quæso magis spiritus vividus, qui de extremo corporis in alterum incõprehensibili temporis momento decurrat. Sed neq; ad hæc omnia minimũ illud est propositum à lynceo, imò & Panargo Gal. li. de usu pulsuum c.3. Influere à corde calorem non per arterias solùm, sed per venas, ac per alias particulas omnes, cuius rei nedum rationes prodidit, sed & experimenta perspicua. Sed nihilominus hìc ego pro veritate decertans non ero protervus ac nequaquam dissimulabo quidquam, quod in adversarii faciat fidem; nempe duo constant gravissima testimonia. primum Hippocratis, qui lib. de loc. in homine num. 7. pronunciavit hæc; Communi-nulas à venis extensas. Quæ autem carnes nutriunt, ex parte inter se cant autem omnes venæ, & consentiunt inter se mutuò, & aliæ quidem sibiipsis per se committuntur & coincidunt, aliæ verò per veconstruuntur. Alterum testimonium, & multiplex est Galeni compluribus locis, quorum unus est in lib. de usu pulsuum cap.5. & in l. de ven. arteriarumque sectione, in quibus locis synastomoses vasorum ostendit

Naturæ fi-cta omnia cum ratione fiunt.

ab experimento, quòd sectâ unâ venâ, vel arteriâ, quantum est sanguinis in utrisque totum exhauritur, in lib. 6. de usu part. c. 10. Scriptorem magnum audiveris ita loquentem; In toto corpore mutua est anastomosis, atque oscillorum apertio arteriis simul, & venis, transumuntque ex sese pariter sanguinem & Spiritum per invisibiles, atque angustas planè vias, qui idem autor & in l. 9. de usu part. c. 5. eiusdem operis. cap. 2. Ubique ait, natura, nisi maius quid obstat, cum venis arterias simul divìdit, partim quidem, ut membranæ, quibus venas protegit, ac partibus vicinis colligat protinus arteriis quoque sint usui, partim, ut vasis ipsis sit conspiratio quædam, ac materiarum communio. Brevius autem l. 17. cap. 12. commiscentur, ait, arteriæ venis, & venæ arteriis; hæc nervis, & his ambobus nervi in toto corpore animalis, &c. Quos duos magistros nostros singulares, ita equidem interpretor; & quod ad primum Hippocratem, certum est nomine venarum, arterias etiam complexum; quare dixerit fortasse, venas & arterias mutuò sanguinem alterutrum commereri; tùm quidem ad sesemet oppressas; tùm etiam per subeuntia atque abeuntia vicissim vasa, atque ut ille loquitur, per venulas à venis extensas. Verùm hoc nihil adversus nos facit, qui complexũ hunc gratuitò & ultrò largimur, & nihil inficiamur. Quod ad Galeni verò pronunciata, neque nobis hæc, licet aliter appareat, incommodant verè: quando quidem de internis anastomoseon radicibus ubique loquitur, quæ ad totum spectant subindè corpus; & quod ad sextum de usu part. effatum, ibidẽ loci Galenus de pulmonis, ac de thoracis sanguine sermocinabatur, transsumptione demonstrans. Verumtamen comprehenderit Galenus externorum vasorum anastomoses. At neque vel somnio imaginatus est, aut ipse, aut Hippocrates, aut Harvæi quispiam ubilibet affirmare plures in extremis, quã in altioribus maioribusq; vasis anastomoses extare; verũ extare nullis hæc discriminibus admittet Anatomicus bonus. Extent autem extremo corpore anastomoses, extent arteriæ; sed hæ tamen usu tã abiectæ & frivolæ sunt, propterea quod capillares, ut nullum inter has & venas intersit discrimen autore Galeno, Harvæo lib. de motu cordis & sanguinis cap. 17. Quapropter admoliatur super his mundos inauditæ vacuationis, & hygæam panacæamque corporum mortalium Hadrianus.



¶. §. VIII.

¶. §. *VIII. Adversus tum Anastomoseon usum, tùm adversus earundem portiones Grafelius negatas oppugnamenta.*

OPinio quidem mihi semita videtur lubrica, in qua sæpiùs indagatoris incauti pes offendere fallereque consuevit. Quod nos periculum philosophando quid etiam incurrere nequeamus inviti. Verùm enimverò rectì falsâ specie non capi nos decet, quin ejus laqueos advertere dispicereque per dioptram, nec incuriosè debemus, maturè totam suasionem recoquentes, ne nos ipsos aliosque quidquam tradendo, fallamus. Hâc quidem imagine synastomoseon in negotio salvatellæ, lapsus est non obscurè Spigelius, speciosa nimirum τοῦ εὑρήματος, & plausibili formâ; cuius impulsu parum abfuit, nil dissimulo, quin & nos in eandē quoque foveam concideremus, nisi pensiculatè omne rei momentum expendissemus. Verùm is properè Carpensi duci confisus, ad hunc puto modum rapidâ doli fiduciâ captus est, sic in persuasione sua firmus, ut τὴν αὐτοψίαν, si dijs placet, luculentas suas Anastomoses vilificatus sit. Harum ergò usum in manibus extimis, extanti uno, cum exposuit primum idem, Herculeas utique columnas erexisse, & Semiramidis murum, atque adamantinum statuisse, id est, suâ quidem opinione commentum ineluctabile, nempè, quod anastomoses excogitavit partibus debitas remotis à fonte caloris, & quæ propterea sanguine indigeant calidiore ac spirituoso. Ita quidem ille quasi Bacidis ex tripode; veruntamen & noxiam hanc colem Ihuniumque hoc thema thurius homo dissolvam uno fultus Galeno, qui in lib. 16. de usu partium c. 12. pauciores, & minores arterias etiamnum intimis visceribus datas enunciavit, tantum abest, ut extremarum partium complures & confertiores. Verba sunt testantis hæc: hoc autem loco scire retulerit, id omnibus propemodum arterijs & venis inesse, quod cum in musculum vel viscera, vel omninò in partem aliquā inferuntur, tenus quasdam propagines corporibus circumfusis semper largiantur; venæ quidem numero interdū quàmplurimas, & mole corporis insignes, arteriæ verò non quidem illis pauciores, ut plurimum autē magnitudine quaque inferiores. Causa autem huius est, quòd partes omnes alimento indigent, calidæ, frigidæ, duræ, molles, ut autem caloris nativi modus ad unguem conservetur, non ampliùs similiter omnes postulant; nam partes, quæ naturali temperamento sunt frigidæ, etiamsi ad ultimum aliquando pervenerit frigiditatis, sustinent tamen, & vivunt, & rursus sine molestia recalesiunt. Ad hunc modum Lucifer medicinæ Galenus, cuius illud inter cætera notes velim, quòd si tam parcè partibus

Opinio fallax.

Spigeliani dogmatis eversio.

internis arteriarum modos distribuit pia natura, quid desinentibus artubus acutissimas imposuerit easdem? Contra verò rationem accipe; quid manibus arterias superioribus ademerit consultissima conditrix, eorum videlicet quæ Galenus prædixit, confirmationem & comprobationem, Spigeliani verò fundamenti expugnationem, illa est, frigidæ partes, spermaticæ, siccæ, duræ, minore indigent ad sui conservationem calore influente; cuilibet enim parti naturâ inditum est, ut per sui simile conserventur, ac vivant, quatenus autem functionibus promptiores & validiores sese exhibeant, utique sufficienter, & bellè expleantur spiritali calore, qui ab arteriis ibidem insertis subministratur: neque ad hoc perficiendum, majore arteriarum humero opus erat, adjuncto uno sanguinis illuc delapsi calore, & suo etiam caloris vitalis influxu, ut l. de usu plus. 3. Atque hæc quidem adversus anastomoseon ubertim manibus affixarū usum, de multis pauca sunt satis. Pergam nunc adversus singulares, quales delectæ manibus Anastomoses fuerunt enumerare. Inverso quidem, ut mihi videtur, ordine sunt anastomoses acervatæ manibus, demptæ brachiis. Enimverò, quis solidi vir judicij non agnoscit vasis majoribus æquius deberi transvasamenta, ut origo ipsa sit quæ deferat his, quæ subsunt, atque ex Principiis bona oriantur, in ulteriora, non autem contra videantur, hæc opulentiora, atque ampliora, dignioraque. Taceo, quòd in majoribus canalibus succedit commutatio feliciter, in exilissimis verò faciliùs dictu, quàm effectu, manetur eadem; proclivè nempè quid paratiùs cæcis vasculorum exilium crebrorumque meatibus mutuò transferentibus, quàm, ut per Scaperdæ ludum fiat obluctatio, retractioque, id est, per osculorum obcœcatus atque obstructus undique multos fiat humoris repulsio, stagnatioque quod paulò posteriùs ostendam. Intereà non videt anatomicus, quis sibi communior saltus suo hocce proloquio. Porrò sic, nil participatis neque cohonestatis mediis artubus, extrema duntaxat, tùm intima, tùm extima quodam veluti privilegio donantur, quod est contra justam naturæ munificentiam, & æquitatē, & contra Hippocratis, Galenique pronunciata, qui quemadmodum postea recitabo toto pariles imponunt corpore Anastomoses. Sed hi profultum illum suum altissimè reconditum non agnovit homo gravioribus moliminibus impeditus, at quid non agnovit hoc planissimum, & obviū; id est, quàm iniqua fuisset hæc naturæ fabricatio, quam Deorum censor Momus juris facere sui jure potuisset. Qualis iniquitas ac difformitas apparet ampliùs, quòd hanc licuisset naturæ justiùs largiri manibus extremis, haud negatis intereà anastomosibus totidem superiore cubito, vel brachio, loco præsertim ampliorum & uberiorum vasorum referto, atque

Contra Anastomoseon exuperantiam in manu.

Sic iusta natura iniusta foret.

atque adeò ampliori indigenti sanguinis ventilatu & conservatu. Verùm enimverò de alieno non sim liberalis? Esto sint Anastomoses, ut homo noster amat, manibus extremis complures; at nihilo tamen minus & brachiis abstrahendæ, & numero totidem non erant refigendæ, ne cõmitteretur inæqualitas, ac disparitas, quales disparitates in aliis plerisque videmus allatura non oscitanter caveri; quinimò, propter æquabilitatem, & concinnitatem mammas indidit hominibus, digitos minimos canibus, uterum mulæ, oculos cæciliæ, serpenti, quos pariter ut talpis esse notavit Iulius Cæsar Scaligerus, & Conradus Tigurinus. Denique vestigia surarum, avibus adumbravit duntaxat, quod tamen à se diligenter quæsitum non comperit Gab. Fallopius. Ad summam, naturæ fabricantis, proprius & inseparabilis mos est æqualitatis, ac proportionis, ita ut Galenus peroravit lib. 11. de usu partium cap. 5. naturalem autem frustrà nunquam ab analogiâ discessisse, quod & alias citavi. Quid primus omnium Pythagoras? Carm. aur. φύσιν, ait, περὶ παντῶς ὁμόην. Eò autem magis non erat inducenda disparitas, quòd exigua inter brachia manusque intercapedo est vasorum implicitus brachiis æquus ac manibus extremis. Quid autem si monstraverim hisce partibus exercitatissimis corporis anastomoses debitas numero pauciores, non necessarias verò, sed superfluas numero plures ob pendulam situm istarum, cuius situs, calorisque summi causâ, parati sunt semper humores, sive de venis, sive de arteriis confluere, sicut unâ hâc occasione defluxus podagrici chiragricique tenuitate sanguinis exauctâ concitentur plerumque frequentium præsertim osculorum, quibus longè laxiores utique partes fierent, occasione. Adde quòd oscula quàm plurima debilem, & obnoxium quotidianis influxibus ipsum redderent locum, quemadmodum in quibus ædibus confertissimæ sunt januæ, speculæque, his facilior est occursus ventorum, furium, per uasorum denique hostium, & insidiatorum omnium.

Talparum oculi comprobantur.

Denique quò foraminosior locus & patentior, eò damnis paratior, atque eò etiam obnoxij magis fuerint parietes suiipsorũ ruinæ, eo apud omnes constante, quo solidior, & interrupta minus est res versabilis, eò firmior imutabiliorq; est. Ad eum, inquam, modũ manibus, & locis quibusq; vel artubus, quò multipliciores vasorũ subsinthiatus, eò patentiores erunt alienis incursionibus, atque irruptionibus sive admittendis sive retinendis. Quare si plurimos manibus, ac pedibus extremis optasset natura, cunctis in aliis alioquin boni nostri sollicita procuratrix, in hoc oblita providentiæ suæ nedum rem minimè conducibilem, verùm ob futuram, saltem superfluam, aut certè non necessariam instituisset. Hâc

Simile desumptum ab ædibus undique patentibus.

expositâ alogiâ, sciscitor nunc Hadrianum, licet quum subsint & palmis arteriæ venæque complures, sint ejus optione Anastomoses hîc itẽ complures; qui ubi promptè negârit, quia satis sint superiores; tum ego, quid non receperit inferiores, quæ manibus utique vasis, & congruebant magis, & propter æqualitatem paritatemque debebantur; siquidem verò his utrique nominibus accommodaverit, tùm ego, & eo amplius modo vibratum telum degravârim, iniustiusque contra incidentes infrà suprâque transmeatus utrosque declamationem meam inculcârim, atque alias insuper oppugnationes parârim, quas à me tædio multorum affecto prætermissa excogitari cuiquam fuerit in proclivi. Ita quidem rationes næ cunctæ persuadent. Cæterum quid suas cubito tributas anastomoseon portiones, præclara exercitatissimorum anatomicorum ad anastomoses attinentia experimenta non audimus? His quidem congressibus apud indagatorem Clarissi. Harvæium, & huius Scholæ viros dignissimos nihil in brachiis planius, nil exploratius. Ex quibus Magistris unũ Ioan. Valæum Professorem Lugduno-Batavum solertissimum adhibebo primum mihi. Is in epistola priore ad collegam quandoque suum accuratissimum Bartholinum Juniorem fermè mediâ compertis experimẽtis testificatus est hæc; Quare omnes Anastomoseis in extremitatibus nõ tantum corporis sunt, sed & in locis intermediis, unde videmus, amputatis membris in mutilo, tamen sanguinis illum motum ex arteriis in venas fieri. Hæc ille de communibus mediorum artuum anastomosibus, sed & cubitorum privatas in epistola posteriore ad eundem Bartholinũ expressè nominavit. Ex quo item loco comprehendi licet, arterialis æquè ac venalis & brachio quàm ex manu sanguinis esse resultum. Propterea quod omnis ille sanguis, qui per omnes anastomoses cubiti manusque ad venas venit, per venas cubiti debeat redire; per manus autem venas parcior & is tantùm, qui per anastomoses manus venit. Ita Valæus; cuius viri ductor & præmonstrator Guilielmus Harvæus Anatomicus, ut sese prodit ocultissimè in l. de motu cordis, & sanguinis cap. 11. vero verius extare synastomoses artuum ostendit; apud hos autem omnes vulgò professores scelus fit non agnoscere, vel negare per artus medios commerciorum istiusmodi transpositus. Quòd si velis & de Galenica factione quempiam, en tibi disertissimus Ambrosius Paræus in l. 11. cap. 10. quod est de musculi partibus ritè dirimendis, compertos sibi cubiti vasorum utrorumque congressus asseruit hisce verbis; Notabilis est venarum & arteriarum Anastomosis, id est, osculorum ad oscula applicatio, cuius beneficio contentas materias mutuò communicent, trahantque & in vena, & in arteria, quæ concurrunt ad cubiti articulum, ac flexum, quod ego ali-

Ioh. Valæi ad Bartholinum iuniorem de Anastosibus literæ.

ego aliquando demonſtravi in Scholis Medicorũ, quo tempore humani corporis diſſectiones illic adminiſtrabam. Hæc Ambroſius ille ſcriptor, quod cum ab experto teſtimonium gravis momenti ſit, nihilominus illud maximum, quo tolluntur anaſtomoſes manibus extremis, aſſeruntur brachijs medijs, contrà quam inverſor Anatomicus; hoc autem ſuffragium eſt à Clariſſ. Scriptore Hieronymo Fabricio l. de formato fœtu cap. 3. pag. 122. F. & rurſus pag. 123. F. nec non à ſingulari naturæ obſervatore Felice Platero propoſitum in Centuriæ poſthumæ vulgatæ per Thomam Platerum Succeſſorem fratre non inferiorem obſerv. xx. propoſitum per hæc. In quo peculiare hoc obſervandum, quòd ſpiritus vitalis licèt non ad intimas ſedes arteriarum beneficio penetret, quæ non uti venæ in capillares ramos, ut vocant, exiguos diſperguntur, ſed in profundo illius adhuc deſinunt, & finiuntur; illum tamen non ſine ſubjecto ab arteriarum finibus eò permanere & quaſi evolare, ſed confuſum ſanguini venarum tùm manifeſtè in cerebri ſinubus, in quibus & venæ & arteriæ ſuum ſanguinem confundunt, tùm in liene, ubi eadem fit permiſtio, tùm in habitu corporis arteriarum oſculis cum venarum, oſculis cõniventium, ita cum ſanguine & ſpiritu naturali ad ſingulas partes deferri. Sic Platerus, cum quo concinere viſus eſt Caſparus Hofmannus in Altorphino licæo Profeſſor primarius, ingenij ſublimitate ſanè quàm ſuſpiciendus l. 6. de uſu partium cap. 9. 10. 11. 369. Quippe veteri problemati, ut partes corporis tàm diverſæ uno alantur ſanguine, ſatisfacere confiſus eſt uno venoſi arterioſique ſanguinis coitu perpetuò dante natura modò plus ſanguinis venoſi, modò plus arterioſi, prout pars nutrienda craſſior aut ſubtilior eſt. Qui Hofmannus poſt multa in hanc demonſtrationem collata, utitur & Galeni Authoritate his ipſis locis, tùm 3. facult. nat. 13. & 15. & quod c. 17. eiusdem l. Gal. propoſuerit, naturam ideò condidit, ſe diverſa ſanguinis vaſa, quòd diverſæ partes indigeant diverſo item alimento. Quæ quidem ille generatum, verùm de Anaſtomoſi brachiis ſpeciali l. 2. medicarum inſtit. c. 106 prodidit hæc: Arteria ſub axillis non dividitur, ita ut vena, ſed ſimplex exceptis minoribus ſurculis deſcendit uſque ad cubiti flexuram, ibi dirimitur in duos ramos, qui multis locis συναστομοῦνται cum venis. Quid plura? peroravit ad ſummum l. 16. de uſu part. c. ult. & l. 5. ejuſdem operis c. 1. Perpetuũ naturæ ſtudium, venas conjungere cum arterijs. Hæc Hofmannus anatomes hercules callentiſſimus; ad quæ quid ogganias, quidve audeat ampliùs Anatomicus noſter? Verùm enimverò, cum Valæum, Harvæum, Paræum, Platerum, Hofmannum, Autores produxerim anaſtomoſeon brachiis, aut negatarum; quid non Galeni teſtium omnium ſummi non memini,

Felicis Plateri repertorum anaſtomoſeon confeſſio.

Caſpari Hofmanni ſuffragium

memini, qui l. 6. de usu partium cap. 12. & cap. 17. conceptis verbis expressit mutuas in universo corpore synastomoses articulari. Item & universo corpore coire venas cum arteriis ex Gal. l. 16. ejusdem operis c. 11. & 12. monstravit Hofmannus itidem 1121. præ. 355. 10. 1. M. & ante virum hunc Jul. Cæs. Arantius observ. hum. fœtus 3. & Steph. Roder. l. 2. in ser. de venis & arterijs præ. 15. co. 2. F. E novissimis denique absolutissimus scriptor Hermannus Centingius in lib. de generatione sanguinis & motu naturali c. 39. pag. 386. tradidit hæc; Non mirum autem est in carne passim varias reperiri vasorum connexiones, cùm caro omnis cōstat inexplicabili quasi vasorum texturâ, quæ cùm stipatur fibris, membranis, & sanguine concreto, impeditur distincta anastomoseon dignotio. Non autem in carne tantùm & musculis fit connexis, verùm etiam passim alibi, &c. Atque hæc de communicatis & suis superiore brachio anastomosibus. Quòd si collatis conditionibus ames dispicere, utri conveniant parti plures anastomoses; porrò pernosces, ampliores & numerosiores debere brachiis, ut qui torosi sint, id est, musculosi; manus verò superiores musculorum sunt expertes, ut quisquis norit. Atqui arteriæ, & per arterias conjugia superstratæ anastomoses præterquam musculis adlocari non possunt, autore Galeno in l. de usu part.

Hermanni Cetingii testimoniū

Jam igitur siquidem undecunque sunt corpori suisque artubus anastomoses istæ, brachio verò medio sunt maiores quàm manibus extremis vasa, sic anastomoses brachiorum istæ valentes magnitudine; nedum non concedent numero pluribus anastomosibus manuum extremarum, sed etiam præpollebunt, aut saltem virtute pares esse debebunt ex transvasamentis amplioribus etiamsi numero paucioribus, quàm ex respondentibus vasculis exilissimis & minimis & compluribus; scilicet unusquisque vel crassæ minervæ homo discreverit per qualitatem aut proportionem, quæ intercedat in syphonibus, fistulis, epistomijs, transfusabilis amplioribus ad ligulas exiguasque papillas comparatis. Viderit & in pluvia largiori, ac laxiore ad minutiorem & confertiorem relatâ; Viderit universo genere fluidorum, atque humidorum decursuum ampliorum ad exiliores collatorum. Ad quod eo constituto etiamsi nō adeò numerosi, tamen ampliores in cubiti venis extent isti vasorum complexus per Anatomicum nostrum, sic & primò commodior eiusdem humoris melancholici de venis ad arterias esset excursus, quales nos postmodū in minimis fieri vasculis inficiabimur; & secundò aliarum maiorū cubiti venarum usu constante, nulla infirmarum anastomoseon ex aperta manus venâ necessitas appareret; quandoquidem ea, quæ brachij superioris extant vasa, valenter hunc etiamnum exhiberent. Argutabit numero

mero plures infernè anastomoses usu potiores? at ego contrà contendã, & has, quæ supernè sunt, oscula ampliora multitudine inferiorum abundè, nedum compensatura, verùm etiam superatura usque adeò, ut nullum jam appareat infirmorum transfluxuum anatomicum commentum. Quòd si illud alleges, Casalp. 12. quæst. med. 5. pag. 212. conceptis verbis ait? Venas cum arteriis adeò per oscula copulari, ut venâ sectâ primum exeat sanguis venalis nigrior, deinde succedat sanguis arterialis flavior, ut plerunque contingit. Etsi igitur vena portæ non citò communicet cum venis brachij tam sinistri quàm dextri, adsunt arteriæ, quæ citò communicant lieni & cæteris partibus sinistris, cùm exoriantur ex sinistra parte caudicis aortæ.

Ad hoc ego sic contendo, quod neque hoc facit, ut singulare sit hoc venæ salvatellæ punctæ beneficium, nam si hoc conceditur manus venis, etiam amplius brachij venis est concedendum. Convenit autem mecum Ioannes Riolanus q. 1. de circul. sang. c. 18. conceptis verbis, qui detrahitur, ait, sanguis è venis manus æq; conferet ac venæ cubiti sectio. Atquid non aliud eiusdem ibidem autoris memini suffragium de synastomosesi vasorum utrorumque brachii per hæc; Propterea sanguis, qui effluit inter duas legaturas in brachio & pede ex anastomosi profluit, atq; sic calidior est & maiori cum impetu fluit (& longius producta) lypothymiam inducit, qua sectione Valleus utitur ubi spirituosum ferventemq; sanguinem agnoscit. Sic de Anastomosibus iam habeo partim principiorum præstantia interrupta, inæquali, detrimentosa fabricatione spectantis alteris quidem adversarij præposterè collatis, nostris alteris perperam negatis, partim si his omnibus supersederis argumentis, æquam futuram frugem utrarumque sectionum, una semel seiles superstitione deletâ.

Suffragium Riolani duplex.

¶ §. IX. *De Anastomoseon inconsulto commento, deq; vitiis phlebotomes eisdem suffultæ.*


HActenus de nullis Anastomosibus manuum supremarum. Verùm enimverò necessarium est mihi quod sæpè fit ab his, qui cum aliis iustè quippiam adempserit, restituunt idem munificè. Salvet enim Anatomicus velim, quas & quotas imposuit manibus summis anastomoses; tùm ostensurus mox sum & incommoda, tùm usus deficientis, tùm impediti perpetuò constitutione, quam refutamus servata. Deficiens quidem usus mihi suadetur futurus ex longinquitate nimia, quæ inter extremas manus ac lienis fines intercedit, quem utrorumque dissociatũ, ac di-

ac diremptum, his accipe. Arteriæ lienis ab aortæ trunco descendentibus eductæ sunt ramis, arteriæ verò istæ quæ in ultimam descendunt manum ab arteria sunt adscendentes surculi, inter quos utrosque ordines longinquiora sunt commercia, quàm ut paucis uncijs, & vasibus leviter exhaustis communicari queat levamen; oportet autem & libra plus emitti, non sine vitæ discrimine, ut eò pertigerit usus, & eò maxime, quòd interim eximenda portio sanguinis venalis est, quæ semisse commistus prodiit ex aperta salvatella. Interjiciuntur quippe basilicus primus, secundus, axillaris tertius, subclavius quartus, cardiacus ramus, à cuius ultimis surculis in lienem consertis, vel in usum phlebotomes summus emittitur humor, qui totus utilis est; quam rem haud certè volet anastomoseon excogitator, vel ad hos inanitos ramos decubituros est alter èvenis lienem nutrientibus; quæ si cadit in consultationem opinio, quid non cadat & altera. Jul. Cæs. Arantij observ. Anat. 35. quam sequitur Io. Vallæus professor ingeniosissimus Leidensis, apud enarratorem egregiũ Bartholinum in l.1. Anatomes humanæ c.16. professi, per transvectatrices arterias cæliacas mitti de cordis officina, coctionis suæ recrementa, & sanguinis elaborationem optimam prætergressi, spurcitias ad lienẽ dimissas, aut admissis pro istorum voto, manuum anastomosis extremarum fæet hæc & rectior, & compendiosior ratio, quàm Spigeliana. Favit autem & huic opinioni Cl. Æmylius Parisanus, cui in l.6. exerc. 2. lien excremento melancholico cor repurgat, unde hilaritas, ait, & gaudium credita proficisci per lienem antiquo decreto. Verùm collatione, ac duarum rationum præstantia dimissis, audisti iam avios manum, ab arterioso liene peragratus; expende nunc & phlebotomes eiusdem attingendi sanguinis in liene melancholici difficultatem.

Jul. Cæsaris Arantii & Ioan. Vallæi Leidensis opinio, probatur.

His jam constantibus utrisque venalis & arterialis foci lienis ab extrema manu diversitatibus, aliud nunc problema discutiamus. Equidẽ non sat scio, an pares sanguinis arterialis, quàm venalis sint portiones, quandò videri major debeat venalis, qui promotus est, ac propterea magis, si super adhæsũ utraque sibi vasa mutuò respondeant; imò verò, si per communes transmeatus consentiant quandoquidem oscula sunt exilia. Verùm esto sint æquales portiones, sic sesquiunciæ mensura semissis ipsarum altera erit; quarum utravis tàm longo brachii vasorumque axillarium gyro attigerit quæso lienem? haud venalis quidem, cuius intercedente porta vena vastior circuitus est; sed neque item arterialis intercedente cæliaco ramo. Itaque contenta erit hæc sesquiunciæ portio circuitu, conplexuque solo subalari ad summum toto, nihil adactis, expertisque vasis interioribus, & liene: qua de re sub tot ambagibus & circuitibus

tibus nil operaturæ profectò sunt anastomoses, neque arteriæ comprehensæ manu sinistra. Iam autem hæc tanta locorum intercapedo cùm sit, quam imprudens nihili fecit hic vir; ipsum nunc quæso, & quid in collatione utriusque phlebotomes cubiti, & manus extremæ ad fructũ eiusdem capessendum, aut omittendum, distantiam anastomoseon à cubito tanti fecit, ut intervallo cubitali negaverit impositam eandem? quin verò deponenda spes non est, si rectè conjicio per adversæ figuræ



paradigma sit brachium in plano situm intercedente surculo, qui de axillari sub carpum delapso contorquetur ad anularem pertusa ubi F. vena, par est, ut defluat sanguis tùm de humeraria atque axillari, tùm de notato surculo A. B. C. D. E. F. atque effusis portionibus B. C. D. E. F. ac tandem descendat ad F. Quare ne detur vacuum ea portio quæ est intus annularem ad F. etiam deveniat oportet cum suo prolecto sanguine; sicut vult Anatomicus, arteriali, quapropter & deplebuntur arteriæ, donec occludatur ulcusculum usque adeò, ut nihil impediente paulò remotiore anastomoseon tractu per apertas cubiti venas alici queat sanguis arterialis, quantumvis, cuius inanitio voto fuit, ut malegravatus, lien levaretur. Itaque præstat cubiti, quod præstaret auricularis. Nec quidquam opus est, ut præ basilica vel communi majoribus extantibus vitium hoc sit longinquitatis, præterquam quôd & circuitus est aliàs à nobis ostensus tàm à rectitudine quidem aversus, ut longis parasangis opponi non possit respondentibus rectà cubiti venis. Quam igitur scitè sciteque Gal. in consimilem rem lib. de venæsectione ad Erasist. c. 4. Quorum, ait, Erasistratus nihil animadvertens cæcorum more, qui amplam compendiosamque & planam viam in propinquo habentes, sæpenumerò angustam, ac asperam prolixamque errabundi meant, ut ipse tam propin- Spigelius à Galeno derisus.

 quam,

quam, ſatisque expeditam, ut amænam ſemitam ſpernens, ad impeditam illam ac longam ſeſe contulit, quippe qui hoc tantum conſideraverit, nũ quò ipſe contendit. Via ergo vergat, non autem an compendiosè, ac ſine noxa ducat? Ad hunc modum longinquitas inter manum & cubitũ, quam Hadrianus cauſabatur, redarguta eſt: ſuper quâ re & alio rurſus nomine graviſſimè ſuisipſius expenſis urgebitur anatomicus noſter; quippè qui removet à brachij venis uſum humoris melancholici ſplenico levandi per id, quod anaſtomoſes ſint remotiores; quod incommodũ pari equidem ratione regeram, & retorquebo in eius phlebotomem, cujus vacuatio multis item itineribus interpoſitis conducere minus minimo queat; quin immò tantò minus benefaciet eadem, quantò longioribus diſtat intervallis ſeilem venæ cavæ ſurculus extremus à ramo deſcendentis arteriæ cœliaco, qui multis in hoc fruticat ſurculis. Hi ſunt avij manuum extremarum ab arterioſo liene peragratus, atque hæc præcipua ſubſunt incommoda per invectas perperam Anaſtomoſes, cuius vitio complicantur & aliæ non minores offenſiones; quarum omnium graviſſima eſt non ſuccedentis vaſorum utrorumque transfluxus; nempe de venis ſanguis qui melancholicus & craſſus eſt minimum extruderetur extrà, vel ſaltem ὁ ἰχορότερος tenuior quidem transfunderetur, craſſior verò ac fæculentior cohiberetur, ac retineretur, non aliter, quàm per τὸν λεπτοπόρον cribrum, aut cholum diffluunt quidem fluidiora, conſiſtunt verò citrà limoſiores; & quemadmodum per anguſtiora ſubſtratarum laminarum oſcilla in puteis & ciſternis cœnoſa ſeptembris aqua transmeare non poteſt, hyemalis illimis aqua perbenè poteſt. Partito ſc. tùm humoris transfluxuri vitio, tùm vaſis incommoditati referenda eſt omnis perpetuò difficultas transfuſionis. In humore quidem impedimentum expendit ſcientiſſ. Ludovicus Septalius Mediolanenſis in adverſ. medic. 87. dùm melancholicis habitudinibus præterquam amplè non exſecandas venas præcepit. Vaſis verò tenuitatem ob oculos habuit Avicenna, dùm in l. 1. fen. 1. doct. 5. cap. 20. Seilem venam non niſi per longitudinem juſſit aperiendam.

Hæc de deſiderato terreſtrioris humoris in externâ manuum vaſa transcurſu, quo non minor difficultas eſt eius ſucci, qui lienis parenchymate continetur. Nimirùm opinator incommodum hac meamet opinione non vitabit judice me graviſſimum; etenim eo propoſito, quod craſſior lienem offarciens, gravans, opprimensque ſanguis in arteriolas exitum exhibiturus non dico transmeare ſolùm ſed neque ſubire quiret τῷ ἰνῷ, qui & ſuo, velut converti licet, cœno limoque illo impediente, quem vocavit Gal. in therapeut. ſecund. ad Glauconem cap. 7. & l. 4. Aphoriſmor.

phorismor. comment. 21. aut bolum Paracelsæi dixêre, qui sub longorum affectuum dominatu congestus malè valentis visceris incommoda patrat. Addes in confirmationem, quod Anatomicus in lib. 5. suæipsius Anatomes cap. 4. conceptis verbis, laxiores, ait, non requirebantur, siquidem eum tenui sanguine portio etiam crassioris & feculenti transiisset. E converso nos ad Anatomicum enarratorem, si sibi suisque verbis ipsæ constet argumentabitur, dicentes; quandoquidem adstrictiores sunt isti canales venarum, utique cum tenui sanguine, portio crassioris ac feculenti neutiquam transibit, atque adeò inexcussus relinquetur; item nullâ sequutâ vacuationis utilitate: Sed hæc nos plenius declaremus. Officium Anastomoseon mutuum esse debet, Hippocr. l. de locis in homine; sanciente Aristotele li. de spiritu, 904. & Gal. in l. 7. de usu partiū diff. 31. Jac. Carpens. Co. 13. Laur. Iouberto Parad. dec. 2. part. 4. Joan. Hartman. disput. chymiat. tùm ut iustitia commutatrix in servanda valetudine servetur. Sic venas (ut adnotavit Caspar Hofmannus in argumento 6. de usu part.) in quibus is sanguis crassior conjunxit per anastomoses cum arteriis, in quibus tenuior, ut modo in singulis partibus nutriendis ea foret ex utriusque sanguinis commistione qualitas, quæ qualitati partium ipsarum quàm simillima sit. Adde, quod scripsit idem vir in eundem. 6. 423. pag. 128. per hæc ostendit Gal. esse huiusmodi anastomoses in toto corpore tali experimento: *Si, inquit,* (habet etiam & 6. sentent. Hipp. 6.) fœtu adhuc hærente matris utero liges arterias umbilicales, illæ, quæ sunt posthac versus secundinas, seu placentam uterinam hodiè dictam, non pulsabunt, illæ, quæ sunt versus cor fœtus, pulsabunt. Hinc argumentum accipitur, arterias fœtus habere vim pulsificam à corde fœtus, non autem à corde matris. At si cum arteriis umbilicalibus liges etiam venas umbilicales, neque ante neque post vinculum pulsabunt arteriæ. Hinc argumentum accipitur, quod ex arteriis in venas est aditus quidam, cuius beneficio fit, ut arteriæ etiam ligatæ pulsare possint. Aliud & certius huius rei experimentum vide 3. natur. facult. 15. usus puls. 5. Anatomica synastomoseon contemplatio.

Hæc argumenta deprompta sunto è statu naturali: cæterum è morboso nostræ multæ præter naturam affectiones evenientes id patefaciunt, quæ sunt videlicet aneurysmata spontè creata; palpitationes, angustiæ pectoris anhelosæ, graves cordis tremores, præfocatus, syncope, asphyxiæ, similesque aliæ spiritualis Oeconomiæ degravationes, quæ de partibus inferioribus incessêre, transposito nimirū à venis in arterias cruore vitioso melancholicoque, quod decretum Erasistrati Philosophi planè magni parisque medici fuit; fuitque & Galeni in 3. de naturalibus fa-

cultatibus c. 15. in l. de utilit. Respirat. & de venæsect. advers. Erasist. c. 5. è Junioribus verò Thomas Veiga in art. med. c. 32. pag 58. & confirmavit ante hunc Gab. Fallopius Mutinensis in l. de part. simp. c. 14. qui vir hoc professus, & Galeno fuit usus autore in lib. de usu pulsuum cap. 5. Quâ mutuâ vasorum utrorumque vice constante suboritur extremarum partium anastomosibus hoc incommodum, quod, quemadmodum expeditus non est à densis tunicis arteriarum in venas transfluxus, talis idẽ autem par non est è venis in sociales arterias, repugnante scilicet crassitudine, & corpulentia, tùm morbosa, tùm propria sanguinis & naturali, potissimè si confertim, ut aiunt, in hæc extrema fæcatior, & melancholicus proprio quodam nutu raptus defluat sanguis.

Ad fæcosũ sanguinem angusta arteriarum oscilla.

Ob hæc igitur in arterias sanguis minimè transfundetur in anastomosi, sive de arteriis venturus internè sit in extimas venas sanguis, sive de venis ingressurus sit in arterias, quæ lieni consentiunt. Sed nihilominùs facilis & expeditus sit cœnosi traductus; nonnè quæso vides, quanta fiat inde perversitas rerum, quantaque fiat injuria naturæ, quæ divino primitùs consilio summaque providentia, sanguinẽ spiritibus inhærentem, atque ignes ætheris durissimos referentem, seclusit atque secrevit ab eo, qui lernææ paludis Augiæque stabulo non absimilis est; hunc tamen mortalis homo per splendidas porticus, per limpidos aquæductus, ad Solis Jovisvè Regiam transvectum cum ambrosia nectareque confundere, hoc est, si me attentiùs audisti, spurcificas & atras lienis flores per micantis arteriarum decursus pertrahere, ac vitiosos visceris abjecti languores per humoris purpurei tubos derivare, maius autem incommodum atque intolerabile dicam, quod est, easdem quisquilias ad cordis ipsius solium, & ad lævum eiusdem bicliniun deduci, ut hinc ad grandis arteriæ basilicã perductum, haud per dispensatorium vas axillare, post hæc ad minores canales, ac subinde ad multò minores decurrat, usque dum ad extremam manum confusaneus hic humor postremùm apertâ digitorum intercapedine hauriatur; talis enim & non alia transferendi deducendique sanguinis est necessitas, & hæc anatomica progressio est, nisi mea me observatio fallit, quas ob res omnes aliàs quidem longinquitate terminorum, aliàs transcursu vetito constantibus, jam vides, quàm malè speratus, quã desperatus sit in venam salubrem ex liene manuumque synastomosibus traductus. His arbitror inspectis causis eximij vir judicij fabricæq; corporis humani scientissimus Hermannus Coringius in Academia Julia Professor præcipuus l. de generatione sanguinis, & motu naturali cap. 39. pag. 385. scripta reliquit hæc; Exteriorem venæ cephalicæ ramum, qui in ramum usque discurrit, observavit Spigelius l. 5. Anat. c. 7. cum arteriis

D. Hermãni Coringii testimoniũ.

teriis compluribus anastomosibus conjungi, quod ut verissimum, ita falsum est, hanc ob causam cumprimis salvatellæ lienis affectibus conducere, &c.

¶ § X. De Spigeliana phlebotomes abusione.

EXpende nunc & phlebotomes eiusdem attingendi sanguinis in liene melancholici difficultatem, atque hac utere methodo. λόγος quidem & ratio gravissimum consiliorum & actionum probatè delectorum momentum, cæteras omnes sibi causas, & circumstantias subjicit, derigit, regit. Eam ob rem, si penitissimam huius quod disquirimus præsidij naturam perspicere velimus, τὸν σκοπὸν animo comprehendere debemus. Est igitur scopus, quem nobis ipsi præfiximus, propositum, quod mente obversatur, melancholicis habitudinibus & vitijs occursare medendo. Atqui creditum est antehac, venæ manus apertionem id commodè præstare; quandoquidem hac præcipuè viâ crassior portio cruoris educitur. In unam hanc omnes sententiam, qui medicam rem factitant, multis ab hinc seculis, abière, qui venam hanc porrò deligentes vitii materiam & fomitem spectavêre, licet in hoc eodem remedio consistentes alij, aliam in ejus opinionis vicem credidêre. Hanc longissimè semitam prætergressus unus Hadrianus Spigelius Bruxellensis, in sanguine maximè arteriali subtrahendo facultatem vacuationis voluit secretam, verò anastomoseon operâ discretam, quam suam opinionem veriùs quàm rationem, utinam ruminasset, eandem non tam inconsultò eructasset; Speciola solùm, ac plausibili suasione inertium utique mentes non illexisset; nobisque non hunc advertendi laborem obtulisset Anatome, quia non hæc incommoda paritur, neque salutaris medicina fuit nobis opus, ut fallaciã repurgaremus, nisi fortassis & nostra hæc suasio repurganda sit. Verum ego nihilominus video reclamantes utramque planissimè facultatem; scilicet arteriis, & Anastomosibus utraque de manu suprema sine vi, sine mutilatione discussis. Cæterùm hæ si dentur & dare eiusmodi pro tempore non illibenter velim, cruoris utriusque usus negati, abusus evestigatime confirmabunt: quanta autem educti sanguinis manatura sunt incommoda? Etenim certum est, plurima, & qualitate maxima, quorum hæc Spigeliana confessione sunt apertissima. Unum & primum, eductus est sanguis omninò probatissimus; secundum, quod alter relinquitur culpatissimus. Ex his consectarium est tertium, quod perfrigeratur insalubriter corpus; quartum item consectarium, quod effusione sanguinis maximâ parte arterialis detractantur interim facultates animales, vitales, naturales. Spiritus vitales minimè spirituosis, quæ melancholicæ

Spigelii lapsus notatur.

Phlebotomes abusus signatur.

cholicæ sunt intemperationis, exhauriuntur. Denique sanguinis subtractio melioris quippe sicut is ait, purpurei nitidique, quum noceat quocunque tempore, ac sub quovis affectu melancholico, potissimè nocebit sub longè protracto virium languore, ac propè decidente jam morbo. Ex his autem alia quæ consequi debeant mala complura, hæc tùm nos aliàs in examine multarum opinionum communi prodidimus, tum tute per te, Ferdinande, comprehendere valebis. Comprehendit autem brevibus rem Ioannes Baptista Sylvaticus in lib. de venæ salvatellæ sectione pag. 32. cuius aliàs verba recitavi; nec non Horatius Augenius in lib. 6. de sectione venæ c. 40. aliàs recitato; ad quas alioquin de salubri venâ inficias, & elevationes anastomicas ejusdem assertor fuerat ante omnia responsurus. Cùm autem & hoc & alio loco peculiari non respondit? quamquam in authoritate ac testimoniis singularium quorundam hominum nolim in præsens acquiescere. Verùm firmissimâ rei naturâ veritatem conabor elicere. Porrò quem humoré eximere summâ curâ studemus, summo studio curamus, sanguis est crassus, ater, melancholicus, teter, quippe talis est, qui morbos pertinaces & committit, & protrahit, atqui talis minimùm est, quem nos de seilem haurimus, plurimùm verò arteriosus confessione Spigeliana. Igitur quid hominem hac evacuatione levemus? profectò nihil: quemadmodum non vivet quispiam medendo; qui volens expurgare serum sanguinis, expurget bilem, aut volens educere melancholiam, educat utilem succum, non proficiet, inquam, sed & multò maximè officiet, ut ante demonstravi. Enimverò demirari licet prudentiam Anatomici demonstratoris, quòd sanguine profectò per arterias, etiã quod hæ respondeant arteriis lienis, elevatum iri. Speret vitiũ ex lienis viscere melancholico creatũ; primùm quòd peccet sanguis arteriosus, qui peccati plurimũ abjecit perenni pulsatione, magis quàm peccet sanguis absolutè dictus, qui crassitudinis, lentoris, frigoris, fervoris, adustionis, putredinis accusari per omnes medicos quotidiè consuevit. Deinde cum melancholicus affectus curandus videatur arterioso sanguine detracto, rogo Professorem illustrem, quid commune melancholicis ac terrestribus vitiis, fæcibus, & limis, cum defæcatissimo sanguine? quæ bina genera è diametro dissideat invicem, ac toto cœlo; usque adeò diversis habitudinibus, formis, usibus, vehiculis, materiis & principiis disclusi fuerunt.

Ioan. Bapt. Sylvatici seilem abusus interpretatio. Horatii Augenii salvatellæ perperam cõfectæ damnatio.

Verum hoc argumentum, si placet, paulò locupletiùs excolamus. Porrò scire licet, ex omni viscerum ordine lienem singulari donatũ prærogatvia, id est, conditione duplici & contrariâ, ut quæ bono maloq; participat more, lucis & opacitatis, tristitiæ, ac risus; generationis & infæcundi-

cunditatis; languoris ac rigoris; acuminis ac hebetudinis; celeritatis ac tarditatis; nuditatis & maturationis; crassitici ac tenuitatis; copiæ spiritaus & vacuitatis; vitæ ac mortis; denique frigoris ac caloris. Atque hæc ambiguitas omnis est, siquidem heterogenea sedes inter hepar & cor est lien; sic melancholici sanguinis & venalis, sic receptaculum est & arterialis; quorum binorum generum repugnantias & jam audisti multas, & tuo ipse animo discreveris longè plurimas. Quantum enim melancholicus cruor abjectus est, & invisus, tantundem arteriosus laudabilis est, & inculpatus. Huius amplitudine atquè splendore promovetur procreatio, viget nutritio, constat vita; perficitur sensus, expeditur motus. Sanguine contra melancholico naturæ munia torpescunt omnia, valetudini interdicitur, morbus accersitur, interitus maturè cietur. Et morbi quidem à liene profecti statuuntur à nostris hi; quartanæ scilicet, & omnes morosæ febres, ariditas corporis, obstructiones & huiusmodi confarctus, mentis obscuritas & fatuitas, timor insanus, discordia, generandi ignavia, stomachi fastidium, acidi ructus, flatulentia, languor & infirmitas facultatum triplicium, senescentia festina, marcor, & caussationes omnes frigidæ siccæque. At verò vitia hæc & symptomata corriguntur & expelluntur, revocato atque aucto calido fomento, quod cōsilium sanè non expletur inanitione, nisi purgatoria, quandoque sensim & modicè factâ; siquidem istiusmodi corpora cacochymiâ laborent, nō plenitudine. Quoniam autem plenitudo abest & habitudo veriùs exsucca est, minimè omnium exhaustum exigit, sed longè exigit sanguinis depletionem; exigat autem mea concessione quantumvis humoris supervacui evacuationem; quid juvaret in lienis lacuna flores relinquere nitentes verò atque inculpatos latices exprimere, an ut è converso rem agamus? levetur autem itriguo limo gravatum viscus arteriosum per liquidam regalem purpuram, quæ tutelaris est illi præbita per summam naturæ commiserationem ac provisionem. Illud porrò sentietur sic pestiferum, ut si oculo popium educere volent, vitreus aut crystallinus succus exuatur, aneurismatis exhaurienti grumos, grumosumúe sanguinē, Spiritus exhauriatur. Ad summam jam frigidâ siccâque decumbentis valetudine, in melancholico apparatu medicè tractando, quid vacuatione hâc insolentius, quidvè lædentius? Flaccus certè allium exclamavit humano corpori Veneficum, ita ut allio venenosisque huiusmodi omnibus cicutis eidem viro fuerit necentius. Sed quanto hæc medela deterior? Nam neque aliud est melancholicis arteriosum sanguinem detrahere, quàm peculiari languentem veneno perdere? Iam igitur Hadriano quid venerit in mentem, ut expulso sanguine arteriali lienis laboran-

Vnde contrariorum sit sylva lien.

E diametro distant sanguis melancholicus & arterialis

Horatii exclamatio, de allio.

tis opperiret emolumentum, quidvè hæc, aut alia incommoda nil imaginatus, nil odoratus fuerit homo sagax? nisi quod exculpandus est fortassè, quod opinionem hanc secundâ curâ non recuderit. Satiùs inculpandus in opere posthumo Daniel est Bucretius magni Hadriani testamento legatus collega quondam & intimus, operis istius emissor primus, qui quod Nicolaus Antonius Stelliola præceptor meus nunquam satis laudatus Historiæ ferrantis Imperati nostra pleraque de suo interserens fecit, ita & Bucretius in Spigeliano opere fecisse credendus est. Utinam autem Spigelii hoc belgicâ linguâ, speculum latinâ, suo non afflatu obnubilârit aut offuscârit vir Creticus iste, quemadmodum Imperatum illustravit hesperus noster Stelliola. Sed hæc obiter, virum de anatome benè merentissimum reveriti nos, licèt videamur acri conflictatione minus reveriti; Interim quod ad proximè conflictata argumenta attinet, cuncta defensores experti neque recusabant, quæ una restat fugæ via, fateri sanguinem arterialem haud natura quidem, verùm vi morbi vitiosum, cum Erasistrato, cum Petro Salio, cum ipso Galeno; qui Galenus læves arterias melancholiæ focum esse professus est, & in 3. de locis aff. F. Sit, inquam, intemperantiæ, sit obstructionis, aut alterius pravæ constitutionis hoc vitium, quo proposito tùm ego, peccat Hadriani confessione sanguis melancholicus, tùm venarum, tùm arteriarum vitio. Rogatus autem is, uter in suo vitio potior, fatebitur utique venalem deteriorè. At quid sanguinem eliciat egregius homo rubicundiorem & pulchriorem? utique debebat atriorem & fœdiorem. An igitur pro melancholico & venoso suat sanguis arteriosus? an verò deterior hic meliori subrogetur. Ad extremam scio quid adstruat adversator, id est, commoto sanguine inculpatiore promotum ire culpatiorem. Verùm hic meminisse nos oportet, utriusque semissè vacuatâ portionis, sub tantis dissitorum locorum interstitiis, sub lienis officina minimè concursum, aut emotum ire sanguinem arterialem, unde neque & melancholicum, quod amicus noster voluit, & venalem; quæ causa quidem potissima inter cæteras fuit, ut Jul. Cæsar Facedinus exactissimi judicij vir, in sect. 6. comment. de ingressu medici ad infirmos, ut salubri venæ salutem inducturo lieni tantum nuncium non remiserit suum, ut quippe profectò non inconsulto remiserit, qui sibi sapere videatur. Hæc quidem ἀλογία una præterquam est & altera non minor; nempè dùm confidit anatomicus inanitis splenicis arteriis inaniendum & ipsum splenem, hâc quoque viâ plurimùm errat, quod depletæ arteriæ non attrahant nisi consimilem succum, neque in depletas easdè adrepat crassissimus sanguis; tùm quòd refutabitur & repelletur ab iisdem arteriis, tùm quod ipsis venis hærebit

Bucretius, non Spigelius, accusatur erroris.

Alius Spigeliani operis error notatur.

lentore

lentore proprio. Quoniam autem inflammationi præcipuè servit sanguis emissus arterialis; Spigelium amicè rogarem, si quam visceris inflammationem exstincturus sit, æque respondeat, vehementiore vacuatione sanguinis, ut dicit plurima parte arterialis, uti velit positivè. Atque tantum abest, ut subsint incendia sanguinis aut humor sub longis ac melancholicis affectionibus istis, quibus curandis salvatellam incidimus, ut ab his refrigeratos potiùs, & habitum corporis, & humores caussemur quotidiè medentes. Idem illud quoque Ioh. Riolanus in l. de circulatione sang. 3. de Spigelio nostro animadvertit; quid autē morbi vitio perfrigeratos perfrigerare, & sanguine exhaustos exhaurire? At juvet nihilominùs non incommodet phlebotome arteriosum, exhibitura sanguinem, ut rapiatur ex confluentibus arteriis sanguis; quæso tùm bonum virum, ut quid non potiùs ab arterijs ipsis educatur? Enimverò cùm expectatur pareturque phlebotome seilem, ut exin ab arterijs hauriatur sanguis?

Porrò commodum foret, ac majus, & expeditius, eo compendiosius ex ipsis elici arteriis ejusdem, aut manus, aut pedis, quas utrasque arteriotomas, & capitis hos usu protrivimus, approbatoribus vacuationis & Ioanne Henrico Comrij 1. Aphor. & Ludovico Septalio in advers. c. 6. 167. Quin & Arteriotomiæ, quæ pollicem inter & indicem manus fit, meminit autor lib. de Anat. vivorum c. 25, cujus opem hepatis, ac diaphragmatis, acerbitas placandi mirificam Gal. somnio monitus expertus est in l. de therapiâ per sanguinis missionem. Porrò tantumdem esset in manibus arterias, quàm venas pertundere: Quin immò fortasse satius esset rectò nos cursu remedii facultatem repetitam ex arteriis, non alioquin ex venis deduceremus ad lienem. Quòd si vir hic reformidaret, & horreret arterias penetrare manuum pedumque & alias omnes; en idē ex ipsis venis docuit nos ingeniosissimus Ioan. Vallæus arteriosum facilè depromi sanguinem, quod fiet, inquit (in Epistola secunda de motu refluo sanguinis ad clarissimum Thomam Bartholinum) siquidem injectis infernè superneque vinculis brachio, media vena feriatur. Ex Ioanne Valæo productum inventum eliciendi sanguinis arterialis è cubiti venis.

Verùm obtendet, quod ex arteriis haud è re sit vividum eximi sanguinem corporibus frigidis, antè commemoratis; cui nos obluctabimur per id, quod neque est seilem consultum arteriosum effundi sanguinem; sic nil curantibus nobis hominis diu laborantis habitum frigidum adhuc refrigerare, infirmum amplius infirmare, atque ad summam, nedum nō scopum aberrando res afflicti miserè perficere, verū retrectando labefacere & labefaciendo perdere. Quæ quidem omnia tùm modò, tùm alias recitata per nos absurda, si perpendisset ad amussim Anatomicus noster, haud abstrahi se quidem inventi dulcedine, haud novæ rei specie se

capi ſiviſſet. Verum à re fallaci abſtinuiſſet, nec incautos errore multiplici iuxta ac ſpecioſo adirretiiſſet, quos nos ratione, experientiâ, teſtimoniis, ac judicijs optimorum abducere ab impreſſâ iam opinione atq; in rectum tramitem dirigere exitum fortaſsè dubio laboremus. *Sed* videant interim, quanta per anatomicam philoſophandi licentiam, futura etiam incommoda, ſeu ſanguis ex ſcilem ſalubri ſalvatella pulcher, rubicundus, arterioſus, ſeu cœnoſus ac melancholicus, ſeiunctim, ſeu confuſim arterioſus, & melancholicus educendus ſit. Quòd ſi minus eſt incommoda medendi ratio, modis omnibus oneroſa monſtrabitur & ſupervacua. Porrò profundiore corporum obſervatione, naturæque veſtigiis inſiſtens Ioan. Valæus Lugduno Batavij Profeſſor egregius in epiſtola poſteriore ad clariſſimum Thomam Bartholinum Caſparis filium pag. Battavinâ 155. profeſſus eſt hæc. Poteſt ſecta vena brachii baſilica ſanguis trahi ex arteriis brachii, brachii arteriæ trahunt ex axillari, axillaris ex aorta, &c. Quibus ex verbis conſequutio elicitur neceſſaria duplex; & quia ſanguis arterialis eductus ſic etiam arteriis lienis reſponderet, quando ſcilicet & aortæ proximiſque ramis reſpondet, atque adeò lieni prodeſſet malevalenti, & quod (altera conſequutio eſt) conſectâ ex brachio phlebotome pariter valeret omnibus occurrere vitiis, quæ per ſalvatellam elevanda propoſuit ſchola Salerni per hoſce verſus.

Inſtantia Valæi.

Ex ſalvatella tibi plurima dona minuta,
Splenem, hepar, pectus, vocem, præcordia purgat,
Innaturalemq; tollit de corde dolorem.

Quibus omnibus corporis malis ſi ſuccurrere potis eſt vena brachii læva, ſicuti monſtratum eſt, quid opus eſt quæſo bonos viros, qui me audiunt, ad exiguam & exilem, non dico, venalem, ſed venæ fibram extremo rejectam manus termino confugere. Hæc omnis noſtra contra non eruditos Hippocratis & Gal. transfugas univerſa paradoxologia noſtra fuit, quâ monſtrata quidem eſt, lativaga ad manus æquè ac pedes dexteros ſiniſtros. Nec lieni benefaciens ſed deficiens detrimentoſa, ne dum otioſa, ac nedum non utilis, ſed & futilis, tùm rationis, tum experimenti via ſit, abuſiva ſalvatellæ phlebotomia. niſi tamen acquieſcere pertinaciter, atque indormire, in retinenda una conſuetudine, rituque medendi ἀλόγως καὶ ἄλογοι geſtiamus ipſi ἄλογοι certè & abſurdi non extiterunt aut Aretæus, aut Aurelianus, aut Ludovicus Duretus, aut Ioannes Riolanus, aut Realdus Columbus, aut Ioannes Baptiſta Sylvaticus, aut Horatius Augenius, aut Sanctorius, aut Thadæus Dunus, aut Daniel Sennertus, aut Caſpar, aut Thomas Bartholini, aut Ioannes Gallegus, aut Ferdi-

Peroratio, dictorumque confirmatio.

Ferdinandus Mena, aut Josephus Pomicus, aut alij, qui sapientes æque, ac confidentes talem plebotomem, præterquam nos discrevimus infitiati, atque aspernati fuere, ut jam vulgatis ac vetustis medendi sanctionibus religiosè addicti, non sint miraturi, neque me solum, aut primum accusari, qui suasionem hanc omnium communem, ac veluti scitum abrogare, atque obliterare conatus sim. Censuræ nostræ purgatio.

SEILEM CASTIGATÆ PARS V. DEFINITORIA.

¶. §. I. *Conciliati denique nostri dissensus cum salvatellæ atque huius confluxus aperti cum liene.*

QUibus jam omnibus adversus lubricos salvatellæ tutatores disputatis, age jam, si quæ ratio certior ad suum ex hoc labyrintho exitu inveniendum excogitari nostro Marte queat, hanc tuæ, Ferdinande, Minervæ, quasi noctuas Athenas asseramus. In quo tamen aggressu monet me mea ruditas, ut ante omnia mirificam tuam interpellem expectationem, ac deprecer, ne singularis, aut magni quippiam ex me incipias in hac quæstione cudendum. Nimirum, præter ingenii tenuitatem, qua assequi me grandia non confido; repugnat & rei natura, architectatio corporis, quâ & longinquè diffident & nihil mutuò sibi respondent lien, & sæva manus extrema; quare neque coalescere posse creduntur eorundem commercia: quam difficultatem agnosceres plerique doctiorum inficiati sunt hypothesin, qua suadetur benefacientem hanc habitudini melancholicæ esse phlebotomem. Quæ tamen, si sit interdum sanguinis educti fruges, hæc promiscua, & fortuita non autem salvatellæ propria, definitaq: habetur, quam & nos sententiam sequuti jam sumus; & si palinodiam nunc aliqua parte conversi meditaremur, eo quod, non turpi equidem pertinaciæ vitio, verum adorandæ veritati servio, tùm quidem huius ipsius studio, tùm, ut mihi cõciliem nostrorum hominum gratiam, qui seilem abrogatâ inique ferent, & mihi propterea invidebunt. Itaque tentabo pro virili salvatellam, si Salvatellæ sectio quomodo salvanda.

fieri possit servare, & à fallaciæ culpa vindicare; sumam autem inde principium.

Alias quidem disputationis huius initio demonstravi, quibus alatur vectigalibus lien, hæc esse sola munera venæ portæ, nec alios cavæ commeatus ad eumdem esse. Quæ fuit ad hodiernam diem universo Medicorum consensu professio conservata. Quod si novâ luce quâpiam appareant quandoque visceris istius commercia, cum alio quovis venæ cavæ diremptu, seu spirabilis officinæ superioris seu naturalis eiusdem coquinæ; liceret hâc demum via sobolem levæ manus lienis amico lati statuere respondentê, qui rei vestigatus, qui studii conatus, multis ante nos seculis per industrios Medicinæ cultores contineret apprehensus, nec dum expletus, quum nostra profitentium immensi refert; quantò desperatum opus, quia dignitate præclaram, tanto equidem anhelo magis, & cum Ænea Virgiliano suspiro;

O! si se nobis, ille aureus arbore ramus
Ostendat nemore in tanto!

Hippocratis encomium.

Sic in magno Hippocrate, medicorum, ut Cicero vocat, Deo, quem Apollo primus atavus afflavit, natura profusior optimis ingenii dotibus ditavit, ars augustior inventis suis omnibus cumulavit, cùm omnes Medicinæ thesauros velut in ærario repositos habeat; apud eundem non aliũ nostrum Antistitem tantum arcanum venari tentemus, illâ freti fiduciâ, speque illâ proposita, quòd allaborantes adjuvet Deus. Dictatoris igitur nostri cum sedulò percurrantur eius rei oracula, duplicia comperiuntur; altera ambigua, altera clariora; ex prioribus illud primum memoriæ mandatum, & absolutissimo lib. de nat. humana n. 21. & lib. de ossium natura n. 12. cuius utriusque loci communis cùm sit eademque sententia, liberum est nobis utrumlibet hîc referre; referemus autem eam, quæ in lib. de hominis natura comprehensa fuit his verbis: Tertium par venarum ex temporibus per cervicem sub scapulas tendit, & ad pulmonẽ defertur? altera quidem à dexteris ad sinistram partem; altera verò à sinistris ad dexteram, & dextra quidem sub mammam abit, & in splenem, & in renem; sinistra verò in dextram partem tendit à pulmone ad mammã & in hepar, & in renem. Hic quidem planus est sensus demonstrans pro ratione dictionis Hippocratis, luculenter confluentes ad invicem venas extremæ manus, & lienis; quemadmodum legimus in l. de locis in homine n. 8. Latinè sic; Ex cava autem vena producitur quædam in sinistram manum, fertur autem subter splen ad sinistri lateris mollitudinem, unde splen propagatur per omentum, & finem sortitur ad thoracem. Producitur

Hippocratis oracula in duas rediguntur classes.

Sensus Hippocratis expenditur

ducitur autem iuxta ſeptum, & cum humerali committitur ſubter cubiti articulum, atque hæc ſplenis gratiâ ſecatur; alia etiam ad dextram manũ eodem modo producitur à cava. Hæc Hippocrates.

Quibus verbis apparet autorem enunciaſſe propagatam venam cavam ſubter lienem ad mollitudinem ſiniſtram ferri, quæ tamen ſuaſio juſtam ad ſuam cenſuram vocata ſeſe difficilem apprehenſu facit, ſolemni noſtræ contradictionis cauſa, quod nullus uſpiam eſt venę portæ progreſſus, qui conſervatur cum cava, ad quem lienem cum affirmet Hippocrates venam porrigi cavam, neceſſum eſt portæ conceperit ramum, confuderitque cavam cum porta vena, quod ſuadetur ex ſuis eiuſdem verbis ſplenicum indicantibus ramum, præſertim ex his ἐκ δὲ τῆς κοίλης φλεβὸς ἀποπέφυκεν ἐς τὴν χεῖρα τὴν ἀριστερὴν φέρεται δὲ ὑποκάτω τοῦ σπληνὸς, ἐς τὴν λαπάρην τὴν ἀριστερὴν, ſcire quàm promptè licet, ſplenicam venam ductu, præterquam humili ad lienem ferri, quod ὑποκάτω vi dicendi geminata ſub ſubter planè debet judicare, deinde ex eo, quod habet unde, id eſt, ex quo ſplenico ſplen propagatur per omentum, id eſt, plurimis in omentũ fruticat ramis, quæ noſtra expoſitio, quævè Hippoc. doctrina non adeò improbabilis, neque abſurda videbitur intelligentibus Hippocraticam tradendi rationem, quo autore tum in l. de oſſium num. 19. tùm in modo laudato l. de locis in homine 1. (Venarum non eſt reperire principiũ, neque finem) portam quidem nominetenus diſtinctam à cava per Hippocratem haud ignoro, tùm in lib. de oſſ. verſ. 153, tum in lib. de corde, verſ. 11. tùm in lib. 2. Epidem. ſect. 4. verſ. 15.

Hippocrates in ambiguo loco mens.

Hippocrati portæ nomen abſolutè diſcretum à cava.

Verùm tamen, ut inteſtinum apud eundem dictatorem noſtrum unum eſt comprehenſum, ſed tunicis, munere, forma, menſura, contentis, adjectiſque cæteris, variatur; ad eundem prope modum hæ venæ. Vides autem & venam hepatis appellatam, non autem porta venam, ita ut noſtri nominare conſueverunt. Igitur porta una eademque erit, quæ cava, niſi quòd ſitu, atque officio ſint diſcreta. Fit autem, ut minimè liceat hac ratione conſentientium utrarumque venarum Hippocratæâ nos uti, qui certiorem, & quadratiorem repoſitam ab eodem autore comperimus, l. de oſſ. natura n. 27. ubi de venis profeſſus ait; quæ verò à capite ſplenis ad ſpinam accedunt, per ſeptum transverſum penetrant, & dextra, & ſiniſtra ad pulmonem extenduntur. Hæc ille, quæ ego ſic enarrarim. Ubi venæ magnæ caudex è jecinoris eruperit carniformi concremento, ad ſuperiores thoracis confines elata, qua præcordia diſcludens nervicarneâ membranâ liberâ vado viam aſcendenti relinquit, ſpiritales ingreſſa cancellos, hoſpitato jam ſepto, quaſi par pari reſpondens, primos palmites ſuos relinquit, quæ ſubſtrati loci natalis ergò phreni-

Confuſa porta cum cava.


Paraphraſis noſtra.

phreniticæ sunt appellatæ. Hæ sedis amplitudine nobiles, nec magnitudinis modum desiderant, atque adeò grandes venæ cavæ propagines vocatæ sunt à Gal.16. de usu part. cap.14. quantas & eiusmodi compereris potissimùm, si vivo animante fueris contemplatus; depictas illas nos in operis nostri de abscessibus lib. 1. consultatione singulari, peculiari tabella tradidimus, quam & huc rursum transtulimus. Interim venæ portæ humiliore quasi palatij statione discurrentes, hinc atque inde complures abdominis interni particulas rigant; e qua omni propagine supergressi rami potissimum, qua sese lien inserit septo ad superiorem diaphragmatis faciem producti cum huius fructibus non obscurè congrediuntur. Hæc nostra venæ portæ cum phrenica coëuntis brevis esto descriptio; quem utrarumque coalitum primus Hippocrates ostendit, mox Alexander Benedictus Veronensis Anatom.l.2.c.12. F. venam cavã grandem à se appellatam ad lienem deducere visus. Tertius accessit Bartholomæus Eustachius SanctoSeverinas lib. de venis c. 41. & in examine oss. p. Veneta 226. F. sententia sic fermè constituta, ut hac egregia via pulmonum ac thoracis expurgationes derivari, sæpè fuerit ratus, etiam invito Galeno, qui purulentas colluvies, per intimam cordis regiam insolenter dirigere non dubitavit. Quam Galenici decreti confirmationem, & nos in 1. de recond. abscess. nat. comprobavimus. Fuit & post hos Ioannes Riolanus Junior, qui Anat. sect. 5. cap. 18. disertis hanc rem verbis comprehendit, monstrans, quod vase breve lienem subeunte per ductum bipartito finditur; cuius una portio diaphragmaticæ sinistræ per mutuã Anastomosin inseritur. Hæc priora Riolani fuêre verba, quum postremò item cap. repetitam sententiam, ne reputes hanc leviter elapsam, denuò confirmavit.


Venæ portæ cum phrenica coalitus demonstratur.

Alex. Benedictus Veronensis.

Sed omnium, quos ego novi, postremus verum amplissimi Catholici nostri Regis Archiatros Ioannes Galega de Laserna l. 5. methodi medendi cap. 19. quod est de remed. inven. de concisæ seilem usu differens, conceptis suis verbis sententiam legendam nobis hanc reliquit. Huius rei causam præter rectitudinem naturalem Doctor Ludovicus Collado Valentinus doctissimus Medicus & excellentissimus Anatemicus (Laudatus & Isagoges medicæ scriptor à Petro Peramato in lib. de vacuandi ratione) dicebat esse, quia septum transversum recipit ramos quosdam duarum illarum venarum, quæ ex supremæ venæ cavæ divisione; quæ fit in jugulo descendunt per thoracem suffultæ mediastino: & cum lien ipsi septo adhæreat, conjunguntur venæ utrinsque partis, quo fit, ut licet lien solum à vena porta venas recipiat facilius succurratur extracto sanguine ex sinistro, quàm ex dextero brachio propter illam vasorum communitatem:



a. b. c. Subtensum præcordys diaphragma.
d. foramen diaphragmatis, per quod excurrit.
e. ad Superiora elata vena magna,
lacuna et intercapedo diaphragmatis et
peritonæi crudam Sanguinis eluuie continens.
f. Rami p. assurgentis venę magnę, qui venę
phrenicę sunt â loco nominatæ, quæ et
angulares diaphragmatis portiones .b.c. sig,
natas perrigant.
g Truncus uenæ magnæ descendentis
h. i. Venæ renales emulgentes dictæ
k. l. Vrinæ ductg
m. Vesica.



a. b. c. Subtensum præcordys diaphragma.
d. foramen diaphragmatis, per quod excurrit.
e. ad Superiora elata vena magna,
lacuna et intercapedo diaphragmatis et
peritonæi crudam Sanguinis eluuie continens.
f. Rami p. assurgentis venę magnę, qui venę
phrenicę sunt â loco nominatæ, quæ et
angulares draphragmatis portiones b. c. sig,
natas perrigant.
g Truncus uenæ magnæ descendentis
h. i. Venæ renales emulgentes dictæ
k. l. Vrinæ ductq
m. Vesica.

tem: aperienda tamen est potissimè interior, quia sanguis illius fœculentus & crassus per hanc solam venam facilius educitur.

Hæc jam de confluxu seilen, & lienis nova nostra est enarratio, Hæc anatomica est omnis à principum testimoniis deducta nostro placito cõfirmatio; quam & respondentibus partium usibus, atque accommodatis incidentium problematum enodationibus amplius corroboravêre. 2. autem operæ præcium sum facturus exposito coalitus utrarumque venarum usu, quem nescio quâ mentis incogitantia anatomicorum, ad quos attinebat, nemo produxit. An igitur ea quam nuper attigi causam, ut cavæ, quemadmodum & alia sanguinea quæcunque viscera, gauderet munificentia lien? An quia sicut motantium perenniter arteriarum, ita & diaphragmatis vim cognoscere debent, per phrenicas alioquin venas impressam; nimirum, ut pleniorem adsciscerent hebetudini, sentorique fecis suæ ventilationem, & extenuationem, vocante septum Hippocrate, διαπνοῦν τῆς κατὰ κοίτης, 1. de muliebri natura. Sic visus ad ornationem cum diaphragmate partiretur lien; dùm hic expurgat ex altera sanguinẽ, illud ex altera elaborat: gliscente scilicet in hilaritatem sanguine conflatur optimorum opinione risus. Unde illud incerti quidem, sed prudentis autoris;

Usus coniuncti lienis cum diaphragmate Risus quomodo à splene excitetur. Singulares principum partiũ functiones disticho cõprehendũtur.

Cor sapit, at pulmo loquitur, fel commovet iras;
Splen ridere facit, cogit amare iecur.

Quod Q. Serenus in Hexametra Medicina;

Splen tumidus nocet, ac risum tamen addit apertum.
Vt mihi Sardois videatur proximus herbis.

Quæ cum sint omnes necessariæ functiones, potiore ne via queat in amplexus lienis vena grandis abire, quàm isthac. Possis autem & hac anatome nancisci rationem, unde fiat, ut phrenetici apud Hippocratem hæmorrhoidis liberentur, ut lib. de jud. vers. 124. & lib. 6. Aphorism. 12. Hæc cum problemata per hanc placiti constitutionem sint enodata, nec non alia rursus expediri queant eadem Hypothesi; si amabis & eo amplius nomine nostram hanc ostensionem, quod hac una propositâ facilè cognoveris, & quod practicè quidem sic succurritur membris spiritus & vitæ plurimis quocunque morbi genere laborantibus, modo non ulcere vetusto, utpote quod vi resistit insuperabili; & quod theoreticè sic resolvere queas, quæstionum plerarumque nodos, præsertim quæ à Sorano Ephesio proposita est Isagoges med. c, 21. pollicis phlebotomen inflammationi pulmonis occurrere consuevisse; nec non resolvere valeas, quæ ab amplissimis ac vetustissimis Scholæ Salernitanæ nostræ Magistris proposita fuerunt;

Cur Salvatella tibi det plurima dona minuta?
(Ac nedum) Splenem, hepar, stomachum, (verum) vocem, præcordia purget?
Innaturalem tollat de corde dolorem?

Sic Hippocrates porrò lib. 2. de morb. num. 5. versu 122. propter hanc phlebotomen, crysipelate correptum pulmonem attemperari præcipit. Quâ item sectione didiceris hinc ritè rationem, quâ debeat bini ventris septo laboranti tempestivè succurri; sicut Galenus arteriotome succurrit, parique ratione succurres, mediastini inflammationi, palpitationi, cruciatibus thoracis, vitiis recentibus pulmonis, phthoæ. Deniq; ex communione vasis brevis cum phrenica sinistra, quæ cavæ soboles est, cognoscas, qua via sanguis melancholicus in lienosis per nares expurgetur, ut passim legitur apud Hippoc. in Epidem. ubi refert lienosos nariũ hæmorrhagia superveniente levatos; quale illud est in 2. Epidemiorum sect. 2. Enarratum; Bioni splenetico sanguis ex sinistra nare multus manabat. Atque eodem 1. sect. 2. à fratri Aristæi uxoris sublienoso ex sinistra nare sanguis frequenter, & paulatim fluebat. Ad hunc fermè modũ Ioan. Riolanus in sect. Anatomes CXVIII. Hippocratis autem ubi consentimus decretis hacce nostrâ functione, sic item & Æginetæ non discrepamus, qui lib. 6. cap. 40. sympathiam inter manus extremæ venas, & lienem opinatus est 3. Sic & Tralliano non discordabimus, qui lib. 8. CXII. vel modicam sanguinis detractionem nobili splenis levamento futuram enunciavit.

Functa pollicis arteriola diaphragmati dolenti succurrit.

Nostra cũ authorum nonnullorum sententia conciliatio.

Hoc omne coalitus utrarumque venarum naturale consilium fuit. Quæ si minus placeat nostra Hippocraticæ mentis interpretatio; sumministratam memoramus & alteram à doctissimo ejusdem enarratore Francisco Perla Calviense context. XXIII. pag. 90. qui ait; at quia dixerat splenem esse sub sinistri lateris mollitudine, subdit, proprius designans eius sedem propagari per omentum, hoc est, extendi dilatarique sub omento, quod magnâ sui parte super ipsum lienem expansum; finem autem sortitur ad thoracem, quia diaphragmati subtenditur, quod tharacis confinio existit. Producitur autem hæc vena, & originem ducit non longè à septo transverso, à liene videlicet, ubi eius extremitates magnâ ex parte disperguntur. Sic & l. de oss. nat. citato plures capitis venas ita describit, quasi in verticem radicem egerint, indeque oriantur; idque ob rationem textu XII. productam.

Franciscus Perla Calviensis.

¶ §. II.

¶ § II *Appendix ad ſuperiora, in qua contro-verſiis ſit ſatis.*

HAbes jam de confluxu ſeilem, & lienis anatomicam noſtram novam enarrationem. Cæterum nonnullis, quæ eadem incurrere parata eſt, offendiculis occurramus: primo uni de venarum longinquitate; quæ tanta profectò non eſt, neque ſic extrema, ut non ſuperari queat à meabili natura; ſic enim & de diſcurrentibus poſt aures venis exſectis tumor extenuatur lienis Archigene authore apud Galenum in l. 1. de compoſit. medicam. per loca.

1. Animadverſio noſtra de viarum longinquitate.

Ad hoc Ludovicus Duretus doctè advertit tam valere locorum utrumque confluxum, quàm excellentem partium nutum, & conſenſionem. Verba ad coacas §. de hæmorrhogia deſcripta ſunt hæc: Maior eſt vis poſita in forti contentione partis obſeſſe, quæ in venarum ſitu ad propulſandum.

Dureti de hac animadverſione ſententia.

Maior difficultas & illa quidem inſuperabilis meo judicio eſt, per hanc noſtram anatomicam, & medicam meam ſeilem comprobationem, haud fieri protinus, utpuncta ſub eadem neceſſitate cubiti interior non parem, aut etiam majorem ſit utilitaté reddiura. Certè parem diſertis expoſuit verbis Oribaſius Sardianus. l. 7. collect. c. 5. quod jure quidem meritò cenſuit. Nam nulla unquam futurũ ratione concipio, ut profectus aliquis ex man⁹ phlebotome proficiſcatur, qui non idem ex cavo brachio ſit ſentiendus. Neque enim argutetur quiſpiam quem ex manu juvit ſingulariter (ut vulgò putant) non ſubinde brachio tenùs benefacturam eandem.

Hæc enim conſequutio falſa eſt, ſiquidem ex puris affirmativis negativum elici non licet, præterquam in contradictoriis, quorum eſt eadem duorum tradere diſciplinam. Pergo nunc ad meam expurgationem.

Nam neque contradictionis argui nos debemus, qui ſeilomaſtigis ſectionibus 1. 2. 3. 4. ſalvatellam exploſimus, & vanum eiusdem uſum oſtendimus multis per nos poſitis inter manum lævam, & lienem commerciis. Hanc quippe licet in ſect. 5. ſubeſſe corpore compereremus, nihilominus & his admiſſis ſalvatellæ prærogativa nulla reſtat ex præmonſtratis.

Adverſio 2. Oſtenſio vanæ ſeilophlebotomes eſt.

Neque noſtræ adſcribatur contradictioni, ſi quando bifariam de providendis phlebotome viribus loquuti, mox contra diſputaverimus, horum enim pleraque ex aliorum opinione fecimus.

Adverſio 3. de uſu phlebotomiæ variè accepto.

Ad hæc advertimus, ſi natura nova χειροπληνοκοινώσεως commentatio admittatur corrigendum id, quod aliàs ſtatuerimus venas lienis ad portæ matricem duntaxat attinere, hoc quidem maximâ parte verum; Cæterùm & cavæ venæ conſortia declaratum jam eſt per viſcus atrum attingi ſatis.

Adverſio 4.

Adversio 4 est de venæ cavæ portæ concursu.

Adhæc etsi nova constitutione fieret, ut tàm dextris, quàm sinistris respondeat hic venarum cavæ portæque concursus, nihilo tamen secius, præstabilior est seilem sinistræ phebotome, ad quam nutu suo vergit, perpenditque, necnon rectior fit ex hoc humoris occupantis loco retractio, nam tertia illa ratio non placet crassioris manꝰ sinistræ cruoris, qui monstratus à nobis aliàs est tenuis.

Adversio 5. est prolixitatis ac in disputando severitatis excusatio

Qua de causa vos palinodiam canamus.

Postremò, si laxius in hac sæpe disputatione salvatellæ commentũ improbarim, aut gravius exsibilarim, contra quam videri possum, nuperrimè retractasse, atque ἀναπαλὴν recantasse, non sum equidem propterea levitatis insimulandus, qui fossas abusiones propter hæc damnavi, non rectam utendi rationem taxavi, quæ Græcis prioribus, id est Hippocrati Galeno, atque Aretæo servata fuit. Hanc ego singulatiter, & reveritus, & tutatus sum, palinodiam aut contavi, confluxum lienis, cum venâ cavâ revelans, attamen admonui solidam manere venarum cubiti præstantiam, non autẽ constare salvatellæ prærogativam; quæ sic dicta quidem è detorto nomine per posteriores Barbaro Latinos à salubri vena Rhazæ, quæ seilem alias est nominata. His ambiguitatibus veluti spinis de nostra sanctione reiectis, compositaque iam interpretatione nostra omni, probabilis, & nõ aspernabilis hæc via, ratioque videtur, præsertim quando simplex, recta, commoda, vel saltem incommodis multiplicibus, ut aliorum pleræq;, non patens. Quid quod in tanta rerum obscuritate, atq; in tanta demonstrationũ, & indaginem probatarum caritate problemati difficillimo fecit hæc satis? At satis potius fecerit his, qui salutem in salvatellâ reponendam pertinaciter, atque obstinatè volvere, qui me homines, confido, non amplius accusarint, neque oderint odio gravius Vatiniano, quod pretium Salvatellæ sustulerim. Quod ego si sustuli quaquâ parte, tamen cognorint id me candide nec ex animi protervià fecisse, verum aliorum commodis insudavisse, quo malis excussis tenebris, radium aliquem lucis adaperirem, & quæsitam ab omnibus veritatem erudirem, quod institutum herclè pium atque honestum, quis est, qui non æqui bonique debeat consulere?

Quorum causa author acrior non nunquam in disputãdo perstiterit declaratur.

Eruendæ veritatis studiũ authoris nota.

¶. §. III.

¶. §. III. *Ratio prior ſalubris venæ phlebotomes ut lien degravatus levetur.*

In hoc arg. quæ perpendenda.

Obiecti finis ſubiectę morbi ſedis, & ope. medicæ explicatio.

AD naturale ſyſtema venarum diaphragmatis, & lienis ad hunc utrarumque coalitum, adhuc adjuvantes, aliæ cauſæ non leves acceſsêre, quatenus educi queat abſoluta phlebotomes ex manu fruges; in qua eiusdem adminiſtratione atque uſu perpendenda ſunt complura; obiecta, inquam, opera, ſubiecta mali ſedes, materies opera, inſtrumenta, ratio, ſive λόγος, quæ ſingula ſic exſequi conabor. Subiecta ſedes lien eſt malæ duplicis affectionis, quarum altera calidior, & intemperies ab aciduli ſupputriſque fermenti vitio ſciſcitata; altera meatuum eſt obſtructio ab infarctu profecta ſanguinis fæculenti, qui duplex affectus loco eſt materiæ, in quâ noſtra medicorum opera collaboret, ut priſtinus habitus duplex reſtituatur, & propriæ temperationis, & meatuum impedita expediantur. Laborabimus autem inſtrumento phlebotomes proprio, quod phlebotomus dicitur percuſſa, ſive ad auricularem, ſeu ad medium, ſivè ad pollicem digitum adrepente venâ. Adminiſtratæ autem operæ ſi quatenus conducibilis eſt, ratio patuerit, hoc demum operæ prætium noſtræ veſtigationis erit. His omnibus ſic propoſitis à prima, & exploratiſſima exordiar phlebotomes functione. Conſuetum eſt antiquis medicinæ magiſtris elidi venas extremæ manus utriusque jecinoris, & lienis viſceribus inflammatione præhenſis, quorum uterque morbus acutus eſt, non autem in tardigradis horum affectionibus adminiſtratus ab iisdem fuit hic venæ pertentatus. Jam igitur cum ſeilem phlebotome lienis opem ferat hoc fieri credam haud aliter quàm humore vel ichore quolibet aut circa lienem, aut in eius municipio recenter accenſo. Accenditur autem tùm vel denſâ ſuâ craſſitie, tum conculcatu, quorum utrumque tranſpiratum impediat, putredinem moveat parto fermento. Paritur autem hoc facilè per acorem humoris melancholici clariſſimo P. Caſtello monſtrante in 1. decadis epiſtola ad me ſcripta de ciborum in ventriculo fermentatione, qui ſuccus melancholicus craſſæ lentæq; ſubditus materiæ, poſt longiuſculas moras acidulam, & ſemiputrem ſuſcitat habitudinem, qualem videmus in vinaceis etiam tortivi vini diutulè ſervatis & immotis excitari; ita ut gignantur inde culices vinarii muſcilliones vulgò vocati. Sic quidem à melancholiâ putredo venit, venit item à mera bile, cuius è proprio ſuo folliculo ſuffuſæ complexũ eleměto calido fermentum conciterur, & exacuatur oportet. Jam igitur dum primordia hæc inflammationis in libris lare conflantur, ſiquidem ex adverſa manu fortè fortuna projiciatur ſanguis, ſcire licet intima ſub æconomiæ corpo-

Vt arcendũ circa lienẽ putredo.

Petri Caſtelli ſuffragium.

Quid à melancholia putredo.

Opportunitas minus agnitæ phlebotomes.

ris commoveri perennem humorem; de quâ commotione, ac permixtione disertis verbis Avic. lib. 4. fen. 1. tr. 1. li. 33. atque adeò quemadmodum apud Virgil. Æneidos 1.

Virg. Æneidos 1.

Interea magno misceri murmure pontum,
Emissamq; hyemem sensit Neptunus, & imis
Stagna refusa vadis graviter commotus & alto
Prospicies, &c.

Tentatus externè lien ut persentescat è manu vacuationem.

Haud aliter commotis altè humoribus ac tentatis ab imo sedibus lien eo genio, atque ingenio i. naturæ ductu concitatus ubi persentit è respondente manu hauriri tenuem sanguinem, continuumque huic, & famulitio suo subditum cruorem ad utiles operas excitatum, qua desit alter, qui eximitur properè suggerit, ac subministrat. At hic mittentis imperio parens, qua data porta ruit, & ad vacua præceps agitur eructatione perpetuâ provolutus. Enimverò nulla viarum incommoditas transmissus operam remorabitur ob eam causam quod maior est vis in contentione vehementi partis obsessæ, quam in venarum situ ad propulsandum, quæ sunt Ludovici Dureti verba super Coaces interpretantis de hæmorrhagia. Quo sanguinis propulsatu jam confecto interim beneficium ipse suum ex insperato consequitur propriæ levationis ac pristinæ contēperationis, præsertim si per se, quousq; desinat fluere, sinatur cruor, nam vel libra Galeno placuit detrahenda, cuius hæc verba sunt in lib. de therapia per sanguinis missionem, c.16. descripta. Invenire tamen nequeo, quam ob rem medici lienosi sanguinem detrahere neglexerunt, siquidem ego ingentem perpetuò utilitatem provenire inspexi, si vel libra duntaxat una detracta foret. Hæc Gal. præceptio, hæc valetudinis sub melāncholico corporis vitio promovēdæ ratio est ab hac phlebotome, si phlogosis aliqua postulat, affectus suadeat, naturs faveat, virtus permittat, se- causarũ necessariarũ non abducat, atq; ars demũ, accedat, quæ ritè, rectèq; singula discernendo compleat opus: nam & vasorum inanitio, si talis fiat, qualis fieri oporteat, confert & leviter ferunt, ait, Divus Hippocrates. Quæ produxi equidem ferè coactus ab obstinato vulgarium, & pugnaci studio, qui maiorem incommodum proclamantes, & argutantes neutiquam patiuntur hæc remedia absque sua fruge transigi præjudicata. Ego verò arbitror frugiferum hunc usum venæ sectæ seilem eundem futurũ; si qua hac eadem opportunitate ferventis humoris & inflammationis in ambitu lienis superior basilicæ surculus, qui sinum adrepit cubiti perpungatur. Quare communis hæc degravatio jam haud singularis salvatellæ prærogativa cognoscitur; sed quoties aut experimentum aut testimo-

Vt beneficium assequatur afflictatus lien.

Libra sanguinis à manu exhaurienda Galeni præcepto quatenus. &c.

Conditiones ad hāc phlebotomem requisitæ.

Hippocratis consiliũ.

ſtimonium novum, antiquum, verax, confictum, aut prædicantium aut ſcriptitantium ſalvatellæ conducibilis affertur; idemtidem ego contenderim promiſcuum, & commune baſilicæ ſubſidium, aliàs medenti ſervatum. Nec ſi princeps probatusque alius quiſpiam Græcus, Latinus, Barbarolatinus, & Arabs autor hæc quæ ſalvatellæ faveant prodiderit, aliter interpretandum, quàm quo dixi pacto ſtatuetur à nobis, qui uno in effecto non acquievimus. Quo circa iſtorum nemo tradiderit, aut præceperit manus extremæ phlebotomem, qui non continuo ſtatuerit ſecum eundem, & à cubito fructum futurum, niſi quatenus aut revulſio longior præpoſita fuerit, aut minora virium diſpendia cauta. Enimverò nulla ratio dictat, nullaque demonſtratio ſuadet opem quæſitam quampiam venturam ex laceſſito manus extremo ſurculo, quæ non eâdem medelâ profectura ſit ex paulò ſuperiore ramo. Quod dictum equidem volo, ſeu recitata nuper anatomica noſtra conſentientium lienis & manus lævæ ratio per arbitros noſtros, omnes & aliorum alia approbetur; ſeu ſecus. Omnibus enim modis conceſſurus non ſum, privatam ſeilem prærogativam eſſe, & quæ non ſit interiori cubito communis. Ad ſummam autem, nulla & efficta, ſuffragiique tantùm inanis patrocinio conſtans phlebotomes interdigitalis æſtimanda tutela eſt; niſi quantum, aut revulſionis gratiâ majoris, aut ſubrogata venis majoribus, quas pertundi non datur, aut ſub inflamationum excitatis igniculis adminiſtrata. Hæc noſtra de cæſuræ Seilem uſu legitimo opinio, quam acceptiſſimam fore certus ſum veritatis & antiquitatis amicis.

Autorum ſeilem magis quã venis cubiti bene faventium ut accipienda traditio.

Ratio nulla potior.

Poſtrema noſtra cõditio.

¶. §. IV. *Ratio poſterior, qua Seilem phlebotome poſtremam lienis attingit opem.*

OBſtruuntur plerumque meatus in particulis alioquin poroſis, ſicut plenitudo ſæpiùs effarctum ſcirrhoſum referat qui non eſt; qui quoniam penetrari denſitate non patitur, difficilem ſeſe medentibus exhibet, qui nihilominus ſuperari vacuatione non eſt ultrà fructum, aut ſpem, eo conſtante; quod tolluntur morbi ſuis contrariis, atq; hoc item altero cõprehenſo, quod plenitudine & nimietate affectio fuerit procreata. Hæc autem ubi depleta fuerit continuò, an non ceſſura ſit ipſa? Sic porrô Hippocrates l. de ulceribus extumeſcentem crurium habitudinem ſcarificatu crebro exhauſit. Hæc recta quidem una via eſt, ut ex ſuo turgore decidant, atque flacceſcant obſtructæ ſedes; quæ reſidebunt, & altera ratione, ſi ſuperfluis degravatæ particulæ procuretur & tranſpiratus; nimirum inde rarefactio, & multitudinis ejusdem rarefactu compreſſus, & in ex-

Operæ præſtantia.

Comprobatio per Hippocratis doctrinã

in exiliorem locum contractus ſit. Atqui tranſpiratus comparatur non ſolùm, ſi pars affecta plenitudine ſua levetur, verum etiam ſi ex primo locorum tractu reſpondeat inanitio, quod fiet cum lege commercij tùm communis conſenſus causâ, quem adſtruxit Gal. in l. de phleb. adverſus

Duplex partium omnium corporis conſenſus.

Eraſiſtratum c. 4. & prior Hippoc. in l. de alimento; conſenſus, inquam, maximè univerſalis; quem ipſum intellexiſſe credo Hippocratem in l. de locis in hom. Paulũ Æginetam in l. 3. de re Medica c. 49. quum de manu extremæ phlebotom præcipiens ad curandam inflãmationẽ lienis; ſi ad-

Conſenſus generalis.

eſt, ait inflammatio, ſanguis à cubito ſiniſteriore, vel ab extrema manu dimittendus eſt, eò quòd revulſio longioribus intervallis fieti debeat, vel

Æginetæ locus expoſitus.

etiam propter naturalem quandam connexionem. Confirmationem autem hæ opinio receperit non levem, ſi vis omnis, quæ magna eſt, per-

Ex omni corporis ſtatu confirmatio.

ſpiratus comprehantur; quæ vis tùm in ſtatu corporis integro, tùm etiam in morboſo, tùm in neutro latiſſimè patet. Atque ex morboſo quidem appetent exempla, tùm affectus univerſalis, quæ febris, & peſtis, & venenum eſt, tùm in morbis partium à plenitudine profectis omnibus; i-

A ſimilibus multifariã expoſitum exemplum.

demque fit apertum in cerebri catarrho, pituitæ per nares vacuatione certâ; in rheumate prægravante pectus, in diſpnæa, ſi naturales proximæ partes pharmaco repurgentur; & in coli angore, ſi vomitus è ventriculo evehat lentam pituitam; & in Iſchiade, ſi clyſmis diluatur alvus aſſiduis. Siquidem igitur in cacochymica ſiniſtri lateris melancholia ad-

Phlebotome facultas ad excitandum tranſpiratum.

miniſtretur Seilem Venæſectio, hæc eadem nullum non tranſpiratum hypochondrij ſuſcitans, huius ejuſdem obſtructum, aut offarctum poterit non levare? levabitur utique Galeno iuſuper Autore in l. 10. meth. med. cap. 2. quin & lib. 8. eiuſdẽ operis c. 4. venam eo conſilio ſecandã juſſit, ut corpus bellè tranſpiret, neceſsè eſt, ut putrefiat. Ergo ut tranſpiret majore opus eſt auxilio. Ac ſiquidem puer vel ſenex ſit, ſanguinem detrahere non licet; inter has ætates, ubi robur ægro non deeſt, ſecanda eſt vena. Sed & tranſpiratus eodem autore Galeno paulò poſterius profeſſo planiorem organicam reſtitutionem inducit hac eius enunciatione. Quin etiam fuliginoſa fumoſaque ſuccorum excrementa, quæ tranſpirant ſuccis imminutis pauciora reſtabunt.

Confirmatio ab evidenti miniſterii ritu.

Additur & tranſpirationi momentum maximum, quod conſuevit & vena ſanguinem effuſura, foveri laticis calores; quòd autem circa vaſis terminum, & in ſuperiore ramo ſanguinis paretur eductio, ſunt qui ſtatuant ſtudio conſervandarum fieri virium, quarum minore proculto vaſe minus ſit alioquin diſpendium, quàm in ampliore. Quamobrem A-

Avicennæ præceptio.

vicenna l. 4. fen. 3. tractat. 3. cap. 3. cum venas aperiri majores certis quibusdam affectionibus importunum offendis, venis ejuſmodi parcens,

venulas

venulas manus, frontis, narium substituit. Quod principis admonitum imitatus est Jul. Cæsar Claudinus in lib. 2. de ingressu medentis ad infirmos sect. 1. cap. 3. Jam igitur quòd hæc venæsectio frugiferam se exhibeat hisce casibus, id ego non alio transferam proximè, quàm uni transpiratus vi, cuius levantis insigniùs extremo sub brachio, quàm in medio eodem, facta evacuatione, causa mihi credetur illa, quòd quantò compressior & exilior redditur sanguis in vasis fluens, eò rarior, & compressior respondentis habitudo particulæ reddetur; atque lentiùs extrema de manu sanguine subducto deinde tenuior, atque exilior efficitur eiusdem fluor; quod accidit scilicet irriguis rivis, qui quo longiùs deducitur, eò tenuiores evadunt; interim verò puteus & aquæ promtuarium, maiora sentit sui detrimenta; ad eum propè modum exhausto per longissimos excessus sanguine, & tenuissimus redditur eiusdem filius, & partes quæ eodem succu infariebantur, aarescunt, & gracilescunt. Quæ fortasse fuit sententia Tralliani, qui lib. 8. rei Medicæ cap. 17, de manus Phlebotome differens; etsi verò, ait, hinc minus sanguinis evacuatur, tamen quantulacunque inde tentata inanitio lieni præcipuum ad sanitatem adjumentum est. Atque adeò pariter sententia fuit Pauli Æginetæ, qui in lib. 6. suæ medicin, cap. 30. in sinistra quidem, ait, manu, cùm lien malè habet, venam, quæ inter parvulum, & annularem digitũ exporrigitur, præcipuè incidimus, cùm jecur affligitur, in dextra. Nam extremarum partium inanitio, è longinquo magis facta efficaciorem demolitur revulsionem. Interim ab adverso, quem dicunt Græci κατ' ἴξιν, situ nonnihil adjuvatur illa disgregandi actio, quatenus lienis levetur æstus, ab offarctus densitate, atque à multa succi crassitudine opprimentibus.

Iul. Cæsaris Claudini contestatio

Vnde transpiratus intelligatur fructus.

Ab exemplo.

Tralliani locus expositus & in confirmatione tractus.

Æginetæ contestatio

Porrò, quod doctis viris visum est, humorum κατ' εὐθὺ perpetua fit dispensatio utrivis laterum suo jure tributo, quo corpus animantis fuit lateribus bifidum, & æquilibre, quemadmodum ego latè in opere zvvotomiæ Democriteæ scripsi.

¶ §. V. *Opinionum ambages & repugnantiæ brevi quadam anacephaleosi recitatæ.*

QUæ nostra demùm opinio sit de naturæ latebris eruta, sic de scriptorum oraculis evestigata, suisque firmamentis comprobata; non incommoda, confido, videbitur rectis æstimantibus, sive ipsa per se lydium ad lapidum, quod est latentioris Anatomes examen, atque ad judicij consummationis ἀκρίβειαν revocetur, sive ad alias aliorum senten-

Opinionis nostræ superalias omnes præstantia.

tias comparetur, quæ liquidò iam apparuerunt offensionum plenissimæ.
eò autem impudentiæ processit opinandi procacitas, ut rudis Ænobar-
Naturæ quæ adveæ santissimæ Aenobarbi sycophãtiæ. bus παρωνύμως equidem credo dictus à Sanctorio lib, 23. methodi vitan-
dorum Medicis errorum cap 6. rationem expromens, cur salvatellæ re-
medium lienosos apprimè juvet, retulerit in anatomico humani corpo-
ris administratu, specillum impulisse in tubulum venæ salubris ac sensim
progressum per ejusce sinus ad usque lienem pervenisse: qui nimirum
Aẽnobarbus fuit & à subtilissimo Doctore Michaele Gavasseto lib. præ-
ludiorum anatomicorum eiusmodi ineptiarum sæpe notatus. Quales
Nobiles sycophãtę virorum alioqui doctotum inscitia. nebulones, & histrionicos professores, si nos fortè negligamus, ac di-
mittamus, non deerunt & viri docti, qui quò varietatem salvatellæ, quã
semel amplexi sunt, mordicus tuerentur, in nobiles abiere levitates, quin,
& in apertas non dicam ambages, sed & absurda fabulamenta, quorum
Fabulę non nullorum notatæ. si referri conceditur; Summa est hæc I. Sanguinem è salvatella plurimorũ
calculo manare, crassum, atrum, fœdum, ut emunctoriorum proprium;
diligentiorum verò observatione tenuem, rarum, nitidum, ut arteriis
I. incoctũ. II. Verum qualiscunque sit iste sanguis, placuit quidem vul-
II. gò medicorum, ut respondenti situ detraheretur ex læva; lynceis verò
dexterâ de manu phlebotome visa est compendiosior attingendo lieni.
III. III. Qui lien cum frigido sæpe malorum incursu circumvenietur, hunc
tamen adhuc perfrigerare non dubitant administratores, sanguinis ex-
IV. haustu postremo. IV. Quod autem ad manus horum superna facie du-
plicium vasorum anastomoses exauxerunt nuperi quidam Anatomici,
quibus locis nihilominus arterias nullas agnoverunt nostri majores;
V. V. Ad quas suas opiniones egregiè confirmandas τῆς αὐτοψίας etiam fi-
dem adhibuere, quam exploratores, alias seduli, nusquam offenderunt;
VI. VI. Varij rei unius arbitratores ad digitorum fines obliquos, id est, tùm
ponè minimum, tùm ponè maximum, tùm post mediam sacra sanguinis
statuere promptuaria, quorum tamen omnium surculorum una est pro-
pago communis; ad quid igitur ubi fons unus & proximus est, tam scru-
VII. pulosa rivulorum discriminatio? VII. Cæterum ad ipsam phlebomem
quod attinet, cum maxima pars hominum salutarem hanc perpetuò præ-
dicârint ex adverso non pauci, quod ærumnosa sit sæpe numero impro-
bârint, & jure quidem meritò; si nostram fidem observata merentur.
VIII. VIII. Adde quod his superstitiosam & vanam, hi merè constantem &
IX. cultu dignam; IX. Plerique somnio revelatam & empiriâ primùm in-
X. ductã, nonnulli ratione suffultam perhibuerunt. X. Et ratione quidem
XI. aliqui recondita, aliqui perspecta sustinuerunt. XI. Pars succedaneã
his venis; quas interdũ secare non datur; pars præcipuã & privilegio fir-
matam

matam suo prærogaverunt. XII. Adhæc cum principes Medicinæ dictatores venulæ tenuissimæ inanitionem, etiam nulla dignandam commemoratione professi fuerint; tamen non dubitârunt enuntiare posteriores, quantumcunq; sanguinis ex eo vase decisi portionem emolumēto maximo futuram. XIII. Quis non videt multiplices hoc remedio repugnantias foveri, quippe quod huius usus increbuit morbis curandis, tum calidis, & acutis, tùm frigidis ex melancholica tarditate productis; benignis, malignis, levibus, gravibus, tutis, spe destitutis, plenitudinis, inanitatis; incipientibus, desinentibus, vulgaribus & divina causa profectis, naturalis officinæ, vitalis, animariæ, quibus omninò dispar & impar ἀκροτελής existit, & pusilla phlebotome; non aliter sanè quàm si Pygmæorū acrotina colosso adapes, ut proverbio dixere veteres. Ad summam quisque licenter ac pro arbitratu suo, usus oportunitates ac rationes cōminiscitur & confingit dictatorum nostrorum nullâ servatâ norma, placito interpretum audito nullo, sic sane memini dum Hier. Mercurialis & Iacobus Grevinus frigidam uterque adstruit viperæ naturam; huic quidem serpula post multum esilatum benè modicum potare; illi per usum benè modicum sui caloris, bestiolam perparum victus captare.

XII.

XIII.

De Mercurialis & Greveni contradictionibus.

Quam omnium maximè animantium cupediæ debitam scripsit Aristeles, ut jam inter istos duos opinatores vix aut potet, aut edat hoc animal. Atque adeò, ut suam solvant malè propositam animi conceptionem nugatoria, & indigna fabulantur. Hoc quidem admirandum in viris, alioqui doctis, sed illud ridiculum, quod placuisse quibusdam meminit Claudinus credentibus benefacere sectionem hanc certa sua quadam proprietate, quasi verò natura, quæ cunctis ai recedit, & nulli præterquàm uni sibi atque autori Deo est addicta; posteriorem debeat potestatem sequi, & quæ prima domina sit, cum arte ancilla sustineat reciprocati. Taceo, quòd sympathia inter bina est corpora naturalia, & comparia, non inter genera diversa.

Claudinus in seile proprietatem lienis iuvādi derisit.

Sympathia conditio necessaria.

Aliam adversus hos argumentationem instruxit Ioannes Baptista Sylvaticus epistolâ de salvatellæ in putridis febribus sectione pag. 30. B. quæ est: Proprietas ista vel inest venæ vel sanguini: atqui neutrius dici licet: Igitur quæ phlebotomes sit ista proprietas? an illa fortasse, quæ relata est à Galeno cap. 9. lib. 9. de compos. Medic. per loca, falsò tamen putata per Archigenem, qui de vena sinistram auriculam alluente detractum sanguinem extumescenti lieni perfricabat, analogiæ cuiusdam, aut etiam magiæ naturalis, ergò? Consimile planè videtur seilem commentum.

Ita per insolentiæ, per inconstantiæ, per opinandi licentiæ varia ar-

gumenta futilis, & inanis apparet vulgaris usus, atque fiducia super vena salvatella, nisi fortassis huius administratio ad antiquorum præscripta revocetur.

¶. § VI. Iulii Cæsaris Claudini prudentia, & cum antiquis Magistris consensio.

I. C. Claudinus Professoribus pleriq; iudicii dignitate prælatus.

IUdicio meliore, & consultiore, quàm isti omnes Jul. Cæs. Claudinus in l. 2. de medentis ingressus ad infirm. c. 3. postremos fermè omnes medicinæ græcæ dictatores, atque Arabas, Maurosq; successores, nil dubitavit censere, qui plus quàm oportet phlebotomæ tribuerint manus summæ adjecitque Doctor Bononiensis rationes complures arguentes passim quod hæc vacuatio plurimum à loco distat affecto, qui vacuatione levandus est; partim, quod exiguam omninò sanguinis portionem detrahere valeat ex his venis, partim quod dictat natura perpetuò plus esse fidendum sectioni maiorum cubiti venarum quàm surculis earum. Deinde Claudinus illo proposito, quod in diuturnis febribus agitante diutius extraneo calore melancholicus ac terrestris unicè redditur sanguis; atq; eo etiam commemorato, quod hujus conceptaculum, & propria sedes est lien, sic Galen. in 1. theraupeticon ad Glauconem cap. 1. lieni malè valenti proximè levando cubiti voluit internam venam non ultimas propagines elidi, quâ communi vasorum constante continuitate, atque unitate statuit hic vir, quod qui manus venas inaniverit nullo propemodum in his offenso discrimine, nisi si revulsionis opera quæsita fuerit ex summa manu, quæ tantò quidem opportunior erit, quantò, & spirituum minus inde perit; quas ob res eligitur, ait, plerumque pungenda vena manus, & superiori subrogatur, tùm si hæc non appareat, tùm si cubitus ipse malè sit affectus, tùm si facultas vitalis adeò sit imbecilla, quæ sanguinis inanitionem ex manu quidem infimâ ferat, ex superiore vena non ferat; Hi potissimi sunt casus sub quibus hæc phlebotome facienda censetur. Hique sunt casus sub quibus eidem homini profutura, secus verò plurimum offensura censetur, hæcce phlebotomia; hæc dissertatio fuit Claudini, Galeno utentis autore in lib. 2. præsertim de ratione victus in acutis cap. 1 c. nec non Alexandro Tralliano in lib. 8. de re medica c. 12. Actuario Ioannis filio in lib. 3. meth. med. c. 1. cuius propè sententiæ fuerunt, è proximè superioribus magistris Donatus Antonius ab Altomari nostri cap. 88. ac Hieronymus Capivaccius in l. 3. pract. cap. 25. & proximè Sanctorium est Sanctorius in lib. 13. methodi vitandorum medicis errorum cap. 6. qui vir enarratis ad germanum legitimumque sensum

Rationes unde minus hæc phlebotome probatur Claudino.

Claudini hypotheses tres.

Seilē phlebotome legitime fit una revulsionis gratia.

Claudino Consulti Principes Autores.

S. Sanctorius subducta cunctor.

ſum autoribus, qui plus nimio viſi ſunt ſalvatellæ præ ſuis originibus, & radicibus faviſſe; protinus ſubiecit, & rationes quibus apparet planè plus adhæſiſſe veteres venis majoribus, quàm minimis infligendis, quas ipſas rationes aliquam multas & ab eo diligentiſſimè recitatas, me quidem, qui actum non ago, non eſt, quod inculcandas hic expertus, amplivago tuo tute ingenio perſpicacique judicio, in his omnibus uſurus. Adnotavimus hæc nos qualiacunque Epiphani quod petieras placito gratificaturi; utinam autem fuerimus verè gratificati. Sed enim noſtra demonſtratio & hæc ratiocinatio de phlebotome ſeilen eſto; in qua ſi quid allatum eſt rationi, naturæque conſentaneum, tuæ Ferdinande, qui meam excitaſti ſocordiam humanitati gratia ſit habenda: ſi verò Euripũ hunc ingreſſus aberrari, portum prætergreſſus, aut tantùm non naufragatus, nihil eſt profectò, quod expectatio Dædali mei vacua tetor queat nulla fugis interquillati muneriste angat. Sat quidem præſtiti, qui placito obtemperans tuo problema non detrivi veteri ſolenniq; multorum more, qui cum ad conſenſus, & conſpirationes partium recurrerit nihil ultra ſapere curant. Interim, optime Ferdinande, noſtra hæc quæ minus colliment, & frigeant lepore, ac dignitate careant, amice, quod tuum eſt, dirige, fove, ac modis omnibus exorna, quod enim tuis ſub auſpiciis, tuisque notatum titulis prodit, ſuo id nitore conſpicuum appareat oportet. Vale Neapoli Kal. Aprilis, cIↄ. IↄXLV.

rũ ſumma ſcriptorum pro maioribus venis peroravit minimas his ſubrogavit

Peroratio.

Ad amicũ ſuum proteſtatio.

Operæ precium ſcriptionis.

Seilomaſtix Chriſto gratia laudato finis.





Ioannis Trullij Medici Romani Præstantissimi de Serie Venarum,

Ad M. Aurelium Severinum Profeßorem Anatomicum Neapolitanum Epistola.

VEnarum Anatomicam ostensionem, ex quibus salvatella gignitur, ut potis. mi Marce, ad te mitto. Hæc unde ortum ducat, ex quibus ramis ijque tandem à quo trunco propagentur ex acclusa pagina patet. Talem autem delineationem hanc meam reperies, qualem ego longissimâ diligentissimaque inspectione dissectis cadaveribus iuxta naturæ ordinem truncorum dispositionẽ observavi. Antiquam sanè inter Græcos recentiores, atque Arabas de salvatellæ sectione controversiam, de qua adhuc sub judice lis est, non tantùm spero fore, ut pro more tuo diligentissimè & examines & nucleęs, sed etiam, ut decidas, in eamque talem sententiam feras, cui rationales Medici perspicacitatem ingenij tui venerantes acquiescant. Multa, me hercle, in facienda medicina reperiuntur, quæ passim in auxiliis ægrorum usu potius comparantur, quàm ratione usurpentur, in quorum numero salvatellæ Phlebotomia habetur, quam practici nostri in morbis è melancholiâ adhibere solent; quorum morborum sedem Medici omnes ad unum propagines venæ portæ, atque arteriæ celiacæ comitis constituunt, quæ simul imi ventris visceribus cunctis præter renes, ventriculo scilicet, hepati, Omento, lieni, Mesenterio, atque intestinis famulantur, nec extra has partes reperiri queunt, sed in iis delitescunt, et funditus absummuntur, quarum obstructione & præcipuè earum, quæ in liene & mesenterio sunt, contumacissimi morbi excitantur. Cava verò unde hepar egreditur in duos prægnantes truncos sese dividens, quorum, alter sursum alter deorsum cæteras corporis partes percurrens eas dulcissimò suo nectare irrigat. Truncus autem cavæ, qui sursum tendit, ascendens, qui verò deorsum, descendens, dicitur ascendens, ex quo salvatella hoc ordine in partes supremas sanguinem fundit in exortu hepatis infra thoracem juxta diaphragma utrinque venam mittit, quæ diaphragmaticæ,

Cavæ venæ historia.
Venæ cavæ truncus ascendens & descendẽs.
Vena phrenica.

maticæ, ſeu phrenicæ dicuntur. perforato diaphragmate ſeſe inſinuat in pericardium coronariam cordis gignens. Mox iuxta ejus baſim latiſſimo ſinu ſeſe adaperiens dextrum ventriculum copioſiſſimo ſanguine complet. Paulo ſupra pericardium evectus azygon ſeu venam comitem expertem, producit, quæ deorſum mox reflexa ramulos muſculis meſopleuricis utrinque diſpenſat, deinde idem truncus cum ad claves pervenit, finditur in duos ramos, qui ratione ſitus ſubclavij dicuntur. Iuxta diviſionem naſcuntur intercoſtalis ſuperior, mammaria, Mediaſtina, & cervicalis à ſublimiori ſede, dum adhuc in thorace eſt, duos inſignes producit ramos jugularem internam, & externam, adde venam muſculeam, quæ cum his duabus ad caput feruntur. Egreſſus truncus thoracem, mutato nomine dicitur axillaris in duos ramos dividitur, cephalicum, & baſilicum, ille ſuperiorem & externam humeri partem. *Sic* internam perreptat, ille caput, hic lienem ſcilicet ſiniſtri lateris evacuare dicitur; dextri verò hepar, qua ratione id fiat qui potius reſpiciat iſtud, quàm illud viſcus, cum omnes à trunco cavæ oriantur, ubi ad cubiti flexuram hi rami accedunt, uterque ramulum ſuũ obliquè ad efficiendam medianam in plicâ brachii porrigit. Hic notandum venit, quod ordo & progreſſus venarum in humano corpore, & præcipuè in artubus idem in omnibus non eſt, cum vix duo homines inter mille ad unguem vaſorum ſubſtantiâ magnitudine ſede, figurâ, connexione, & uſu convenire queant; uti videre eſt in venis brachii, quarũ aliquando ubi una deficit, altera eius reliqua vicem gerit, variant perſæpè connexione, ſede, & figurâ, tres illi rami per brachium & tandem per totam manum, & digitos diſſeminantur. Cephalicus ſive exterior per externam brachii regionem juxta radium repens ad carpum & extremam manum diffunditur. Baſilicæ verò ramus per internam brachij regionem juxta ulnam progrediens ad volam manus & digitos ſeſe diſpergit: Mediana verò per mediam cubiti regionem deſcendens, finditur in duos ramos, quorum alter interior per volam manus ad digitos fertur, exterior verò obliquè ad brachium externum repit, ubi ad carpum accedit modò cum ramulo humerariæ, modo cum ramulo baſilicæ patentiſſima anaſtomoſi junguntur, qui iterum in meta-carpo in duos ramos dirimitur, qui excepto pollice ſingulis digitis alendis venulas diſtribuunt. Medius ramus, ut plurimum cæteris inſignior qui inter annularem & minimum digitum reperitur, ſalvatella ab omnibus nuncupatur. Si per eamdem viam, qua progreſſi ſumus regrediamur inveniemus, ſalvatellam eſſe ſobolem venarum cubiti, & cubiti venas ab axillari; axillaremque à ſubclavia, & ſubclaviam à trunco cavæ, ubi juxta claviculas dirimitur, propagari. Is truncus ab hac diviſione ad diremptum illiacum eſt

conti-

Coronaria vena.

Vena ἄζυγος.

Venæ ſ. rami ſubclavii.

Intercoſtalis ſuperior Mammaria Mediaſtina & cervicalis venæ.

Iugularis interna & externa.

Vena muſculá.

Vena axillaris.

Vena cephalica & baſilica.

Venæ in corporibus non ſemper eædem.

Mediana vena.

Anaſtomoſis manus.

Salvatella vena.

continuatus, & patentissimus, à quo tanquam à maximo flumine uberrimo sanguine referto cor, & hepar, ac totus corporis truncus simulque cuncti eius artus irrigantur; Hinc est, quod truncus cavæ cum vena porta præter quam in hepatis parenchymate, nihil commune habent, immò diversum omninò obtineat usum. Ille namque sanguinem puriorem tenuioremque atque sincertorem pro nutritione partium sibi vendicat; porta verò sanguinem crassiorem, ac fæculentiorem, tùm ab excrementis cùm repurgandum, tùm ad viscera alendum continet. Hic igitur sanguis, qui tanquam seu in vino, aut amurca in oleo in propaginibus hujusmodi vasorum stabulatur, nescio quâ viâ per salvatellæ sectionem possit educi, ac evacuari. Si id fieri contingeret, oportet sanguinem ex vasis portæ remeare in hepar, ex eo per cavam ad cor, deinde ad claves, tandé ad brachium & manum deferri. Celebratur à Medicis phlebotomia aut propter sanguinis multitudinem auctam, aut propter ipsius malitiá, aut propter utrumque cum sectio venæ debeatur non solùm multitudini, sed etiam sanguinis vitio, ac utrique eorum evacuando, derivando, ac revellendo, seu ventilando, si quantitate peccat & evacuationem indicat parùm refert ex qua vena hauriatur, modò minuatur; si qualitate è viciniori loco derivari debet, non videtur salvatellæ esse locus accommodatus coinquinati sanguinis infernarum partium evacuationi, cujus sedes lienis & mesenterij vasa sunt, in quibus veluti saburra in fundo navis otiatur. Si ad revulsionem fit, quâ utimur dum sanguis in aliquam partem irruit, eamque aggravat, parum refert modo ex opposito in iis venis, quæ magis apparent, & facilius secantur, etsi illud verum esset, quale privilegium evacuandi sanguinem melancholicum vitiosum potius salvatellæ dedit natura, quam cæteris suis conjugibus venis: quæ cunctæ ex eadem republica venæ cavæ pendent. Naturæ minister dicitur Medicus, quam in omnibus imitari debet, ipsa si à nobilioribus ad ignobiliores pellit noxia, bonum est; è converso, motus, sive à Medico, sive à naturâ concitatur, si ab ignobilioribus ad nobiliores fit, perniciosissimú esse testantur medicinæ parentes, qui jubent nos naturæ leges ad unguem sectari: quibus ergò instrumentis, sanguis melancholicus, qui respondet elemento terræ contra propriam activitatem ex inferioribus ventris visceribus sursum extolli potest, & impurum segregari? an vi fibrarum seu villorum præstantia fit, quibus texuntur venæ, quarum rectitudiné in missione sanguinis tàm religiosè Medic. spectandam esse prædicant. Venæ sunt organa, quarum actio est conficere sanguinem, usus verò est, deferre eum per corpus tanquam canales, ex quibus aut impellente spiritu aut fugâ vacui vel attractione partium, quæ instar plantarum, quod sibi

Incommodum maximum ex suppositione confe- rentis rite salvatellæ.

ſibi proprium eſt, trahunt, totum corpus irrigitur, fibræ adjuvant tantùm actionem venarum, & inſerviunt venis ad robur & conſervationẽ, dùm & dilatantur ex plenitudine dùm conſtringuntur inanitione ideoq; venæ triplici fibrarum genere, rectis, obliquis, & transverſis conſtantur, uti cæteræ partes, quæ dilatationi, aut adſtrictioni obnoxiæ ſunt, rectitudinemque vaſorum, quæ magnopere commendatur ab Hippocrate de ſitu partium intelligendam eſſe, ita in Coacis eruditiſſimus Duretus interpretatus eſt, cum alibi pluribus in locis, perpetuò è viciniori loco partis læſæ mittendum eſſe ſanguinem conſulat. Dixi. Duretii interpretatio Hippocratis.

Ioannis Veslingii, clariſſimi Patavini Profeſſoris pro Spigeliana Doctrina apologeticon.

IN Spigelium animadverſionem tuam expendi; inclementem utique nimis & acrem in virum tàm eruditum, & operum naturæ inveſtigatorem eximium. Conatus ille ſ. is (ſic enim per modeſtiam loquitur) cauſam indagare, cur in melancholicis affectibus ſectio ſalvatellæ profuerit. Tu fundamentum Spigelij ambiguum reddis, quod in anaſtomoſeon frequentiâ locat, & neſcio, quibus titulis proſcribis; tùm arterioſi ſanguinis in melancholicis affectibus evacuationem ſimpliciter damnas. Ego quamvis in Spigeliana ſententia diſcrimen nullam incurram, in gratiam tamẽ eum reducere tecum ſeriò velim. Ac de anaſtomoſeon frequentiâ majore in partibus extremis manuum, pedum, narium, aurium-que, non eſt cur dubites.


Veriſſimam eam aſſevero, & quotannis evidentiſſimam obſervo. Cave tamen hîc ἀναςομῶντα ἀγγεῖα de junctis venarum & arteriarum oſculis tantùm accipias; quin potiùs de pervijs membranis firmo accedente harũ nexum. Quem anaſtomoſeos modum in corculis infantium, inter cavam, & arteriã venoſã dudum rei medicæ conditores agnovêre. Neq; improbabiie hîc quicquam eſt, ſi partes cõpares, officii cõmunione partes ſi dextra ſiniſtris, ſiniſtra dextris, imò vis potiùs & induſtria ſumma Hippocratis verba utar εἰς ἄριςα ὁδευούσης φύσεως eluceſcit. Quod attinet reliqua, ſcire te par eſt, non fuiſſe doctiſſimi viri mentẽ, in omnibus melancholicis affectibus ſectam ſalvatellam ſalutem promoviſſe. Cur enim hoc impingam defuncto? & tot ἀλογίας quas diſertè pariter atque ingeniosè collegiſti? Crediderim magis reſpexiſſe eum ad melancholicos af-

V fectus,

fectus, qui per consensum, ut practici loquuntur, oriuntur totius, potissimùm cordis, adeoque vel ob huius vitium proprium, vel ob intemperiem jecoris & lienis: Sive seorsim patiantur, sive junctim. In his itaque casibus, quum peccans materia non tantùm in venis sit, sed etiam in arteriis in venas παλινδρομὴν, præcipuè corde ipso præter naturam affecto, confidenter ex salvatella mittam; & quidni utiliter? Venæ enim sic affectorum etiam in partibus extremis amplæ turgidæque sunt, atque exitum materiæ minimè negant sanguini permistæ. Ducitur & quæ in venis peccat, & quæ nocet etiam in arteriis, idque pari viscerum commodo. Quin etiam modi hic imperator Medicus esto, caveatque ne quid viribus detrimenti adferatur, ut lesbia medendi norma in huius generis molitionibus definit. Atqui sectio, inquies, venarum pedis idem hìc præstabit emolumentum, adeoque superstitiosè magis, quàm circũspectè ad particularem manus venulam respexit Adrianus. Ego de emolumento certus sum, & succi peccantis naturam κατάῤῥοπος, & viscerum (si cor & caput accipias) propinquitatem. Neque hoc in dubium traxit Spigelius, quem scio funem cum iis haut duxisse, qui certis manuũ pedumque venis eligendis, vel in discrimen rapere malunt ægrum, quam decedere παραλογισμοῖς. Tantum est, quod ad animadversionem tuam ex jussu tuo, & pro amicitiæ nostræ libertate proferre debui, immò quantum per varias occupationes potui. Benignitatis tuæ fuerit eâ hæc expendere lance, qua soles pleræque quæ tenuitas mea obortire magis, quàm parturire consuevit. Vale feliciter. 25. Augusti, 1642.



Petri



Petri Castelli Responsio, Ad Excellentissimum D. Marcum Aurelium Severinum. De *Venæ Seilem-phlebotome adversus Spigelium Disputatiunculam.*

SUbtilissimas rationes tuas, Vir Doctissime, Amice singularis, in venæ salvatellæ cum liene consensum per arterias à Spigelio excogitatum, attentè legi, qua occasione (& si inter publicè legendi munera) & Sylvatici controversias, & Sanctorij methodum, aliorumque non paucorum docta monumenta iterum lustravi; multa equidem didici, non tamen à venæ salvatellæ usu omninò abstinendum mihi esse, didici. Porrò admodum ingeniosè tum quidem, perspicacissime Vir, contra Spigelium argumentaris, nec possum ego tuis non acquiescere rationibus urgentibus; attamen iterum atque iterum, quia de tua sententia, allatisque clarissimis demonstrationibus meam κρίσιν atque censuram, coactus tandem insurgam, non ut adulator, sed ut verus Amicus, immò veluti severus censor, rationesque tuas perpendam, etsi voluero convellere, conabor. Esto tu mihi Cato mihi tu mome auxilio! agam ego, ut iubes, ponderabo singula, an quod promisisti, verè attuleris. Et Sylvatici quidem mens una fuit, in febribus putridis tantummodò salvatellæ venæ usum, neq; evacuationis, neque revulsionis gratiâ concedere, quod ad nos nunc non spectat. Sanctorius verò salvatellam à cephalica manus (cùm ambo à communi brachij ramo oriantur) non differre, intendit probare, & proinde non unam magis,

quàm alteram sectam venam lienis affectibus prodesse posse, quod nunc transeat. Tu verò, Vir doctissime, consensum manus cum liene te tollere velle ais. Ea propter in Hadrianum Spigelium, qui istius rei rationem aliquam afferre conatur, insurgis; ratio erat, quia lien maximè arteriosus est, manus autem anastomoses plures sortita est. Unde ibi existentes venæ plurimum sanguinis arteriosè colligunt; sic sectæ arteriosum tenuemque sanguinem reddere possunt, & proinde promptiùs quàm brachij venæ exinanire queunt. Quæ quidē si non omnia, saltem plurima esse probabilia, mihi videntur, & præclarissimi Anatomici sententiæ, ni tu obstares acquiescerem ego, jam pridem Harvæio Anglo etiam reclamantibus Parisano, Primerosio, & quibuscunque aliis, sanguinis circulationem concessi, & consequenter arteriis in venas manus per Anastomosin plurimum sanguinis effluxum. Quandoquidem, præter alia, sanguinis effluxus è vena secta, infrà brachii ligaturam, non ex humero, sed ex manu sanguinem manantem ferri, clarè nimis ostendit; quem sanguinis motū cognovit omniscius Hippocrates, nobisque indicavit, dum 2. de morbis 20. si è naribus, inquit, fluat sanguis, venas & in brachiis, & in temporib9 spleniis suppositis deligato; pulcherrima erit doctrina, ideò attentus mihi quæso præsta aures. Sanguis fluit, & per venas ruit ad nares, revellendus est motus, intercipienda via. Petrus quidem Salius comm. suo 37. iubet, inquit, venas in brachiis, & in temporibus, illas ad revulsionem, has ad interceptionem spleniis appositis deligandas esse. Sed doctissimus Vir non mihi videtur Hippocratis mentem assecutus; nam sicut in temporibus splenia deligata super venas, intercipiendi vim habent, ita eadem brachiis imposita fluentem per illas venas sanguinem intercipient. Nonnè quotidiè videmus, ligatura brachii ante venæsectionem, senguinis fluxum sisti, & intercipi? nec ligatura brachij potest esse revulsiva, nisi fuerit dolorifica, ut ratione doloris attrahat.

trahat. Hic non potest esse dolorifica, quia splenium, quod est molle, venæ superponitur, ac utitur eo, ut comprimatur magis ex deligatura vena, & succedat interceptio. Quod remedium experientiâ potiùs quàm rationi Hippocrati innotuisse reor: mihi autem constat à manu sanguinem sursum ad nares ferri, atque in manu ob venarum arteriarumque extremitates, etiam copiosiores quàm in brachio esse anastomoses, & autopsia, & ratio dictat; & quod magis est, habes Hippocratem lib. de ossibus n. 17. venarum circulum asserentem hisce verbis. Venæ per corpus diffusæ spiritum, & fluxum, & motum exhibent, ab una multæ germinantes: atque hæc una, unde oriatur, & ubi desinat, non scio; circulo enim facto principium non invenitur. κύκλυ γὰρ γεγενημένυ ἀρχὴ ὐκ εὑρέθη. Si igitur venæ non habent principium, neque finē ex Hippocrate, erunt circulares nempè arteriæ in venas mutantur, per anastomosin. Si fluxum & motum sanguis exhibet sanguis semper fluere, semper moveri, & nunquam cessare; si verò continuò fluit per venas sanguis, debet circulo facto reverti, alioquin venæ exinanirentur brevi, & arteriæ nimis replerentur: ergò arteriæ venis reddunt sanguinem. Sed ad tuas rationes censurâ notandas accedamus: certè quòd æque à splene distet pes, ac manus, negare haud ausim, & proinde si ratione longinquitatis sectio venæ fieri deberet, è pede faciliùs, quàm è manu, crassiorem sanguinem educi, tibi libenter concederem. Verùm ista longinquitas, nec probat neque negat mea sententia, splenis cum pede vel manu consensum; quia in longinquitate vel propinquitate manus à splene Spigelij ratio non fundatur, tu verò rectè arguis non esse majorem rationem secandi venam manus quàm pedis, in quo tibi assentior, & equidem censeo, in lienis morbis, tùm manus tùm pedis venarum sectionem revulsionis nempe gratiâ aliquando prodesse; Siquidem Paulus Ægineta liene inflammato, sanguis, inquit, ab extrema manu ἢ κατὰ τὴν ἄκραν

Circulatio sanguinis probatur.

Prima ratio qua pedum & manuum æqua distantia asseritur.

χεῖρα

χεῖρα dimittendus eſt, eo quod revulſio longioribus intervallis fieri debeat, vel etiam propter naturalem quandam cognationem ἢ καὶ διά τινα φυσικὴν συγγένειαν, quam quidem ſecundùm rationem jurè tu in dubium vertis, & fortè evertis; ſat mihi ſit revulſionis à liene gratiâ interdum ſecari poſſe, ſicut idẽ Paulus lib. 6. eadẽ de cauſa hepate laborante è dextra manu phlebotomat; ajt enim, Venam quæ inter parum & annularem digitum, cum jecur affligitur; nam extremarum partiũ inanitio è longinquis magis facta, efficaciorem molitur revulſionem; ſed ad lienis morbos pedis venas etiam ſecari aliqui juſsére, ut (Aurelianus & Fonſeca in conſiliis, Ronſeus in ſcorbuto, & alis; & ſic conſiderandam absque gravi cenſura tua prima ratione, ad ſecundã conſiderandam, gradum faciemus.

Subſcriptio ſecundæ rationis. Secundam tuam rationem omninò tibi concedo, uti & Sanctorio, qui idipsũ exprofeſſo oſtendere conatur; namque dato, & non conceſſo per te, manum, vel pedem lienis morbis propter naturalem quandam cognationem prodeſſe; cur ſalvatella potiùs quã cephalica manus vel alia? Sic an iſchiadica potiùs quàm Saphæna? Sed ſi diceret Spigelius, eundem eſſe conſenſum, tua ratio contra Spigelium non valeret, quia illi ſatis eſt arterias manus, cum arteriis lienis conſentire, & tunc deberes oſtendere, neque cephalicam manus, neque venas pedis prodeſſe.

Tertia & quarta ratio impugnantur. Tertia & quarta tua ratio negotiũ mihi faceſſunt: tu enim urges ex Spigelii confeſſione evacuatum iri ſanguinem arteriosum, proinde tenuem & purum, non autem craſſum, fæculentum, & melancholicum, qualem educere liene affecto optamus. Undè ſi non fuerit facta, qualis fieri debet evacuatio, facultates omnes deſtruentur, calorque naturalis debilitabitur. Ex altera parte antiqui auctores ſalvatellam laudantes liene affecto, non videntur contemnendi, uti fuére Aëtius, Alexander, Actuarius, Aretæus, Gariopontus, Oribaſius, Soranus Epheſius & (Aurelianus, Primates in Medicina

cinâ Græci. Atqui Avicenna, Rhasis, Serapio, Haly Abbas, Rabbi Mosesſ, Arabes doctissimi; præterea Schola Salernitana, & Neoterici ferè omnes; & quod magis est Hippocrates 2. de morbis in morbo nigro ex manu sectionem proponit è salvatella, exponit commentator Petrus Salius, qui morbus ab humore melancholico pessimo procedebat, immò etiam ipse Galenus 1. de humoribus comm. 14. & 2. ad Glauconem 2. Quare tua ratio indirectè contra Spigelium probat, venam salvatellam non habere consensum cũ lienis arteriis; directè verò in totam medicorum Scholam invehitur. Equidem veneror antiquitatem, & tibi vellem assentari, unde inter Scyllam & Charybdim versor. Dicerem tamen à te veniâ petitâ, antiquos Medicos experimentis potiùs quàm rationibus innixos Salvatellam pro spleneticis laudasse. Sed deserere sensum, & quærere rationem cuius est? An censebant etiam, per arterias è liene sanguinem calefactum & attenuatum educi posse? ut Gal. 6. de locis aff. c. 4. pus è pectore per pulmones, per cor in aortam, & indè per renes expurgari posse docuit? quinto loco dicis haud tamẽ probas mea quidem sententia, sævam visceris inflammationem salvatellâ sectâ extingui non posse, immò contraria simul asseris (si tua verba benè intelligo) nempe non sistere incendia sanguinis, & in longis morbis refrigeratum iri potiùs habitum corporis; nam si non extinguit incendium, non refrigerat, & contra, si refrigerat, extinguit incendium. Profectò lienis inflammationibus ex Paulo venæ salvatellæ sectio (propter naturalẽ cognationem) & convenit, & maximè laudatur revulsionis gratiâ; immò in fluxionibus revellendis ex Hippocratis decreto & doctrina, venæsectio è manu vel pede illi præferenda videtur, quæ fit ex brachio; ait enim præceptor noster lib. de oss. nat. n. 2. & de natura humana 22. operam dare oportet, ut quàm longissimè à locis ubi dolores fieri solent, ac sanguis colligi, secemus: Sic enim minimè mutatio magna

magna de repente fiet, & consuetudinem transtuleris, ut ne amplius in eundem locum colligatur.

Sed si dicere vis in morbis longis & melancholicis prodesse minimè posse, sed refrigeratum potius iri corporis habitum, quia evacuando sanguinem arteriosum ut Spigelius fatetur, convenit potiùs sævis viscerum inflammationibus, videtur argumentum valde urgere Spigelium, & istum consensum arteriosum omninò destruere. Attamen si revivisceret Spigelius ille, & diceret, si arteriæ sectæ longis morbis prosunt immò doloribus antiquis hypochondriorum, & venas arteriarum sanguinẽ recipientes id ipsum posse, quid responderes? Si rationem quæras, afferre posset Galeni auctoritatem, & experimenta. Audi igitur Galenum de cur. rat. per sanguinis missionem ad calcem: arcesse, inquit, ad dextræ manus arteriam inter indicem & pollicem sitam, sivique fluere. donec spontè sanguis resisteret; effluxit autem non tota libra, subitò, itaque diuturnus extinctus dolor est, in illa maximè parte fixus, quâ jecur septo transverso committitur. Ubi multa notescunt, primò diuturnis morbis prodesse. 2. doloribus circà jecur secta arteria manus dextræ, & tamen in ea parte paucæ sunt arteriæ, quùm secta arteria manus sinistræ diuturni dolores circa lienẽ, ubi copiosiores existunt arteriæ, subitò etiam extingui poterant. Si quæres ex Galeno rationem, Æsculapium in somno jubentem proferet, id est, rationem Deo notam esse, & subiungeret, minister Dei Pergami diuturno lateris cruciatu laborans, liberatus est arteria in summa manu incisa; deinde diceret: porrò alteri, cui ex vulnere in malleolo inflicto dissecta arteria fuerat, sanguinis quidem cursus haud quievit, donec ego vocatus totam disserui. Vir autem ille quartum jam annum haud exiguis temporum intervallis, coxæ dolore vocatus, exindè prorsus sanus extitit. cap. autem superiori 22. dixerat, in diuturnis capitis affectibus arterias post aures secari, ut sunt vertigo, & capitis dolores,

lores, in temporibus autem ad oculorum fluxiones. Hæc eadem Ægyptus Medicis eſſe uſu familiariſſima ſi te legere non tædebit, reperies apud Proſperum Alpinum de Med. Ægyptiâ lib. 2. cap. 12.

Sextæ rationi tuæ non obſto: laudatur enim ſalvatellæ ſectio ad aliquot aliarum partium morbos, cum quibus vel eſt idem arterioſus conſenſus, vel alius in qualibet debet affingi, quandoquidem Hippocrates primo de morbis n. 25. in pleuritide ſicca venam ſecari, inquit, in manu ſplenitidem appellatam aut hepatidem, juxta utram fuerit morbus. **Sexta ratio accipitur.**

Ecce ſalvatellam dexteram vocat hepaticam; certè ex his nominibus Hippocrates non vanam loquutus fuit. Cur appellavit ſplenitidem? cur aliam hepatidem, σπληνίτιν, & ἡπατίδην, ſi ſpleni vel hepati conferre non novit? Scio dices non in manu, ſed in brachio tales extitiſſe venas, & in brachio vertiſſe Foëſium. Verùm ſi Hippocrates ſcripſit ἐν τῇ χειρὶ fideliùs in manu verterunt Calvus, Cornarus & Salius.

Sed ſi ſalvatella, dices fortè, ſpleni propter arterioſitatem confert, & pectori eadem de cauſa confert, immo etiam hepaticam pectori; ſed quæ arteriæ hepati? Ergò ſi falſa hæc arterioſitas, & illa quoque neque negare quis poterit ſalvatellam ſectam morbis pectoris prodeſſe, quia Hippocrates 2. de morbis 53. in Eryſipelate Pulmon. venas, inquit, in manibus tundito, quod confirmavit Gal. lib. de revulſione, in pectus ſi quid influxerit, ad manus retrahendum eſt, id eſt, revellendum, quare ſi ſalvatella dictis partibus non confert ob conſenſum per arterias, quem Spigelio negas; negare tibi non licebit aliqua alia ratione prodeſſe: quod quidem ego protuli, non profectò, ut Spigelium tuear, ſed & me ipſum defendam, qui aliquoties meis ægrotantibus ſalvatellæ ſectionem imperavi, & tu iterum atque iterum meam ſententiam efflagitando, à me actorum meorum rationem extorquere velle videris.

Ratio septima anatomica examinatur.

Septima tua ratio petita est ex Anatome, quâ evidentissimè ostendis, quàm longissimè manus arterias à lienis arteriis distare; multi enim intercidunt rami aliò vergentes secundum Recentiorum Anatomen. Sed ex Hipp. quædam venarum dependentia à manibus ad hypochonda colligi posse videtur; ait enim l. de nat. human. n. 21. & de oss. nat 12. de venis. Quartum par à priori capitis parte & oculis sub cervicem ad claviculas devenit, deinde super brachia supernè in curvaturas, postea per cubitos ad manuum juncturas & digitos; posteà rursus à digitis per manuum pectora, hoc est, volas, & per cubitorum incurvationes, & per brachiorum infernam partem ad alas, & ex costis supernè, altera quidem in splenem procedit, altera in hepar, deinde super ventrem ambæ in pudendum desinunt.

Hippocratis locus de vena summo deducta capite per brachii curvaturas ad extremã manum.

Sic videntur venæ incurvaturâ superiori brachii magis distare à splene, quàm manus venæ, & idem habere principium, ergo manifestum etiam sensum, ex quo etiam sanguinis circulus innotescit; à priori enim capitis patte vena procedit per brachium ad manum, & inde per brachium redit sursum, & facit circulum, hinc ad splenem fertur.

At si quæris illudens, an sanguis gignatur in capite, & illinc fluat ad manum, à qua ad lienem?

Resp. Hippocratem venas & arterias iunxisse, ut etiam Arist. has vocavit venas pulsatiles, & Hippoc. conspexisse arterias à liene ad cor, à corde sursum ad manum, inde venas à manibus ad caput. Ne censeas autem, sanguinem à capite deorsum fluere, quia Hippoc. non loquitur de fluxu sanguinis, sed de figura venarũ, ita & Aristot. venam cavam à corde oriri sensit, non tamen à corde sanguis per eandem venã fluit, sed contrà ad cor tendit; ita de superiùs ostendimus ex Hipp. 2. de morb. 20. Sed mihi in recentiorum Anatome quiescenti difficilior adhuc iste per arterias consensus apparet: tùm enim jam rectè dixisti, lienem arteriæ ramum sumere à caudice de-

scen-

scendente, manum verò ascendente; ex quo ego venarum atque arteriarum diversum fluxum perpendo, nec esse ascendentium & descendentium venarum & arteriarum motum unum, uniformem, & continuum. Declaro me; sanguis per arterias delatus statim atque sinistrum cordis ventriculum fuerit egressus, per arterias sursum vel deorsum fluit; unde contrarius est sanguinis arteriosi motus; alter enim à corde ut à termino à quo sursum ascendit per ramũ ascendentẽ dictũ, alter verò ac eodẽ effluens descendit per ramũ dictũ descendentem; sic evacuatio per saphænam ob connexionẽ Spigelianam magis à splene educet, quia adest motus sanguinis arteriosi à corde ad lienem, & inde à liene ad pedem; sed à liene ad manum nullus est sanguinis motus; non enim à liene sursum, sed à corde sursum movetur, undè arteriasecta nihil unquam poterit attrahere, multò minus vena ab arteria trahens; sunt enim veluti fluminis alicuius duo rami, ex quorum uno, si tota accipiatur aqua, nihil tamen ex alio ramo exhauriri poterit.

Arteriarum & venarum ascendentium non est idem motus.

Instantia.

At fortè diceret Spigelius, dato, unius rami fluminis obstrui viam, tota aqua in alium ramum ferretur, quòd si destruatur via, revulsionem fieri fluxuræ aquæ.

Respondetur, ut fluxuræ aquæ à primo flumine, ita sanguinis fluxuri à corde, nunquam autẽ fluxuri ad lienem eductionem. Sed hîc quæret aliquis, in puero in utero existente qualis est sanguinis arteriosi motus, dùm arteriæ umbilicales in cruralibus arteriis inseruntur, & debeat spiritus ad cor ferri, certè ab arteriis inferioribus ad cor & partes superiores ascendet.

Respondeo, talem non forẽ naturalem motum, nec enim ab aorta cor spiritum vitalem recipit, sed per seipsum gignit illũ, & in aortam transmittit: vivit enim fœtus vita propria, non vita matris, suas exercet actiones, à sua anima dependen-

 tes,

des, quæ non ociatur, nec una anima rationalis est sub imperio alterius animæ, satis est, ut à matre recipiat alimenta, id est, sanguinem, quod ipsa primùm sua facultate vegativa concoquit in hepate, postea reliqua exsequitur, quicquid in cõtrarium dicat Andreas Laurentius; nam non pulmo movetur in utero, & quandoque ibidem vocem & vagitus puer emittit; quòd si cor pueri in utero ad motum arteriarum matris moveret, per arterias umbilicales etiam extra uterum, donec resecentur arteriæ umbilicales, earundem motum sequi deberet; sed plorat & vocem edit; ergo sanguis arteriosus crurales arterias ingressus sequetur ordinarium motum sanguinis arteriosi à corde egredientis, & ad pedes fluet, & inde per anastomoses in venas meabit, indè ad cordis dextrum ventriculum, à quo ad plurimos, à pulmonibus ad sinistrum ventriculum & inde per aortam sursum, & deorsum, ut in adultis.

Andreæ Laurentii de nutritione & vita fætus in utero opinio reiicitur.

At diversa ratione se habet fluxus sanguinis in venis; non enim sanguis à corde, ut in arteriis, ad superiora & inferiora fluit, sed è contra ad cor, & sanguis à partibus inferioribus, & ab hepate ad cor ascendit, nec ultrò sursum ad cor item à brachiis, & è capite descendit, & ambo in cor suum motum terminant, ut fiat sanguinis circulus.

Quibus constat, partes affectas infra cor vena secta melius evacuari per inferiora, ut dicebat Hippoc. infra septum transversum per inferiora ducenda; Verùm revulsionis gratiâ per superiora, quia per remotiora ducere licebit. Et sic intelligendum esse decretum à te allatum censeo, & concludere possem, inanem esse Spigelij rationem, & à te id luculentissimè esse demonstratum; ubi te Herculem gessisti.

Suffragium Castelli ad explicationem M. A. Severini in Duretum.

Porro quia Paulus ex veterum sententia retulit inter salvatellam & lienem adesse naturalem quandam cognationem, quæ experientiâ, non autem ratione Medicis innotuit, uti multa sunt in medicina experimentis probata, quorum tamẽ nulla indubitabilis ratio afferri potest. Unde hic dicerem

anti-

antiquissimam fuisse opinionem non modò Hippocraticorum ac Dogmaticorum, sed & Methodicorum; (cum de Empiricis non sit dubitandum, qui experimentis acquiescebant, rationes eorundem spernentes) nam methodicus (Aurelianus ait: alii ex talo eiusdem partis, quæ patitur, alii ex medio digitorum omnifariam variis existimationibus tentati; sumunt enim atque deposcunt ex iis partibus, quæ facilè dividi possint, phlebotomiam faciendam, hoc est, brachiorum venis, nisi fortè ipsæ tumuerint, & ab hoc oporteat longè à patientibus partibus phlebotomiam adhibere, quò injuria lateat adjutorij, qui videtur assentiri Paulo revulsionis gratiâ salvatellam secanti.

Præterea quæ antiquissimorum patrum decreto sancita sunt, & à posteris confirmata, si nunc in dubium vertere vellemus, (dico de experimentis, non de aliis opinionibus) infinita essent refellenda, quorum ratio afferri nequit, ita tibi negare liceret, cucurbitulas lienis regioni appositas sanguinem è sinistra manu fluentem sistere posse; nam venæ à liene non videntur procedere ad nares; optimè enim nôsti venas à porta ad lienem ferri, non à cava; sic dices, errare Paulum hoc remedii proponentem. 2. Gariopontus liene duro existente incîdit venas post aurem sinistram cum multa sanguinis detractione, quod etiam ex Archigene imperavit Aëtius; sed quia venæ à liene non videntur ferri ad caput, dicas etiam, oportebit Archigenum, Aëtium, & Gariopontum errasse. 3. Galenus de facilè parab. ad Solon. 13. atque etiam Paulus ligatura preputij, & in mulieribus mammillarũ papilla deligata hæmorrhagiam narium sistere conantur; quis consensus est iste? an tibi autores mendaces? 4. Iam hæmorrhoidas à vena porta exoriri sexcenties tùm ex Anatome, & vidisti, & aliis ostendisti; sed venæ portæ cum capite consensum nullum unquã per venarum ramusculos vidisti, & tamen Hippoc. melancholicis, & insanientibus hæmorrhoidas supervenire bonum dixit

Multa habemus per experientiam quorũ rationes nos latent.

I. II. III. IV.

xit 6. aphor. 11. & 21. atque de judicat. n. 10. Hinc Medici communiter cum Aretæo, Paulo, & alii s hirundines melancholicis iis in locis admovent.

Præterea Hippoc. in coacis prænotionibus n. 3. ait; Si hæmorrhoides syderatis accedant, utile. An Hippoc. fallere & falli nescius nos decepit, quia consensus non est mani-
V. festus? 5. Plinius, Columella, Absyrtus, Vegetius, mulomedici in brutorum pestilentibus pulmonum affectibus, & deploratis Phthisicis impositas radices consiliginis in perforatas aviculas commendant, an omnes mendaces? nam quid auriculæ cum pulmonibus commercii. 6. De plumbagine re-
VI. ferunt auctores botanici impositam manibus dentium dolores mitigare, quid manus cum dentibus? 7. Circuli faciei ru-
VII. bescunt ex aphthâ pulmonis 2. de morbis 48. nares rubescunt calido existente hepate; quid pulmo cum genis, quid hepar cum naribus? dices, concussio labii inferioris vomitum præcedit, ex Hippoc. quæres cur? ego quoque quæram, quid uterus cum naribus, si odorata hunc sursum trahunt, fœtida deorsum pellunt? 8. Quid proprium venis post aures cum
VIII. testibus, ut sectæ sterilitatem inducant magis, quàm aliæ venæ, ut Hippoc. l. de aere, aquis & locis n. 50. scripsit? an falsa docuit? 9. Capite calefacto, inquit Hippoc. 2. de morbis;
IX. initio multa urina per venas defertur ad renes; sed cur magis à capite remoto quàm ab hepate, & corde, propinquiori-
X. bus calefactis? 10. Si quæris manifestos ductus à manibus ad lienem in cadavere inspicere, frustra laboras; nam nec venas lacteas inspicere unquam in cadavere poteris, quas equidem hîc Messanæ in semivivo cane ter clarissimè discipulis ostendi, aliquoties Romæ. Pariter nec ductus à ventriculo chylum lactis materiam ex Hippoc. doctrina ad mammas deferentes unquam conspicies: adesse tamen opus est, ut lib. 2. emeticæ cap. 59. clarissimè probavi; quare standum quandoque experimentis, licet eorum ratio reddi nequeat. Sapientissimè

Experientiæ credendum, ubi rationes desunt.

ꝛissimè enim C. Celsus initio suorum librorum, neque quærendum esse, inquit, quomodo spiremus; sed quod gravem tardumque spiritum expediat. Neque quod venas moveat; sed quod quæque motus genera significent. Hæc autem cognosci experimentis in omnibus eiusmodi cogitationibus in utramque partem disseri posse, itaque ingenium & facundiā vincere; morbos autem non eloquentiâ, sed remediis curari; unde, sicut venæ lacteæ in vivente conspicuæ sunt, in mortuo delitescunt; ita etiam plurimi alii fortasse erunt, ductus in viventibus, in mortuis autem nobis inconspicui: verè enim hæc prænoscens idem Celsus ita subdit; nec quid esse stultius, quàm quale quodque vivo homine est, tale existimare esse moriente, immò iam mortuo.

Tandem hisce nugis meis iam brevitatis terminum egredientibus, finem ut imponam, concludendum videtur; an usū salvatellæ sectionis à Medicina in totum tollere, vel Spigelij tantum allatam rationem enervare satagis, utrumque difficillimum tibi erit; etenim in hoc intendis, quia eandem experientiam ex præceptore meo Andreâ Cæsalpino Romæ Anno 1600. audivi, & postea ipse typis edidit lib. 7. pract. c. 27. dicens, non aliunde quam à vena portæ lien venas recipit, at si brachii venæ ex vena cava producantur, quæ communio est cum vena portæ? An ratione arteriarum per anastomosin fit communio? Ecce quòd ab initio huius scientiæ à me susceptæ tali doctrina fui imbutus, undè si nō magis urgebis, ab opinione dimovere nequibis, *Quo semel est imbuta testa, diu servabit odorem*, canebat Poeta. Sed si anastomosis ratio non placet, & fortè meliorem attuleris, applaudemus: Si verò primum cupis, quod non mihi videtur initio te significasse, intentum te assequuturum, diffido.

Licet enim tibi favere videantur, ut initio dixi Sylvaticus, & Sanctorius, quibus addere poteris Thadæum, Dunū, & Danielem Sennertum instit. l. 5. pag. 2. ca. 7. & l. 2. de feb. cap. 20. contrà tamen est experientia, & communis consen-

sus

sus totius Medicorum Scholæ, quæ fuit, quæ est, & quæ futura, Græca, Arabs, Latina, Methodica, Rationalis, Empirica. Vnde & Recentiores, qui Scorbutum morbum lienosum curant, ut Forestus, Henricus Bruceus, & alij, Salvatellæ sectionem plurimum prodesse fatentur. Et hæc scripsi, amice, Vir plurimùm observande, ut tibi morem gererem; si non erunt secundum tuam voluntatem, parcas quæso, voluisti apertè sententiam meam proferrem, libenter autem tacuissem. Interim vale, & me amare perge, qui te plurimùm diligo; & iterum

Vale.





Ad Perillustrem Virum, Eximiumque Rei Medicæ Scriptorem

D. PETRUM CASTELLUM,

Inclytæ Scholæ Messanensis Professorem Antesignanum, Marci Aurelii Severini Professoris Anatomici Neapolitani pro sua Seilomastyge Epistola.

CUm tuam equidem virtutem, Clarissime Petre Castelle, coluerim antea non vulgariter, hæc in præsens uno mihi nomine visa est præcipua, quod judicium de meo in seiles phlebotomen antisophismate, haud assentando quidẽ, & quod fit à plerisque, palpando, verum severè & censoriè pronunciaris, sicut amicum, ac Virum Philosophum decet. Quod quidem officium, præterquam quod mihi gratum fuit, necessarium etiam videbatur, ut doctis adversionibus tuis, atque aliis huiusmodi maturè providere ac tempestivè satisfacere valerem. Quid autem majus his controversiis, quas oculus Castelli Lynceus perviderit, ac disertus ejus calamus adnotârit; quos robustissimos ac firmissimos veluti Triarios sustinere, vel eludere si detur, hæc mihi summa laboris, hoc operæ precium sit futurum. Iam igitur aude mea adversus hunc tantum virum Minerva, & cum ipsa Minerva manu move. Videris Castelle singularis, hoc ad extremum universa de mea disputatione decretum conclusisse, ut vel ad veterum Magistrorũ labefactare sententiã vel novissimorum tentârim evertere consuetudinem. Neutrum successisse mihi; non certè priorem adversus antiquos

De sinceritate laudatus censor amicus.

Idem de perspicacia laudatus.

Responsio ad bicipitẽ doctissimi viri exercitationem instituitur.

conatum; siquidem infinitè potior est majorum doctrina, quam ut à nobis oppugnari, decretarivè queat. In utrumque membrum, quid paratum habeã ex ordine dicam: Priorem autem in partem hæc mea sunto responsa. Tantum abesse vero, & ausus ego fuerim Dictatoribus antiquis aliqua ratione contradicere, ut equidem horum decreta tutatus unicè fuerim: quo mea mens ex eo cognosci potest, quod mox in medium feram.

Quod ad oppugnatã antiquorũ autoritatẽ defensio nostra summa.

Placuit antiquis Medicinæ Magistris elidi venas manuũ extremarum, dextrorsum quidem jecinoris, sinistrorsum verò lienis inflammationi; qui morbus est acutus, non autem in tardigradis affectionibus, aut refrigrescentibus humoribus; rem ita definientibus omnibus nostris hominibus, qui hacce de re scripserunt, & Galeno 2. Therapeutico ad Glauconem cap. 1. & l. de venæsectione c. 5. & l. de anatome vivorum c. de vena cava, & l. de vena manus. Præceperunt autem absolutè prisci, tundendam manus venam, vel revulsionis vel inanitionis gratiâ. Illud quidem sub ipsis inflammationis initiis, alterum verò hacce progrediente, ac vigente, quæ quidẽ omnis acutorum morborum est procuratio; in qua utraque re facienda nil nos dissentimus ab heroicis autoribus nostris, quin & horum sanctiones ampliâsse nos dices non obscurè, siquidem ipse §. tertium partis 5. Scilomastygis nostri, qui sensum de hac phlebotome continet nostrum, attentè legeris, cuius interim loco traducta perpenderis hæc quæso. Est lienis quidem viscus suâpte natura melancholicum atque adeò frigidum & siccum, quod utraque qualitate adversatum non admittit facilè inflammationem, verùm huic obsistit quàm fieri potest maximè, nihilomin9 affect9 in calidos excitari nemo non nôrit, præsertim subitas inflãmationes, & improvisos æstus, id quod fit quidẽ tũ aliundè, succis abundè multis, seu per vicina, seu per longinqua vasa, facultate, undiq; deponente traductis; qui præter visceris propriũ humorem inculcati,

Legitima priorum sententia declaratur.

Scopi propter quos man9 vena pertusa est antiquis.

Enarratio consentientis phlebotomæ.

novo

novo deflagratu graviter excandescant. In hanc sententiã mecum cõvenit Bern. Gordonius in l. c. 7. quod est de positionibus lienis, tùm etiam inflammatio suboritur humore vel ichore quolibet aut circa lienem, aut in eius municipio recenter accenso, dextra sui vel sinistra parte, sicuti dixit Hippoc. l. 6. epi. 6. quo tempore lienẽ palpitare docuit Io. Riolanus 2. Schol. Anat. cap. 21. p. 220. at verò suscitatur eo sub viscere phlogosis seu densa sua ipsius crassitiæ, seu conculcatu, quorum utrumque primò transpiratum impediet, mox putredinem excitet parto fermento. Paritur autem hoc facilè propter acorem humoris melancholici te vel ipso, Castelle generose; monstrante in Decadis primæ epistolâ mihi nuncupatâ de ciborum in ventriculo fermentatione; qui succus melancholicus crassæ lentæque subditus materiæ, post longiusculas moras acidulam & semiputrem suscitat affectionem; qualem observare licet in vinaceis & vini tortivi diutulè servatis & immotis excitatum, sic ut gignantur indè culices vinarii, muscilliones vulgò vocati. Sic quidem à melancholia putredo venit; venit item à mera bile, cuius è proprio suo folliculo suffusæ complexum elemento calido fermentum inolescit. Jam igitur dùm primordia hæc inflammationis in lienis lare conflantur, siquidem ex adversa manu fortè fortuna proliciatur sanguis; scire licet intima corporis œconomia commoveri perennem humorem; de quâ commotione, ac permistione disertis verbis meminit Avicenna in l. 4. fen. 1. tract. 1. c. 33. atque adeò quemadmodum apud Virgil. Æn. 1.

Interea magno misceri murmure pontum,
Emissamque hyemem sensit Neptunus, & imis
Stagna refusa vadis, graviter commotus, & alto
Prospiciens, &c.

Haud aliter excogitatis introrsum humoribus, ac tentatis ab imo sedibus lien, ut symtomate se levet maximo, quale differit Galenus in libri undecimi method. med. cap. decimosexto,

Nostrum de phlebotome salvatellæ judicium.

P. Castelli suffragium.

Tum melancholiæ fermento tum à calido bilis elemenro suscitata putredo sub lienem.

Comparatio repræsentandæ corporis turbationi accommodata.

Lien degravatus cacochymia levetur

protinus suo genio atque ingenio, id est, naturæ ductu concitatus, ubi persentit è respondente manu tenuem hauriri cruorem continuum huic & famulitio suo subditum humorem, ad utiles operas suscitatum, qua desit alter, qui eximitur; suggerit identidem & subministrat. At hic mittentis imperio parē qua datâ portâ ruit, atque ad vacua præceps agitur, eructatione perpetua provolutus. Tametsi verò pugnare videtur huic locus alter ejusdem, qui est in l. de therapia per sang. miss. volentis ex ejusmodi vasculis nil effatu dignum educi; nihilominus de promiscuis hisce venis & de naturali earumdem habitudine dictum hoc accipio: secus enim, si artis accedat dexteritas factus selibiæ haustus dignus effatu profectò fuerit idem. Quare non discrepat nedum hic locus à priore, verum hunc confirmat potius.

Galeni cōtradictio.

Conciliatio.

Nam neque viarum incommoditas functionem remoratur, quando, sicut ait Duretus in Coacas §. de hæmorrhagia, maior est vis posita in forti cōtentione partis obsessę, quàm in venarum situ ad propulsandum, quo propulsatu jam confecto interea malè gravatus lien beneficium id consequitur inopinatæ suæ levationis & contemperationis, præsertim in tanta partium binarum ad se invicem rectitudine, quæ una satis est Galeno de sang. missione, ca. 16. interprete Iuberto parad. 9. decad. 1. nec non si sanguinis effatu digna multitudo fluere procuretur. Quid quod sicut subduxit Prosper tuus Martianus in Comm. de nat. hum. vers. 20. paret hac occasione sanguis pessimus exitu primo prodire, proxima de vena, & cū parte malè affecta rectitudinem habente, cuius rei testimonio dicit esse, quod apoplexiæ præcipiti malo, quæ propter cacochymiam esset cathartico removenda, nihilominus sanguinis emissione succurritur, & cum profectu. Deinde confirmat hæc autoritate summi Dictatoris 2. de ratione victus in acutis vers. 20. sanguinē emitti jubet, donec multò rubicundior effluxerit, aut pro puro & rubicundo lividus, &c. quæ sedulitati

Dureti suffragium.

Multitudo sanguinis necessaria levando lieni.

tuæ

tuæ commodè prævidere licebit. Accedit opportunè si verũ est quod scribit Lazarus Sotus vir herclè gravissimus comm. de locis in homine tex. 17. quòd venæ parvæ, quales sunt quæ in extima corporis superficie sitæ sunt, sanguinem habent tenuissimum & calidissimum, ad cuius evacuationem sequitur eius loco sanguis intima corporis parte contentus, qui febrilis caloris censetur causa; quapropter internæ partes non solum refrigerantur eventatione factà, sed etiam evacuabitur morbi causa, accedente generali consensu venarũ, hepate & splene, de quo cum Hippocrate dictum est. Hæc opinione quidẽ mea non tàm sub novis, quæ sub inveteratis etiam morbis orta, recenti succorum putredine melioris valetudinis sub melancholico corporis apparatu promovendæ ratio est ex phlebotome, si phlogosis aliqua postulet, affectus suadeat, natura faveat, virtus permittat, series causarum necessariarum non abnuat, atq; ars demum dignotrix peritaque administratrix accedat, intelligentia directrice, cuius consilio ritè recteque concludatur opus; nam & vasorum inanitio si talis fiat, qualem fieri oportet, confert & leviter ferunt; quod Divus ait Hippocrates. Quæ equidem produxi ferè coactus ab obstinato, & pugnavi studio rem medicam factitantium, qui majorem in modum proclamantes, & arguantes neutiquam patiuntur hoc remedium absque sua fruge transigi præjudicata. Ego verò arbitror frugiferũ hunc usum venæ sectæ seilem eundem futurum, si quando hac eadem opportunitate fervescentis humoris ac præsentis inflãmationis in lienis ambitu superior basileæ surculus, qui sinum adrepit cubiti, purgetur, accidit autem manui sors hæc, ut quod brachio debebatur, sectionis emolumentum extremo corporis termino referatur, quod quidem durum est & Baptistæ Sylvatici l. de venæ salvatellæ sectione p. 33. Adhæc arbitror, expresseque profiteor, quotiescunque

Lazari Soti suffragiũ.

Compluriũ circumstãtiarum requisitus.

Commune Basilicæ phlebotomes cum seile beneficium.

voto respondeat instituentis hæc venæsectio, toties etiam responsuram pariter fuisse, si quidem interna cubiti pertusa fuisset, phlebotomiam; adque adeo nihil admirandum videri, venam hanc delectam, & suapte natura defectam profuisse. Quare communis hæc degravatio jam haud singularis salvatellæ prærogativa cognoscitur; sed quoties aut experimentum, aut testimonium novum, antiquum, verax, confictum prædicantium patronorum aut scriptitantium salvatellæ conducibilis auditum est, subinde contenterim equidem promiscuum & commune basilicæ subsidium aliàs medenti servatum, quod & gravissimi viri Francisci Perlæ Calviensis in Comm. 33. lib. Hippoc. de loc. in homine judicium fuit. Nec si princeps probaturvè quispiam alius, Græcus, Latinus, Barbaro-latinus, & Arabs autor hæc, quæ salvatellæ faveant, prodiderit, aliter interpretandus, qua quo dixi pacto, statuetur à nobis, qui simplici & solo in experimento aut eventui nõ acquiescimus. Quapropteristorũ nemo tradiderit aut præceperit extremæ manus phlebotomẽ; qui nõ continuò statuerit secũ eandẽ & à cubito frugem futuram: enimverò nulla ratio dictat, nullaq; demonstratio persuadet, opẽ quæsitã quampiã venturam ex lacessito manus extremæ surculo, quæ non eadem medella profectura sit ex paulò superiore ramo; itemque propter anatomen evidentia suaserit nulla intercedentem inter manum extremam ex liene sympathiam, aut commercia specialia venæ Seilem & eius visceris subesse; nec si felicitas observatoris Ahenobarbi, cuius meminit alicubi Sanctorius aliquo casu succedat, ut uno progressu de brachio in lienem patate via. Hæc quippe continuatio si detur, idem erit utrorumque vasorum ad phlebotomen aptorum usus; immo verò multò potior erit ex superiorib9 brachiis inanitio, utpote quæ confertior: Quapropter hæc deligenda, nisi tamen ad sectionem impedita sit interni cubiti sima, id est, si venæ carne atque adipe nimis fuerint obductæ, aut dolore, debilitate, collectione, ulcere, fractura, solutione denique omni, ancyle, ci-

Nulla salvatella prærogativa.

Francisc. Perlæ suffragium.

Nulla seilẽ cum liene sympathia.

Elevatur omne de selem retinenda studium adversantium

Casus & tẽpora sub quibus singulis seilẽ venis cubiti succedanea fit.

le, cicatrice, & hoc genus malis occupatæ. Ad præstantiã adde, quod ex interna cubiti vena fluit emolumentum derivationis unà cum revulsione coniuncta; quod auxiliũ, quodque consiliũ sub visceris inflammatione serio spectandũ non advertit Ægineta, qui revulsionem unam duplici muneri prætulit inconsideratè. Ad hæc autem, si virium cavenda dispendia, prætexat quispiam, ostendi fusione mea disputatione, potiùs ex seile futura detrimenta, quàm emolumenta conservandæ facultatis vitalis; alleganti verò partium consensum, statim occurrerim inficiatus accuratâ omni per anatomen observatione respondente, nullam ad lienem aquæductum, aut vicissitudinem privatam vasorum interdigitalium esse; nec quousque consortium consensusvè naturalis inter has præcisè partes inveniatur, affirmare constanter licebit, salvatellę cæsuram lieni laboranti privatè conducibilem fore; immò verò, si hæc commercia inveniantur, neque hoc internæ cubiti præcellentiam tollit.

Consensus Æginetæ.

Ad instantiam occursatio.

Nulla Seilem cum liene sympathia.

Interim verò finitentur experimenta receptorum idem beneficium; neque aliquid facit eventuum eiusmodi cõprobatio, quippe rerum certo consilio gerendarum omne stat in ratione momentum, citraque hanc incerta est, & fallax experimenti fides in medicina, præsertim ab anatomico si pendeat judicio. Porrò ratione nititur, non è converso; & virtus experientiæ regitur à ratione, non è converso; quandoquidẽ singularia concedunt universalibus, & non contrà. Sed enim his constat ratio, illis experientia; quapropter Apollinis filius Æsculapius, qui, quòd experimenta rationibus exornavit, in Deorum ordinem relatus est. Jam verò sit autoritas firma, salvaque salus salutari venæ seu quidem experientiâ seu sympathiâ constante, quæso bonos judices cum Cardano lib. de libris propriis, quod non eadem phlebotomes virtus valet à principio prodesse, aut quid ab exordio languoris beneficio non utuntur, aut quid præposterè abutuntur medici, neglectores utilitatis?

Rationis pondus quantum & quale sit.

Æsculapius quare inter Deos relatus.

His

Dictorum complexio

His omnibus nostris ostensionibus apparet, haud quicquam nos adversus antiquitatem ausos in hac hypothesi nostra fuisse, verùm miris modis consensisse; quinimmò laborem omnem nostrum, industriam ac studium pro retinendo conservandoque genuino istorum placito collaborasse. Accedimus nunc ad novissimorum factionem, opinantium de salvatellæ phlebotome salutari, quàm cùm ego monstrarim à principum autorum decreto simul, & à vero aberrantem, nilque miseræ mortalitati sub vetustis melancholicisque malis consulentem, sed sæpè nocentem: has easdem numero meas rationes contra quam ipse, subtilissime Castelle, censeas ex adverso, comprobo stabilissimas.

Dogmaticorum assertorũ hîc se profitetur autor.

Difficile de Harvæiano placito iudicium.

Suffragia ex Hippoc. minus genuina, nec Galeno cõprobata.

Quòd enim consensum manus venarum cum liene suadeant per id, quod sanguis revelato per Guilielmi Harvæij solertiam arcano refluus in circulum videatur, id me non movet, qui dogmaticum hominem professus secundum recepta communiter à nostris dogmata disputavi Guillelmo seposito, cuius opinionem aut non admiserunt omnes, aut vna quasi epoche, nec renunciatam nec comprobatam reliquerunt. Quippe rei tàm abditæ tàm impeditæ iudicium quotusquisque doctus arduum experitur, nec tàm facilè, tamq; liquidò, quantum quisque putet, huic hypothesi suffragatur Hippocrates, tùm quòd hi loci, quos perspicaciter advertisti, non tã respondentes atque adæquati sunt, quàm reconditi, tùm etiã quòd autor istorum Hippocrates certus non est, debuissetque Galenus eiusdem genius, Hippocratica hæc, & si gravissima, singulariter advertisse, expedisse, in usus vertisse, & modis omnibus excoluisse. Atqui sedulus hic interpres singula Hippocratis scripta profundè ac lapsa divinitus & vestigavit & percalluit, ponderavit, & ex instituto versavit. Ad extremũ autem hæc eius pretii non æstimavit, ut in recurrentẽ perpetuò sanguinẽ fuerit interpretatus; fortassis autẽ sic interpretatus vir est hic Hippocr. secundus, ut non de recurrente in gyrum sanguine, verũ de coordinatione vasorũ universali fuerit pro-

fessus,

fessus, quemadmodum Lazarus Sotus Pincianus, & Prosper Martianus Hippocraticæ sementis cultor egregius, quem virum ipse, pie Castelle, redivivum operum eius evulgatione fecisti; suis in commentariis exposuerunt. Andreas verò Laurentius in lib. 8. Histor. Anat. quæst. 15. Principium illud libri de locis in homine sic interpretatus est, ut conceperit auctor unam & coævam partium animantis omnium confirmationem, qua cõstituta creationis totius æquævitate nullum humani corporis respondentium & consentientium undique membrorum atque vasorum velut circuli licet reperire principium & finem, sed unum quasi aquæ fontem esse, cuius se ortum desitumque fatetur ignorasse, quam rem & ignorari naturâ testatus est in l. de locis in homivestibulo per hæc: Mihi quidem principium corporis nullum videtur, sed similiter principium & etiam finis. Circulo enim scripto principium non invenitur, traductore scilicet primo fluxus spiritus, motus, primoq; vitæ promotore prorsus ignorato: Enimverò nos perbenè scimus, cor vitæ fontem, hepar nutricatus, cerebrũ sensus agitatus; Verùm tamẽ haud tenemus, unde sit primus influxus primusq; in tanto circuitu transmeatus. Ita cunctorũ reciprocæ sunt opera, ita conditorum continuus complexus. Huc ejusdem Hippocratis duo spectant oracula, quarum alterum memoriæ mandatum est lib. de locis in homine, per hæc; Communicant autem omnes venæ & confluunt inter se mutuò, & aliæ quidem sibiipsis per se committuntur, & coincidunt, aliæ verò per venulas à venis extensas, qui tertius erat locus Hippocratis differentis de confluxu venarum communitate generis, ut exponit Casparus Solus, aut circulo sanguinis. Alterum est in l. de structura hominis ad Perdiccam Macedonum Regem n. 2. in quo anceps seriò fuit, cordi ne, an hepati deberetur prima munerandi gratia, ac proinde neutri tribuit, aut negavit munificentiæ reciprocatum vicissitudine duorum viscerum sic exposita. Arteriæ quidem purũ

Castellus æditionis Martianeæ promotor.

In animantis corpore nullus absolutè primus vitæ opifex.

Hippocratis oracula.

Hippocratis loci singularis expensio.

sanguinem & spiritum recipiunt, venæ autem ipsæ à corde sanguinem sumunt, per quas corpori tribuitur. Sed jecur cordi sanguinem non præter veri fidem affatim suppeditat. Nam ignis absque materia persistere non potest. Hæc quidem ille, quasi monstrârit communicantium, haud alterutrum ordine temporevè prius; siquidem nihil in natura corporis aut constitutum aut effictum est prius: quum quidem Hippocrates in lib. de diæta decrevit, partes omnes præsertim principes uno eodemque tempore conformari; quare cum æquævæ sint, atque arctissimè colligatæ, respondent sibimet confluuntque ad invicem, æquè, sic ut incomprehensibile sit unum omnium principium, aut finis, aut unus earum veluti circulus videatur; circulus, inquam, communicantium viscerum internorum, quem multiplicem internorum in communicando circuitum proposuit Hippocrates l. de diæta, & exposuit D. Ant. ponce 8. Crucius in Hippocraticæ Philosophiæ com. xcv. in quo loco præclarè disserentem ausculta. Nihil porrò fuerit luculentius eo, quod dixi. Est alia accurata demonstratio descripta per eundem tuum Hadrianum in lib. 3. de corp. human. fabrica p. 154 quod externis principiis generationis γενήσεως, radicationis ῥιζώσεως, dispensationis διωχήσεως, nullum horum extat in animantis πληρονομία, quod comprobare queas; quas ob res circulum quidem venarum aut sanguinis per incertam earum originem audientes Hippocratem, admittemus. At verò remeatum de viscere ad idem viscus propter Hippocratis orationem haud admittemus; satis hîc recursus agnoscendus videtur ex ingeniosa Harvæij dictatione, qui & ostensiones addere conatus est sanè præstabiles. Verum tamen non expedita contradicentium controversiis & ambiguitatibus sanctione, ex qua ipsa, ut profitear demum, quod sentio, maiorem opinio mea, quàm Hadriani manet sui comprobationem. Quantò enim adstruetis vos confertiorem sanguinis Harvæianum recursum, gyrisque multis repetentem.

Vno simul tempore confirmatæ corporis omnes partes.

Guilielmi Harvæii præstantia.

tem priora studia fluorem; eò certiùs si rectè advertat, ex locis venarum extimarum maioribus, quàm minoribus fructuosè licebit eximere sanguinem. Illic enim ubi patentiores sunt anastomoses & refluxus, citiùs & commodiùs licebit venæsectionis fructum referre, saltem verò si non gravioribus, certè paribus momentis, sicut negabit ingenuè nemo.

Ad hæc, & quò magis reciproci fuerint hi sanguinis affluxus, eò magis delecta Seilophlebotome, magisque satisfecerit communior phlebotomia, quum maior est sanguinis ad majora fluenta confluxus, quàm una mihi per bonitatem tuã factâ licitatione; rursus est & altera gratificatio, quandoquidem Harvæiana professione tuis jam suffragiis approbata, si verum est, ut ipse, bone Castelle, constituis, frugiferam salvatellæ phlebotomiam, equidem non video, ut effugere queas, & exponere, quo pacto non eadem manatura sit fruges ex interni cubiti sectione, quam eandem difficultatem neq; etiam Spigelio posse declinari nostris aliis aliàs rationibus planè demonstravimus: quas demonstrationes instituti nunc nostri non est neque otii repetere. Tantum illud unum non tacebo, quod tùm robore, tùm pondere fuerit pro quàm plurimis oppugnamentis; id est, exuisse semel Hadrianum suffragantis Harvæij beneficio, cum is instituto tuo liquidò constituerit anastomoses, quæ complures superiorum manuum facie sunt, brachiis mediis omnino nullas. Quod autem has partibus brachiorum torosioribus Anastomoses homo Bruxellensis adempserit, eiusdem ipsius verba declarant. Tandem devenio ad tuas oppugnationes, quæ eodem quo propositæ sunt ordine, ne quid excidat indiscussum, puto satiùs, ut singulatim expediantur. Quod autem ad tuam primam censuram attinet, dicentis, quod longinquitas sectionis venæ non probat nec negat splenis cum pede vel manu consensum, quia in longinquitate, inquis, aut propinquitate manus à splene Spigelij ratio non fundatur: huic tuæ enarrationi occurro, memorans

Harvæii se beneficiis exuit Hadrianus.

Ad primam eximii Castelli oppugnationem occursatio nostra.

Hypotheses nostræ declarãtur.

rans interim, referre maximè de pede, an de manu phlebotomes actum observemus, quandoquidem problema propositum est, haud de promiscuis membris externis, verum de manu ac de læva, & huius præcisè parte, quæ digitos interjacet postremos, deque illa privatè vena, quæ minimum digitum adrepit. In hanc igitur manus lævæ venam, quæ salubris dicta est Rhasi, in hanc, inquam, non aliam enodatio problematis cadere, collinareque, non autem ad pedes evagari debet, quæ nihilominus enarratio, si nil curata lege problematis ad manum dextram evagetur ac transferatur, per Adrianum exponi velim, & quo pacto phlebotome de dextra manu facta juvat afflictum hepar, quod pariter ut lien arteriosum non sit? An benefaciat igitur alia quapiam valentiore licèt communi ratione. Porrò, quàm non necessaria, nec singulari, sed promiscua levique ratione beneficium aliquod præstet, Bartholomæus Eustachius diligentissimus Anatomicus in lib. de vena sine pari, calce enucleavit per hæc: Insuper etiamsi concedatur eandem venam (ἄζυγον) ut ipse asserit, in dextro latere consistere, non propterea, quod ab axillari dextri bracchii in pleuritide sanguis, hinc perpetuo sanguis exhauriri debet, quia sine vasorum & fibrarum sensu, rectitudinem ab Hippocrate servari, docet lienis inflammatio; in qua secta vena sinistri bracchii, nulla inter eam & vasa lienis intercedente familiaritate, maximam afferre utilitatem nemo medicorum non novit. Hæc Eustachius, ad cujus afferta si nos animum mentemque diligentius intendamus, plane percipiemus haud ulla quidem arcana & operosa ratione ab ea subsequi sectione quæsitum emolumentum, verum à simplici & sola inter degravatam & exoneratam particulam κατ' ἴξιν rectitudine.

De salvatellæ dextræ phlebotome controversia.

Eustachii de communi benefacientis salvatellæ ratione.

De pedis salvatella.

Sic & pedis fructuosa compunctio non ita religiosè neque mirabili cum medicorum observatione ex vena, quæ inter minimum & annularem digitum excurrit, elicietur, quod

est

est contra problematis assumptionem & quæstionem: hanc autem pervertere, privatamque rem cum aliena, & prærogativam unius cum communi conditione confundere, non potest videri non impossibile; non aliter sanè, quàm si privilegium annulario digiti deferentis gemmam auro complexam ad cor exhilarandum arcano consensu, quem explicat Aulus Gellius in Noct. Atticar. x. transferretur ad auricularem; aut si quę dextro debetur testi facultas traduceretur ad sinistrũ, aut si de genuino dente disputatione præscripta caninis obloquremur, aut si in phlebotomes genere cephalicam cum cubiti venis, aut ischiadicam cum saphena commutaremus. Ob id neque dicas, egregiè Castelle, si Spigelius eundem allegat consensum, meam rationem nil operaturam, quia satis illi sit arterias manus cum arteriis lienis consentire. Ad hæc porrò respondeo bifariam. Primò si Spigelius admiserit eundẽ salvatellæ cephalicæque cum liene consensum; tum ego cõtradixerim, quod si tollitur singulare salvatellæ privilegium, quod tum sollicitè custodire gestiunt homines vestri. Deinde quod per approbationem hanc unicè velim, ut appareat, nõ magis salvatellam quam cephalicam frugiferam esse. Quod si valuit inducere mea ratio; valentissima mihi est eadem, unde triumphum cano; tantum abest, ut te judice sit inefficax. Verum enim verò dicam, quod sentio, à sua longè opinione dissentit Adrianus; nempe salvis aris & focis, nunquam concessurus est idem, æqua & venæ scilem & cephalicæ merita, quia satis ipsi sit, per communes arterias lienem & manum sibi mutuò consentire. Adriani mens.

Id enim profiteri summoperè cavit Hadrianus; quæ res quidem ita patebit, si prius aliqua repetam minus adversa per nostros homines plerosque, Tu, vir æquissime, & his aures accommoda patientes.

Non fuit hoc primum ipsius inventum Adriani, verùm id detorsit ex Jacobo Carpensi, qui contextum explanans Mundini de vena cava descendente cum occurrit illi quæ- De synostomoseon

vi commentum primũ Carpensis fuit.

ſtio de ſalvatellæ utilitate, ſynaſtomoſes venarum & arteriarum agnovit cauſas, quo invento volens uti bonus Anatomicus advertit non reſponſuram enodationem; quia continuò poſſet argui, quod cum venis cubiti ſynaſtomoſes complexæ idem operæ valerent; quod cavens homo ſagax numero plures anaſtomoſes extrema manu, quàm in brachio commentus eſt, eo propoſito, quòd extremæ partes calore indigeant uberiore. Sic tibi viſus eſt quæſtioni & conſilio tuo pleniſſimè ſatis facturus, quibus utriuſque uſibus tamen minimè ſatisfecit perſpicuis multis rationibus, quas ego fuſiùs meã in locupletiorem adverſionem conjeci: ſatis autẽ una illa videri poteſt, quod majores in cubitis anaſtomoſes grandium venarũ præponderare aut ſaltem æquipollere debeant minutiſſimis plurimis alteris puſillarum venularum. Concedat aut non concedat Hadrianus communem conſenſum præter naturã, mihi non eſt difficile virum hunc atque alios item ſalvatellæ mordicus faventes de cauſa dejicere. Interim, ubi deſideras, Caſtelle præſtantiſſime, ut ego cephalicam, quemadmodum & venas pedis conſertas nullo planè uſu lienis levandi reponam; id equidem abundè præſtiti, monſtrans in meis hypotheſibus, quod rami venæ cavæ ſive deſcendentis ſive aſcẽdentis minimè conſentiant lieni, cuius altrix eſt porta vena.

Hadriani calliditas.

Anaſtomoſes venarũ cubiti paucæ æquipollent alteris confertioribus manus.

Tranſeo nunc ad tuas tertiæ quartæque meæ rationis oppugnationes, in quarũ una parte cũ apponis antiquos hac uſos phlebotome, non ſine fructu; dico fructuosè quidem uſos ſub initiis morborum, & horum inflammabilium, ſeu confluxum humorum revellentes, ſeu copiam deplentes, nos vero juniores & audaciores abutimur hoc eodem præſidio, tùm in veteratis jam affectionibus, tùm citra inflammationẽ, tùm languente jam homine, non revulſionis, aut depletionis gratia, ſed uſu quodam inconſulto medendi, rituque falſo. Jam verò cum Hippocrates & Galen. præterquàm quod enarrato duntaxat modo meminerunt huius phlebotomiæ, quandoq; manum

de animadverſis Caſtellianis diſceptatio inſtituitur.

Quam ab errans mos noſter medendi ab antiquis.

manum simpliciter apellantes, brachium intellexere, quam rem non comprehendit P. Salius locum 2. de morbis exponens. Petrus Salius notatus.

Cæterùm quòd insecta salvatella multis auxilio fuit, dico factum hoc, tùm sæpe per accidens, quia nimirũ his empiricè medentibus non creditum in affectu longo fomentum inflãmationis restrinxerunt, ut principio mei sermonis lucidius enarravi, etiam, quia citrà hanc opportunitatem officit sæpè salvatellæ sectio, quemadmodum & Sylvaticus, & Sanctorius, & Riolanus, & Duretus, & Fornelius, & Bartolini pater & filius admonuere. Quare non tàm salvatrix quàm salivatrix, neque tàm salubris, quàm salus ubi nominanda videtur.

Quinto loco cùm accusor, quod mihi ipsi contradixerim, sic ego me tueri possim; si mea ad amussim verba perpendantur, nihil in his contradictionis inesse: primùm enim aio, per adhibitam perperam hanc phlebotomiam non restingui lienis æstuantis intemperantiam, quippe quod non collimet extremæ cavæ sectio peccantis venæ portæ longè dissitæ scopum. Interim tamen homines melancholicos cæteroquin frigido corpore, quod morbi vetustate, catharticorum & chirurgiæ inanitionibus quassatum, ac prope cassum est, exhaurit. Atqui sunt hæ diversorum generum hypotheses; contradictio verò secundum expositas eiusdem sententiæ affirmationem ac negationem constat autore Philosopho.

Sed quæ sequitur Spigelij se defendentis, aut per te maxime Patrone, defensi accusatio sub morbis diuturnis, etiam verò multam opem manare sectarum usu arteriarum, declarantibus nonnullis apud Galenum historiis abs te præclarè productis, recipit hæc vestra tuitio nostram hanc refutationẽ.

Primum quidem haud ita certum est, arteriotome per Galenum propulsata vitia verè vetusta, id est, quæ sub vetustate refrixerunt: verum tamen hæ in vetustate etiamnum vigent & fomitem retinent caloris, qui per paroxismos declarantur

rantur affectiones omnes, & cephalææ, hemieranici cruciatus, melancholici mœrores, rhæades, epiphoræ diuturnæ palpitationes, hystericæ exacerbationes, item quibus est adjuncta succi salsedo, arthritidis quædam species, perirrhæa, ischiadici & psæadici recursus, de quibus Aurelianus, etiam inter hæc omnia vitia, splenicæ indignationes, quæ suo in chronico lentore exacuuntur persæpè quemadmodum aliàs declaravi. Interim non ignoro aliam fuisse nodi resolutionem allatam à Petro Peramato, viro alioquin erudito, qui in lib. de curandi ratione cap. 30. causam retulit ad diuturnam fluxionem sanguinis calidi, tenuis, flatulenti, per arterias transcurrentis, quę fluxio revulsione demum phlebotomes exhauritur; si l. 30. de locis affectis cap. 8. percurata est ex arteriotome post tempora vertigo, quam halituosus calidusque spiritus per arterias delatus fovebatur. Verum enimverò I. de vacuandi ratione cap. 30. (boni Peramati pace) vel hæc perpetuò fluxio perennem item, non momentaneum cruciatum induxisset, vel si semel tantum, in meam recidit eiusdem expositio.

Peter Peramati resolutio.

Hæc una depulsio nostra esto citrà memoratam disparitatem, quæ aliàs hîc nondum proposita, quod hepar calidũ est viscus, ac præterea, quia calor urgebat inflãmatorius, quẽ ritè depelli per sanguinis eductionem uberiorem proposuit idẽ autor. Ad dolores quidẽ sedandos fuit omnis usus arteriotomes, Galeno atque Ægyptiis Autoribus, verum nos ad vitia melancholica, atq; ad obstructionis infarct9 sive levandos sive tollendos, non arterias utique sed venas elidere consuevimus; elidimus verò salvatellam virium dispendia caventes; atqui verò doloribus afflictatos, & integros adhuc homines excedentis vacuationis modo, non extenuatos & morbidos hac vacuatione tentamus, etiam paucâ sanguinis jacturâ contenti. Adde quod nostra non est hypothesis de doloribus inflammatoriis, præsertim lienis, verum de sedatis vitiis ipsius, in his quidem depellendis repugnamus; in illis verò facilè concedimus

Hypoteseõ imparitates.

Aliæ rursus disparitates.

dimus arteriotomes emolumenta, neq; enim in his deesse putandum est spiritus acrimoniam, sanguinisque fervorem pungitivi vel exustivi. Secus enim fructus haud sentiuntur exhausti sanguinis arteriosi. Judicium autem excedentis intemperantiæ notare licet, excedentem etiamnum & adusq; spontaneum exitum, aut ad libræ mensuram inanitionem.

Sextæ tuæ adversioni, quæ meminit hepatitidos, spenitidosque venæ sic occurro. Præterquam quod libri genuini nō sunt Hippocratis, ut Hieronymus Mercurialis in Hippocraticorum censurâ confirmavit; ad hæc splenitis & hepatitis nominatæ sunt more vulgi, quod pleraq; desipienter arbitratur, & effutit; quæ enim in venarum nostrarum complexu hepatitis, aut splenitis? An splenitis fortassis illa, quam Ahenobarbus apud Sanctorium affirmabat comprobasse, immisso in salvatellam stylo longo continenter adusque splenem tramite deducto? Quid autem si nominata manus est, intellecto brachio; quem morem Hippocrati fuisse testatus est Galenus in gloss. & in l. 2. de usu part. c. item. 2. & l. 1. de motu musculorum. Ad quod est longè maius pro toto brachio, hoc est ipsū humero, cubitoque comprehensum, ut haberetur pro parte manus, contra quam nos, qui manum habemus pro parte brachij; quam ipsam adversionem aperiit nobis inter juniores primus Prosper Martianus, tuum, Castelle, corculum, & ocellus in comm. ad 2. de morb. sect. 3. vers. 90. qui vir ibidem loci constanter affirmat, & affirmando demonstrat non cognitam Hippocrati suoque ævo sectionem hanc manus: immò locus hic & splenitidos mentio facilè se prodit cubito interiori applicandam, quod in l. de locis in homine vers. 66. splenitis eadem vena cum humeraria committitur, & l. de steril. vers. 326. dictum est. Postquam autem ab hac curatione desiveris, his quæ secundum naturam fiunt desinentibus, sanguinē de manu detrahere oportet, siquidem fortis fuerit, de ambobus brachiis, si verò debilior, de altero sufficit.

Ahenobarbi sycophantia.

Brachium pro parte quæ manus est.

Cuius utriusque sive Hippocratis, sive dulcissimi Martiani traditionis mirarer equidem, quòd non memineris, nisi quod (amicè dictum amicè patere) memoriam sopivit vis contentionis, quæ in plerisque sæpè prævaluit; sed enim ago gratias, quòd interim in his ipsis multa mea me cum fruge exercitaveris. Verum ad cætera pergamus.

Mira de salvatellæ phlebotomes usu testimonia felicesque curationum suprà fidem ac rationem comparatarum successus exposuisti, ut non suspecta sit varitatis etiam, si ἄλογος seilem ad libellam κριτικωτέρως exacta. Cui quidem argutationi, æquissime Castelle, ac secretæ cuidam Homericæ curationi confido me plenè satisfecisse in priore quod elaboraveram scripto: nihilominus & in hoc ipso problematum tuorum censu non me tædebit enodationem luculentam exponere singulorum.

Ad Homericas, id est, admirabiles curationes.

Post hæc Aureliani testimonium producis, perinde ut dederit salvatellæ suffragium, quod ego nihilominus adversariũ vobis, mihi consentaneum interpretor, & professus aliàs sum in disputatione mea locupletiori, quando Cælius in despectũ potiùs salvatellæ medelam, quàm in approbationem acceperit, hisce verbis; omnifariã variis æstimationibus tentati, atq; his alteris longo à patientibus partibus phlebotomiam adhibuére, quò injuria lateat adjutorij.

Problematis explicatio propositi per Aurelianum.

Quid autem despicientius, adversantiusque hoc ipso? quò injuria lateat adjutorij? Verum ubi non in despectum, ut dictum est, obloquutus fuerit Methodicus sic ensis, omnibus tamen modis succedaneam & subrogatam fecit hanc phlebotomiam, quod nimirum illud est; (quò injuria lateat adjutorii) ut noxa quæ fuerat inducenda per compunctionem cubiti extumescentis lateat, hoc est, cassa, nullaque sit.

Problematis enodatio prima.

Adhæc inductionem institutam plurimorum remediorum, quæ medicis antiquioribus solemnia fuerunt, principio proponis; quod legimus apud Paulum, id est, cucurbitulis

incum-

incumbentibus lieni locis accommodatis hæmorrhagiæ sistendæ.

Ad quam partem dico, præterquam quod spectanda hic est κατ' ἕξιν antistrophe, sicut nosti: deinde consultor ipse viderit rationem; citrà quam si emolumentum evenit, id fortuitum erit; porrò nobis usitatum remedium verè non cessit; si verò nullus fructus evenerit, hunc gratis expectabis. 2.

Ad tertium problema dicam, haud consensu partiū spectato, verum quidem ex pectato aversum necessariò vi doloris huiusce membranis acriter excitando constringi præputiolum, aut pupillas hæmorrhagiæ revocandæ. 3.

Ad quartum responderit meo nomine noster Donatus Antonius ab Altomari in artis suæ Medicæ c. 76. in quo loco tradit, Hippoc. Galenique sententia planissimè venas hæmorrhoidas ramos esse potius cavæ quàm portæ. Dixit autem arbiter (potius) tum quòd non ambigerat anatomica observatione surculos alteros extare portæ; tum quod hæmorrhoides cavæ sunt exteriores, & cacochymiam deplent privatè, sicut privatè plethorā minuit altera soboles venæ portæ; quale itē discerniculum adversor doctus proponit Andreas Laurentius in l. 4. Anatomicæ historiæ cap. item 4. professus hæmorrhoidas partium rivulos esse portæ caudicis internos, abditos, partim etiam cavæ, & huius hypogastricæ venarum externos; Cum quo viro consensit ad unguem Ioan. Veslingius, veriùs vir Lynceus in synatagmatis Anatomici cap. 3. 4.

Altimari distinctio notata.

Ioan. Veslingi suffragium.

Super quinto de veterariis & latinis Medicis argumento responderim auriculis infici consiginis, fibras, rheumatis derivandi transferendivè gratia. 5.

Super sexto de molibdena nostri fiduciam hominum in specifico nitentium; verùm ut κατ' ἕξιν eadem applicetur, & antistrophe requiritur; præterquam quod & remedii sors fortuita videri potest. 6.

Super septimo præter aliud, quod adstruunt alii, rube- 7.

ſcunt ſub pulmonis vitio genæ, quòd tenerrimæ particulæ facilè tentantur τῇ ἀναθυμάσῃ, vitioſique habitus aſcenſu.

8. Super octavo contremit inſtante vomitu labium inferius, quod communem ſtomacho tunicam natum eſt. Quod autem uteri furor ſopiatur appulſi ad nares aromatis, fit illud, quia nares viæ ſunt demittendarum inhalationum, haud requiſitæ conſortio partes.

9. Super nono quod faceſſat viri fœcunditas, præſectis poſt auriculas venis, convenit mihi cum Ludovico Septalio, qui in Comment. lib. de aëre, aquis, locis, eius cauſam refert duplicem. Altera eſt uber ſanguinis exhauſtus, & inde vividi ſpiritus, quorum diſpendiis refrigeratum ſemen apta non amplius eſt materia generationi, præſertim quum tranſverſim execabantur Scythis inconſultis hominibus venæ, quibuſcum & conſectas arterias ſuſpicatur Lazarus Sotus in com. de locis in homine tex. 16. & Felix Platerus obſ. poſthu. 72. p. 220. quo cum & ampliſſimam factam ſanguinis exhauſtionem arbitratur Ambroſius Paræus in Anatome ac Adrianus Alemannus in Comment. de aëre, aquis, locis, pag. 205. quæ inanitio ſanguinis, immo, quæ profuſio, Septalius ait, exſiccatos potiùs reddit, quàm infœcundos. Altera cauſa eſt, quod perfrigeratos & imbecilles redditos occupabat ſopor, quo effæminabantur; ſic torpeſcebant & algebant hi barbari ma. gis. Quæ porrò ſpectant ad habitus univerſi permutationem, non ad ſympathiam ſpecialem, quam argumentatio adſtruebat.

Hippocratis veſtigatus ſenſus.

10. Super decimo, Venæ quidem haud diffugerint ſanè; cōtentus verò ſuccus, difficilè non eſt, ut diluatur & evaneſcat: horum autem utrorumque diſpar eſt æquiparatio. Nam lactearum brevis eſt ambitus ac deſcriptio, venæ verò Seilem adeò prolixè de finibus manus extremis ad intimum lienem diſcurrentis circumſcriptio luculenta ſit & nobilis oportet, quare nec obliterari vobis in cadavere queat. Quòd autem

aſſe-

asséreret Cornelius, non quæ in vivo jam homine sint, eadem esse in mortuo; crediderim enim equidem immutationem sub morte fieri magnitudinis, figuræ, situs, cavitatis, coloris & habitudinis exteriorum qualitatum ordinis primi, secundi, tertijque, non autem solidæ substantiæ totius.

Explanatus Cornelii sensus.

Quod autem ad mammarum venas attinet; quid est quòd non acquiescimus in his quæ nobis antiqui proposuere, id est, ex ascendente cavâ venâ duplicem mammarum ramũ, majorem minoremque, cui utrique consentit porta, quæ ex ventriculo jecinoreque profectos succos subministrat ad lac privatè conficiendũ accommodatos. Adde quòd epigastricæ venæ cum interna mammaria compertus est consensus à Riolano in l. 2. Anthrop. c. 22. Torqueris in adversione posteriore demonstrans insectam salvatellam revellentis usu remedii conducibilem thoraci malè patienti, quorum neutrum equidem inficior, non opem, inquam, hanc phlebotomæ salubris, non rationem item, quâ juvit revulsionis; quin etiam ut omnem sibi admirationem excutiam semel; non mihi cum Adriano certamen est, quòd huic adimere velim per venarum atq; arteriarum anastomoses conceptam adjuvandi lienis opinionem, si fiat cubiti venarum phlebotome: Concesserim enim ultrò sequuturũ lienis afflicti levamen, si cætera tantummodò consenserint, & nil dissenserit ex his, quæ indicantia nostris, & contraindicantia dicuntur. Hæc ego non abnui, nec detrectavi quaquã, siquidẽ hæ meæ sunt partes, hoc perpetuò pro virili contendi; non autem ullum videri nec esse salutaris salvatellæ profectum, cujus si tamen fuerit medela, communem hanc & aliis venis superioribus, & majoribus quod deprædicantium aut scriptitantium veterum aut juniorum esset de sectâ Seilem utilitate testimonium: de hoc quidem non sollicitus, continenter & idem beneficium hepaticæ, sociisque venis assero futurum quoque fuisse; strepat quantumvis ac deprædicet ubivis emolumenta Seilem &

Venarum interiarum cum mammis consensus.

De salvatellæ sectione thoraci benefaciente disceptatio.

Quæ nobis cum Hadriano contentio.

Declaratio præcipui nostri conatus.

fonticulorum idolatra Zaccutus, vir alioquin zà græcè, id est, multum acutus. Atque eatenus à prudentibus delectam ministerio salvatellam, quatenus aut superiores venæ non se tectu accommodas exhibuerint præ aliquo impedimento, aut quatenus fuerit revulsio longior probata, aut ampla virium dispendia cauta. Quare quæ contradixi quævè negavi, fuerunt hæc nimirum soli scilem, aut salvatella referendam non aliis, id est, cubiti venis benefaciendi facultatem; eam ob causam ab Hadriano fuerunt excogitatæ numero plures anastomoses, quæ fomenti remedio traditæ membris extremis privatis, faveant extremæ levæ levanti lienem; sic Hadrianus problema de fructuosa salvatellæ phlebotome dissolvit. Quin ego ex adverso contendi minimum præstare posse salvatellæ sectionem ob multas causas. Prima est propter abusum remedii administrati, præterquam antiqui consuevére; qui usus à me pauló superiùs explicati fuêre, cũ qua ausione comprehenduntur humoris ineptitudo subtracti; virium detrimenta laxarum, evacuetionis demũ inefficacitas, & sectionis importunæ noxa. Præter hæc observo minimum præstare phlebotomen hanc tributis manui anastomosibus pluribus, quàm superiori brachio. Prætereà fallit hæc opinio negato per Anatomicorum bonorum observationem anastomoseon istarum plurium usu, ac necessitate; Galeni inquam primi, qui præterquam in l. 3. de anat. administ. cap. 8. in l. 16. de usu partium 12. ait, venis perpetuò non opus esse comitibus arteriis, verùm istarum esse, & alere, & altas partes custodire, fovereque citrà opem arteriarum, quæ per Adrianum alioquin astruuntur manibus extremis plurimæ. His autem extimis Galeno cum arteriæ nullæ sint à lateribus, tamen musculos sequutæ non desunt, quæ fuit & Andreæ Vesalii doctrina l. 6. de corporis humani fabrica c. 12. Ioan. Andernaci in Anatom. institut. l. 4. p. 111. Jacob. Sylv. Isag. Anat. l. 2. c. 5. Leonardi Fuchsij professoris Tubingensis in epist. Anat. l. 5. c. 2. Felicis Plateri

Quatenus ex quibus casibus delecta manus non cubiti vena.

Quid ab Hadriano excogitatæ anastomoses plures?

Infrugiferæ salvatellæ phlebotomes pleræque rationes.

Galenus hypothesi Hadriani bifariam atq; è diametro adversatus.

Illustres Anatomici Spigelio restagati.

Plateri in centuriæ posthumæ observatione 20. Quare si desunt arteriæ manibus supremis, non desideratæ intimis, subinde extimis nõ erunt acervatæ supernæ anastomoses adeo præpicatæ. Quo diruto fundamento diruitur & Hadriani moles quidẽ nõ eaq; Romæ; atq; postrema Bruxellensis fabricatione cõprehenditur. Vides jam, scientissime Castelle, quàm meritò, non autem immeritò descriptorem Anatomicum alioquin scientissimum arguerim ex isto commento. Taceo plures alias confutationes, quas in auctiore quidem lucubratione mea commentatio Spigeliana recipit, quosque manuscriptum quod ad te misi desiderat. Quapropter, æquissime Castelle, ne sic deliberatè, nec tàm expeditè me condamnes, neque contemnes quæso continenter ob unum aut alterum Hippocratis Anatomicum locum, quo expositus est sinistræ lienisque consensus; confessum est quippè per omnes rei medicæ studiosos longè aliam à legitima corporis ordinatione fuisse vel Alcmeonis Cælabri Crotoniatæ, vel Hippocratis, Democritivè Anatomen, quàm ut veræ structuræ respondeat, Laurentio teste, qui rudem & inexploratã dixit eius temporis anatomen: exemplo sunt liber de Anatome, & lib. de oss. natura, lib. de carnibus, & l. de genitura, & exempla ad Demetrium Regem, atque alia loca monumentorum Hippocratis absolutioni, dissectionique minus respondentia, minusque sunt facientia. Sic magni viri suspensor adunco naso Vesalius in examine Fallopiano pag. venetâ 89. sic eius phlebologiam illusit: nisi fortè interceptum quoddam in universa venæ cavæ caudicis longitudine, ridiculè effingamus, aut tàm malè corporis fabricam habeamus perspectam libemusvè, ut cum Hippocrate unam in dexterum brachium venam produci, & unam alteram à liene in sinistrum brachium ferri arbitremur, mireque ita sinistra à dextris distinguamus.

Diruitum funditus ædificium Hadriani.

Ad D. Castellum Apostrophe.

Anatomica Hippocratis momenta minus exacta.

Allusum ad Vesalii physiognomiam.

At hæc ipse liquidò nostri; tametsi pro defendendo placito communi, præjudicataque consuetudine tuendâ paulò aliter

Ab æquitate Castelli peroratio.

Severinus artis depurandæ promotor.

Honestissima expostulatio.

Ad observantissimū Amicum protestatio.

aliter quam senseris enunciaris, de qua quidem re multa tibi laus esto, sua tamen Severino non deesto, qui legitimum veterum sensum servavit, novumque abusum intrepidè adnotavit, exemplo tuo doctus, qui recensendis in abusionibus rei medicæ factitandæ, nil veritus oblaterantes frequens fuisti, & nostrorum prævaricatum ne quæso patiaris, sed uni veritati fave, sic, ut nil apud te sit præterquam integrum & inculpatum, qui cuncta profiteris, & perficis integra & inculpata. Vale diu tibi bonisque omnibus optimè vale. Neapol. Kal. Januarij Anno M. D. XLV. Hic jam ad sonticæ causæ finē ubi perveni scriptum hoc sisto inter amicitiæ prudentiæque leges, quarum altera cautum est: Amicus usque ad aras; ex quo jam genere religionis & veritas est, de qua dictum est, amicus Socrates, amicus Plato, sed magis amica veritas. Præter hos igitur fines, si quid ex assertis meis omnibus, cerâ & ære nobilem tuam, Petre Castelle, dignitatem, vel suspicione tenus offenderit, illud impune expunctum obliteratumq; esto. Aliud etiam rogabo necessarium, quod est, ut ignoscas fallenti sæpius scripturæ, quam amanuensium peritorum inopiæ utcunque misi. Præstat autem nos contentos esse lituris, quàm literis falsis & ἀωρθοῖς. Ad summum omnia æqui bonique consule, ac nos fervidus ama, tuos auditores nostrâ pro virili tuentes.

Rursus Vale!

FINIS.

INDEX



INDEX
Notabiliorum in Seilomastichis opere contentorum.

§. 4.

§ 5.

Lie-

§ 9.

§. 10.

§ 11.

Para-

§ 12.

DEROGATORIA PARS SECUNDA.

§. I.

Exem-

Exe-

REPULSORIA PARS TERTIA.

§. I.

§ 2.

§. 3.

ANTI-SPIGELIANA PARS QVARTA.

§ 1.

§. 2.

§. 3.

Tales,

DEFINITORIA PARS QVINTA.

§. 1.

§. 2.

Quæ

Sancto-

JOH. TRULLII MED. ROM. de serie venarum epistola ad Authorem, 150.

Quis-





CATALOGVS

Sive


Series Authorum, quorum vel laudando vel citando honorificam mentionem fecimus.

Hero-

Valle-

Horatius. *Vir bonus & prudens versus reprehendet inertes,*
Culpabit duros, incomptis allinet atrum
Transverso calamo signum, ambitiosa recidet
Ornamenta, parùm duris lucem dare coget,
Arguet ambiguè dictum, vitanda notabit,
Fiet Aristarchus: nec dicet, cur ego amicum
Offendam in nugis? hæ nugæ seria ducent
In mala, derisum semel, exceptumque sinistrè.

FINIS.





CONTENTA IN LIBELLO HÆC SVNT.

DE Cordis adipe, quæstiones duæ, in quarum prima quid per adipem & pinguedinem intelligi debeat, inquiritur, Ambarũ differentia ex Aristotelis & Galeni sententia panditur.

Vtramque in humanis corporibus reperiri cum Arist. & Avicen. traditur.

Triverij falsa opinio impugnatur.

Galeni positio primi de temp. ult. interpretatur.

In Secunda.

Tria proponuntur dubitanda, ut in prima parte quæstionis secundæ patet.

Ostenditur adipem, & non pinguedinem in corde contineri, primò auctoritate Avic. & Fern. 2. sensu. 3. ratione.

Fernelij errata deteguntur.

Neoterici opinio contra Gal. refellitur. Gal. locus de usu part. restitutus expolitur.

Probatur adipem, præcipuè ratione materiæ, & naturæ providentiâ gigni.

Crassiore sanguine, qui est materia adipis, cor nutriri, & falsa Bottalli opinio contra Gal. impugnatur.

Novus usus à nemine hucusque excogitatus ostenditur.

Per transennam plura, tum de quatuor humoribus secundariis, tum & de caloribus humani corporis & miranda nonnulla in Anatome observata, ac reperta traduntur.

In Tertia.

De aqua in Pericardio.

Primò ejus origo & substantia consideretur.

Illa etiam humoris copia, quæ in Thoracis cavo reperitur, observatur, quæ multos latuit.

Curtij sententia de aqua in pericardio refellitur, Vess. opposit. cõmendatur.

De ortu aquosorum horum humorum plura nova traduntur, & authoritate Hip. Clat. Gal. & experimento cuncta probantur.

Ichorum & thoracem penetrantibus vulneribus emanantium nova & pulchra sententia panditur.

Usum horum de mente veterum denique complectitur.

Ostealogia Parva.

Sententias omnium classicorum anatomicorum erga Syntaxin, si ossium structuram brevi sejunctis typis amplectitur.

Galeni sententiam cæteris veriorem â magno Ingrassia profundissime interpretatam demonstrat.

Denique obscuriora ossium nomina enucleantur.

Galeni opinio de usu ἐπιφύσιος contra Vess. & Fall. defenditur.

Plura loca Gal. pro junioribus adduntur.

Ossium tandem numerum ad unguem explicatur.

Quamplurima alia notatu digna hunc libellũ legenti occurrent quæ nos consulto omisimus, nam ob libelli brevitatem neminem studiosum eum legere pigebit.



INVICTISSIMO DUCI

MARCO ANTONIO COLVMNÆ, ROMANO PRINCIPI.

Ac Sancti Fœderis Præfecto.

Iulius Iasolinus felicitatem.

INter disciplinas jam adauctas illustrioresque redditas, Illustrissime Princeps, est Anatome, cuius adhuc aliqua sepulta jacent. Nec mirum profecto videri debet, si humani corporis fabricam, totius mundi compendiũ ejusque opificem intueamur. Ea mihi præcipue deessevidebantur, quæ his quæstionibus ac parva Osteologia collegi: Ad parta impulsus, quod, dum Anatomen Neapoli profiterer, de his maximè doctiores certabant, grave quidem onus, & meis viribus impar, quod nunquã susce-

suscepissem, nisi tua excelsa columna fulciret. Scimus generosi sapientisque animi esse, mentem corpore obsitam ad rerum præstabilium contemplationem erigere, ut quantum homo inter omnia excellit, perspiciat, & corporis compagibus licet inclusus, tamen mentis agitatio ne fiat originis suæ memor, & ipsius divinitatis particeps. Hæc vitæ perfectio, hæc optima vivendi ratio, quâ qui insignes sunt, amplissimis honoribus afficiuntur, tum ob sapientiam, tum quod magna beneficia in homines conferunt. Hâc in re præstantissimus quisque vir summopere laborat. In quo quantum tua præcipuè gloria micuerit, maximè declaravit superiori anno Turcarum classis à te victa. Romanum exemplar principibus Christianis propositum est, quod imitentur. Qua ex re tantam lætitiam urbs Roma cepit, ut more majorum tuam virtutem supplicationibus triumphoq; illustrarit. Sed quorsum ego res à te feliciter bello gestas recensere conor? Cum eas vix unus aut alter liber vel maximus comprehendere queat. Hâc ratione cœlitus tibi Fælix nudique & ubique Artos tradita conjunctaque est, ut ex eius nomine in re militari optimũ omen acciperes. Tua ergo singularis humanitas, ac liberalitas erga literatos viros me impulit, ut has quæstiones, de rebus, quas tibi gratissimas esse scio, tibi nuncuparem, etsi opus fortasse tractatione mea placere non potest, dedicatione ac inscriptione saltem placere debet. Illud propterea me movit, quod cum sciam, te magnos Principes Regesque perpetuo esse æmulatum, quorum non pauci sunt hoc studio delectati, horum exemplo nostrum laborem abs te minime neglectum iri sum arbitratus. Nam ut omittam Æryptiorum Reges, qui suis manibus mortuorum corpora dissecabant, ut abditos morbos scrutarentur. Marcus Antonius Imperator, & prudentissimus, & optimus ex cadaverum incisione sui corporis constitutionem ac temperamentum, discere voluit. Flavius etiam Boethius Rom. Consul. tanto huius scientiæ desiderio flagravit, quanto nemo unquam mortalium. Paulus quoque Sergius Romanorum præfectus rebus bellicis ac philosophorum disciplinis clarus huic studio præcipuã operã navavit, auth. Galeno, qui, cum corpora dissecaret, hi duo non rarò intererant. Illud præterea non exigua laude in te est, quod non ut Alexander, qui dolebat Aristotelem suos physicos libros edidisse, tu mecum egisti, sed contrà quotidie efflagitasti, & jussisti, ut hunc laborem ad communem humanæ societatis utilitatem emitterem. Quâ in re extat eximia tua liberalitas, quæ te non solum hominibus admirabilem, sed Deo simillimum reddit, qui non alia de causa juxtà Platonem, mundum creavit, nisi bonus cum esset, sua bonitate alios impertiretur. Sed non ignoro, præ tua magnitudine hoc munusculum ferè

nullum esse habendum, sed tamen (ut omittam quod sæpè exiguæ plantæ dulcissimos fructus ferre solent) velim quoque inspicias, quid in ipso occultè lateat, quod ad te præcipuè pertineat. Nam cum duabus de partibus agat, quorum altera vitam, & caloréncontinet, altera verò humani corporis columnas, quibus cæteræ partes firmantur, & adnascuntur. Cui potius Cor dicari poterat, quàm tibi? Cujus consilio & fortitudine, armis intrepidè nostra religio & sustentatur, ac fides Christiana defenditur? Accipe igitur, Illustrissime Princeps, hoc exiguum munus, quod si tanti feceris, quanti te facturum spero, majora deinceps atque utiliora animo pro te confirmato scribam, Vale.

JULIO JASOLINO

Philosopho ac Medico clarissimo.

Iohannes Bernardinus Longus S.

MAgnam laudem eos assecutos, mi Juli, quorum inventis humana societas vix atque ne vix quidem carere potest, nemo dubitat: quæ tamen, cum & temporum injuria, & hominum vel incuria, vel nimis callida, morosa, falsaque interpretatione germanam sui cognitionem amiserunt, fit, ni fallor, ut & de illorum laude, nescio quid detrahi posse videntur, & posteri nonnihil detrimenti accipiant. Quamobrem si alicujus industria atque ingenio plana illa veraque sese ostenderunt, quis dubitet tantam huic gratiam & inventores & posteros habere, ut majorem propè laudem is, qui ea perinde quasi interierint, ad vitam revocavit, quam illi ipsi, qui suopte ingenio pepererunt, consecutus esse existimetur. Etenim quemadmodum turpius esse ducimus, parta non tueri, quam nihil omnino comparasse; ita laudabilius putamus, quæ perierint, restituere, quam quicunque per se quenquam peperisse. Quamobrem cum in multis illorũ veterum operæ jacturis illa etiam non exigua esset, quod pauci, atque adeo nemo, quid illi de cordis pinguedine, quidve de adipe senserint, intelligeret, cum alii confusè dissererent, plerique malè in nostram linguam Græca verba converterent (ex quo vel maxima rerum inscitia sæpè evenit) te unum nostra ætas tulit, qui quidem ita distinctè, breviterque de hac re scripsisti & antiquorum Aristotelis, Avicennæque sententiam explanando, confirmandoque,

que, & Galenum interpretando, ac defendendo, & nonnihil etiã per te inveniendo, ut majorem tibi in hoc gratiam; quam ijs ipsis primis inventoribus referendam censeam. Quapropter amabo te, quod tibi ingenium natura largita est, quod tu etiam ab ineunte ætate perpetuò, assiduoque studio adauxisti, ejus industria (ut cæpisti) deinceps quoque hominum societatem te impertire, ne pigeat. Vale.

IULIO IASOLINO
Medico Doctissimo.
Et Anatomes Professori dissertissimo
JOHANNES ANTONIUS
Pisanus Archiater S.

EA fuit artium omnium inventio & constitutio, JULI Doctissime, ut in dies incrementum susceperint, quod licet in omnibus sit clarum, in Anatomes tamen peritiâ est tam clarum, quam quod clarissimum. Nam ut missos faciamus antiquos illos Lycos, Manuos, Herophilos, Erasistratos, & alios à majoribus nostris tantopere celebratos, post divinum Galenum multos annos Anatome veluti, sepulta jacuit, nostra vero ætate perinde ac reliquæ disciplinæ omnes revixit, extulitque tantum caput, quantum lenta solent inter viburna Cupressi. Hoc quamvis debeat referri acceptum multis nostri seculi doctissimis viris; & potissimum uni Vesalio, verè ad Anatomen nato, non defuere tamen post illum alii; qui partim nova invenientes, partim aliorum dicta latius explicantes, nunc ad summum fastigium illam extulere. Inter hos prima classe locum tibi dabimus JULI φιλόπονε. Nam dum diligentissime Anatomen pluribus annis in hoc Gymnasio administras, multa quæ alios latuere invenisti, omnia syncerè explicasti; novosque usus à nemine hucusque excogitatos in medium attulisti. Id quoque manifestum, ex iis duabus tractationibus de adipe, & pinguedine, & de usus adipis Cordis fecisti. Sed majora multò in dies à fœcundissimo ingenio tuo mihi pollicior. Perge igitur, & Remp. medicam, quæ tuæ partes sunt, juva, auge, perfice. Vale, & quod facis, me ama. Ex ædibus nostris III. Kalend. Octob. salutis anno M. D. LXXI.

 JOANNI

JOANNI BERNARDINO LONGO

Philosopho Celeberrimo, Theologo, ac Medico Doctissimo & insigni

JULIUS JASOLINUS S.D.

Sequentis quæstionis argumentum.

QVid per pinguedinem, & adipem seu sevum intelligi debeat: nec non utramque in humanis corporibus secundum diversas partes ex Aristotele & Avicennâ sententia reperiri, & Galeni positio interpretatur, ac defenditur.

Quæstio prima.

Cum multa de cordis adipe ab anatomicis tradita comperiantur, Bernardine Doctiss. operæ pretium me facturum putavi, si de ea, ut tibi morem geram, dicturus, quæ ab aliis dici solent, ipse consultò omisero. Tria numero examini ad ejus cognitionem perpendens, vel ad Galeni tutelam per quam utilia. Primò nominum confusionem, ac interpretum circa πιμελὴς & circa στέαρ, quæ latinè pinguedo, & adeps sonant, submovebimus, ac quomodo differant, ostendemus. Secundò, quid utraque sit, manifestabimus. Tertiò dubitabimus, alterane ipsarum, an utraque simul, ut Aristoteles & Avicenna sentire videntur, in humanis corporibus reperiantur. Quod igitur ad primum attinet, scire opottet, quod observavi apud Græcos, quod πιμελή, quæ pinguedo, vel axungia latinè sonat, impropriè, & genericè & adeps dici potest. Rursus observavi, στέαρ apud Græcos idem esse quod adeps apud latinos, sevum in Aristotele vertit Gala, ita, ut unamet res sit cum adipe sevum, multis differens à pinguedine, præcipuè siccitate, & duritie. Atque apud nonnullos temerè confunduntur ita, ut unum pro alio accipi soleat. Ipse autem hujus confusionis causam indagans, duplici de causa eos errasse inveni: Primò, quia viderunt nomen στέαρ, id derivatur à verbo στεατόω latine impinguo, quod quidem meâ sententiâ adipe vel sevo impinguescere significat: eo, quod caremus tali simplici verbo, si latina vertas, videbis;

ut λιπαίνω, atque etiam παχύνω & πιαίνω; Quamobrem interpretes confuderunt nomina, aliud pro alio sumentes, quod quidem, quantum à veritate ipsâ absit (quâ nihil Philosopho antiquius) inferius patebit. Secundo forsan in magni Galeni verbis decepti fuere, quæ quidem hæc sonant per Gaudanum lib. de simplicium medic. fac. 11 c. περὶ πιμελῆς καὶ
„ στέατος h.e. de pinguedine & adipe, ut satis doctus interpres reddit. At
„ tu, si voles oleosam & pinguem in animalibus substantiam omnem
„ adipem appellato, (ut plerique medici) sed, & pinguedinem appellare
„ licet totum hominis genus. Putarunt, quod hæc facultas nobis à Galeno impartita sit ex suâ ipsius sententia. Atqui idem & Galeni locus insinuant nobis id falsum esse; præsettimque particula illa (ut plerique medici) patefacit, hæc namque ex aliorum, & non ex sua propria sententia sanxisse. At si adhuc etiam aliquis contendat, hanc sententiam veram esse, namque (& si fuerit aliorum medicorum) Galeno tamen non videtur eam respuere. Huic respondebimus, quod aliter ab eo observatum est, semper molliorem ac humidiorem substantiam pinguedinem, veluti crassiorem, durioremque adipem appellet. Bonus igitur Galeni æmulus, ejusque sectator & non peregrinâ mente contemplatus videbit quomodo ex propriâ ipsius mente differunt inter se pinguedo, & Adeps, tum ex loco nuper citato, circa principium, tum & ex 11. cap. 3. lib. de alim. facul. ubi asserit, utrumque oleosum esse, verum humiditate, ac siccitate inter se differre: Pinguedo namque humida quæpiam res est, oleo longâ vetustate incrassato adsimiles. Adeps vero pinguedine multò est siccior, ideoque si calefactum ipsum fundes, coit, ac facilè concrescit, quæ Galeni verba perperam meo judicio interpretata fuere à Hieremia Trinerio, ut patet ex suis scriptis in fine prim. lib. de tempore. Et miror equidem quomodo in re tam clara hallucinatus fuerit tantus vir. Qui dum Avicennam carpit, quod malè Galenū interpretatus sit, eò quod numerat in homine præter adipem & pinguedinem, atque adipe humidiorem esse asseverat. Ratus ex præcitato loco, de alim. fac. eum deceptum fuisse, quo in loco ut temerè is interpretatur, Galenus non distinguit humani corporis particulas, sed diversas diversorū alimentorū facultates, hæc dicens, ipse tandem in puerilem errorem incidit. Itaque omne illud, quod ipse in Avicenna falsò objicit, qui bene ac ad amussim veram Galeni sententiam sectatus est, ut infra patebit, ei adscribi necesse est, etenim vel adhuc non legerat, ante citatum Galeni locum, de simpl. med. factibus, aliaque plura, vel forsan placuit reticere, quo possit in Avic. irruere, eumque mordere, vel non benè verba ponderavit, quod minimè credendum censeo, namque lectio adeo clam extat, ut lippis & tonsoribus.

ſoribus, nedum doctis pateat, pro clariori autem doctrinâ propria Gale-
ni verba hic adducemus, quibus probatur, adipem à pinguedine differ-
re. Dehinc, quo veritas magis eluceſcat, probabimus, cum Ariſtotele
& eodemmet Gal. atque nonnullis aliis doctiſſimis viris, utraque in ho-
minibus reperiri, & ſic vera erit ipſius principis Arabum poſitio. Inquit
Galenus, porro differt à pinguedine adeps, quod craſſior ſit, ac propterea
animantibus totam naturam terroſiorem habentibus adeps provenit, ve-
lut humidioribus pinguedo ; proinde pinguedo celeriter in ignem poſita
liqueſcit, nec facile, ubi liquata fuerit, rurſus concreſcit ac cogitur. At
adeps nec facile funditur, liqueſcitve, & fuſus celerrimè coit ac congla-
ciatur, multoque apparet pinguedine durior, uſus enim benè habitus pa-
ſtusque ob naturalem temperamenti humiditatem multã habet pingue-
dinem, At boves & capræ, & quæcumque id genus corrigere ob ſiccita-
tem adipem plurimum generant. Hactenus Galenus. Atque idem an-
te eum ſcripſit Peripateticorum princeps, Ariſtoteles l. 2. de partibus an-
ni. ubi in cornigeris, atque adeo iis, quorum ſanguis corpulentior eſt,
ςίαρ, hoc eſt ſevum ſi adipem (idem namque & apud bonos authores)
notat. In his vero, quæ utrinque dentata ſunt, imo iis, quorum ſanguis
dilutior, aut ſeroſior πιμελὴ hoc eſt pinguedinem, non adipem, ut malè
Theodor. & alii plures, ac Trimerius eſt ſecutus interpretati ſunt, pin-
guedine erunt obeſa ; quæ vero altera, àdipe ſevove. Hanc ſententi-
am ſecutus eſt Paulus Ægineta, dicens l. 1. Pinguedo & adeps pauci ali-
Cap. 85. menti ſunt, & ſtomacho nocent, quamvis l. 7. Steata ſeu adipes omnia
hæc nominat; quin de his forſan meminit. Hanc eandem opinionem
inſequuntur Theodor. Gecar. Gaudanus & Martinus Gregorius. Ætii
quidem interpres Galeni verba de ſimplici medic. facult. transſcripſiſſe
videtur, atque nomina confundit, ſumit enim pro pinguedine adipem,
Cap. 152. & loco adipis ſevum Tetrabibli. primo ſerm. ſecundo, quem Fernelius ſe-
cutus eſt. Hæc obiter dicta ſint. Quæſtio n. de nominibus inutilis eſt,
teſte Galen. Rurſus eodem loco nuper citato de part. anim. ſic definit
lib. 6. de a- Ariſtoteles: ſevum & adeps inter ſe differunt, ſanguinis ratione, eſt e-
nat. ad nim eorum utrumque ſanguis concoctus per bonitatem enutriendi, con-
min. c. 13. ſiſtitq; ex eo, quod in pulpam quidem animalis non abſumitur, ſed con-
Ex plat. & 4. coctionis alimentique bonitate præditum eſt. Naturam totius animan-
Meth. med. tis intuitus eſt tantum Ariſt. non autem ejus partium ſingularum, pro-
c. 4. & c. 14. bat enim quod ea animalia quæ ſevum habent, parum aquæ & multum
ejusdem, terræ continent; quæ vero adipem, eorum natura minus terrena eſt, pa-
c. 9. & ſex- tet, inquit, in illis eorum naturam refertam eſſe ejuſmodi elemento, quod
centibus cornua gerunt, taloſque obtinent, quæ quidem omnia natura ſunt ari-
aliis locis.

da

da, & terrena, hæc benè perlibravit. Atqui singularium partium naturam, earumque adipem vel pinguedinem minus agnovit, æquè ac Fernelius, qui sentire videtur, adipem non ubique sui similem esse, sed pro partis vi, & naturâ dissimili ut sequenti quæstione disputabimus. Idem Arist. Omentum membranam & sevosam aut adiposam pronunciavit, scilicet, utro modo pinguescere solet animal, quam plurimi quidem barbaram sectantes medicinam sentire videntur, propterea consistere pinguedinem in epiplou, quia est pinguedo sevosa. Rursus addit Tiverius. Arist. itaque non nisi adipem in homine cognovit, atque hunc eundem Gal. secutus est. Postea autem oblitum fortasse reprehendit ipsum Avic. qui adipem, ac pinguedinem in homine collocat, ac putat, quod forsan persuasus sit ex Aristotele l.3. de hist. anim. ut utranque partem in homine ordinaret, dicens, pinguedo inter cutem & carnem sevum in fine carnis semper est, subjungit dehinc, atque huic loco Aristoteles. Quid faciam, nescio; itaque titubare videtur Triverius, dicens prius, quod Arist. non nisi adipem in homine cognovit, nunc vero tradit, quod idemmet Arist. utramque substantiam ordinavit; itaque sibi ipsi non constat. Præterea neque principis locum ostendit, verum mea sententia horum meminit Avic. non solum l.1. Fen. prima doct. tertia, cap. 3. sed etiam eodem Canone Tersesmida, doct. tertia, cap. 3. concludit denique in suo Commentario Gal. variè de hoc fuisse locutum, ac modo unum, modo aliud intellexisse, reddit ergo ipsum inconstantem. Addit denique per adipem Gal. intellexisse pingue illud, quod omento allinitur, atq; hunc in homine collocat, quod quidem uti clarè in superioribus ostendimus, cornigeris ipse tribuerat, Cato quidem humana suillæ comparari assimilarique debet, non autem ad Cornigerum ullum, ut patet ex historia à „ Gal. enarrata l.3. de aliment. facult. Suillæ videlicet carnis similitudi- „ nem cum humana ex eo poteris intelligere, quod quidam carnes hu- „ manas pro suillis sine ulla in gustu vel olfactu suspicione comederunt, „ id enim ab improbis hospitibus & aliis quibusdam factum fuisse, jam „ compertum est. Tandem iis omissis apud bonos authores verum est reperiri in homine pinguedinem in abdomine aliisque in locis & adipem in Epiplou, renibus, mesareo, oculis, & corde. Nec omittendum esse censeo verissimum ac plurimum adipem contentum inter latum tendinem & cutem mediæ volæ manus, interiorique digitorum regione, velut etiam pedis, quem Anatomici substantiam carneam vocant, quod inter latum tendinem & cutem partim interjacet, partim tendini, sed minori portione subjicitur. Cæterum Arabes hallucinantur substantiam hanc extra musculi corpus simplicem, immistamque carnem esse affirmantes,

Cap. 17.

Cap. 1

Cap 2.

Pro hujus usu vid Gal. 1. de usu partium c. 13. vid. Plat. in Tim.

quinimò & durioris istius adipis copia in ossium articulis colligitur, ut nedum magni Vesalii authoritas nobis suadet, verum & manifestè experientia ipsa confirmat. Vera ergo erit tum Avic. tum Aristotelis positio, nec non & ipsius Galeni oratio primi de temp. neque circa jecur coire πιμελὴ pinguedo, non autem adeps sevumque (ut malè interpretes verteruut) potest: neque circa arterias venasque, aut cor, neque circa aliam ullam præcalidam particulam. Quoniam autem cogitur per id quod est valde frigidum, iccirco calefacta liquatur, cæterorum congelatorum ritu, crasso namque oleo est similis eoque congelatur, ubi cum frigidis & exanguibus particulis conjungitur Galen. teste ibidem. Rursus pro Galeni tutela etiam dicimus, pro Ipse respiciens ad caliditatem partium tantummodo dixit in hisce partibus pinguedinem minimè cogi posse, forsitan ipsam causam efficientem solùm intuitum non autem materiam, naturam ac usum. Hæc habui, quæ de adipe, & pinguedine circa præposita dicerem, at clarius in sequenti quæstione probabitur. Accipe igitur hæc qualiacunque hilari illa, qua me semper excipis, fronte, atque meliora, si tempus & vires suppetent, patienter expecta. Vale Bernardine Præstantissime, & quod facis, litteras & earum amatores fove. &c.

DE CORDIS ADIPE

Doctissimo

JOANNI ANTONIO PISANO,

Medico Eminentissimo, Regnique Neapolitani summo Archiatro

JULIUS JASOLINUS S.D.

Argumentum seq. Quæstionis.

Ostenditur causa Adipis Cordis, quomodo ibi & in nonnullis calidissimis nostris corporis partibus cogi & consistere possit, Novus denique usus à nemine hucusque patefactus traditur.

Post-

Postquam superiori quæstione de adipe & pinguedine, insignis Pisane, satis locuti sumus, ac quomodo differant, ostendimus, nec non substantiam omnem oleosam, & pinguem ad hæc duo spectare, respicereque diximus, nec tertium genus, laridum vulgò, & à Trinerio appellatum addere placuit, cum sub pinguedine contineatur, hoc homines & sues abundant. Remanent tres nodi quos mihi enodandos proposuisti, qui adeò difficiles & arcti sunt, ut vix ab Hercule solvi possint, id onus, etsi meis viribus impar sit, tamen eos exponere aggrediar, malo in me doctrinam quam obedientiam desideres.

Primus nodus est, utrum in præcalidis particulis adeps coire possit? ut experimento per Anatomen discimus cum in corde, tum etiã circa venas arteriasque in omento mesareo, & aliis nostri corporis partibus?

Alter nodus est, quomodo ibi concrescat cogique possit in fonte caloris. Et cuius naturæ sit?

Tertius nodus, quem usum præter promulgatum obtineat in corde?

Quoad primum, Arabum princeps verissimam hanc causam indagavit, cujus hæc sunt verba. Pinguedinis autem & adipis diminutio semper caliditatem significat quoniam pinguedinis & adipis materia sanguinis est mutuositas, & earum factor est frigiditas, & propterea in hepate minorantur, & sunt in intestinis multæ, & neque sunt super cor multæ plus quam super hepar, nisi propter materiam, non enim propter complexionem & formam, sed propter curam naturæ pendentem à materiâ illi simili. Hanc sententiam Fernelius sectari videtur, inquiens; Neque tamen is passim sui similis, sed pro partis vi & natura dispar venter inferior, ut qui magnâ ex parte membranosus est, & longè dissitus à fonte caloris multo adipe confertus est, eoque duriore, qualis potissimum renes ambit & obsepit. Quæ sub pectore partes conditæ sunt, minus adipis congesserunt, ejusque mollioris qualis circa pericardium & cordis basim videri solet. Narratis postea partibus uti adeps concrescat, & ubi minimè, ac quibus de causis, subjungit dein: sic in hominum naturis, qui vel calidissimi sunt vel frigidissimi, atque siccissimi adipem nullum coacervant, neque huic gignendo idoneam materiam habent in venis, qui vero à mediocritate in frigidum, humidumque devergunt maximá illius copia redundant, & quoniam eorum sanguis totus in adipem proclivis est, non potest Cordis immodicus calor illius concretionem circa pericardium, quanto minus in reliquis partibus inhibere & arcere. Quo circa his multò promptius materiæ vis abit in adipem, quam Cordis, reliquarumque partium calor possit dissolvere. Patet ergò clarissimè ex adductis Avicen.

2. primi doct. 3. c. 3. prope princ.

l. 1. c. 15. Causa generationis adipis.

Ratio, quare adeps in corde concrescat.

cen. Ferneliique verbis, adipem tum in corde, tum etiam in pericardio concrescere posse, colligitur ex iis, ac liquido constat rationem tribuendam causæ materiali potius, quàm efficienti, quamvis utraque non æquilibrio tamen concurrat, ut infra patebit, si prius præcitata Fernelii verba examinemus, in quibus equidem valdè dubito ac maximè vereor, ne tam magnus ac doctissimus vir, quem colo, veneror que trifariam hallucinatus fuerit: atque quidem ego tanto Viro contradicere ne dum non auderem, sed ne in eum hiscere quidé, nisi veritas, auctoritasq; tua me ad hæc scribenda compulissent. Primò errare videtur cum communi turba, quia adipem pro pinguedine sumsit eumque à sevo disjunxit Plinio forsasse innixus. Secundo quod magis miror cú de abdominis adipe seu pinguedine loquatur, quæ item est apud eum, exemplum affert per sevum, seu adipem Renum, nec animadvertit, hunc verum adipem differre longo itineris tractu ab abdominis pinguedine. Tertio de adipe circa Cordis basin & pericardium eum molliorem esse, & in minori quanto, forsan ob caloris præsentiam autumat. Nos autem oppositum in humanis cadaveribus observamus, scilicet adipem hunc duriorem esse, & quantitatis haud floccipendendæ, quod etiam magni Vesalii testimonio confirmatur, dum asserit, durioris adipis copiam in hominibus præcipuè ad Cordis basim obnasci. De causa vero generationis adipis, & præsertim in Corde cuncta ab eo satis doctè, ac concinnè prodita, explicataque sunt, ut nihil optari addi, innovari, vel mutari possit, adipem ergo necessario natura & non pinguedinem ibi obnasci voluit, tum ob multas causas alias recensendas, tum etiã, quia ea facillimè liquata fuisset, quod maximum esset inconveniens, ut infra patebit. Ea quæ sensus judicat, ac patent, non egent probatione asserebat Arist. ideo circa hanc partem nil amplius immorandum censeo, quia præter id, quod est authoritas doctissimorum Anatomicorum veluti magni Vesalii loco ante citato, & l. 2. Columb. l. 7. c. 1. Valuerd. Borgarucci, Mundini, & aliorum, comprobatur, etiam experimento, Adipem in Corde reperiri, uti sæpè ostendimus, dum publicè in hoc Neapolit. Gymnasio, & privatim in incurabilium morborum Xenodochio exercendi studio anatomen profiteremur. At si vera esset opinio cujusdam Neoterici, qui in suis medicinæ paradoxis opinatur, pinguedinem à calido indurante fieri absumtis videlicet tenuoribus partibus quod reliquú est crassum, induratur, nulla quidem nobis amplius remaneret dubitandi ansa; sed quia hoc nedum authoritati summorum virorum repugnat, verum & ipsi experimento, & rationi, ut videre est apud Arist. de iis, quæ à frigore concrescunt, quomodò à calido liquantur. Hoc autem in adipe & consimilibus cæte-

Fernelii verba examinantur.

Fern. trifariam errare videtur.

l. 6. c. X. in fin.

Ca. 5. in fin.

Nova neoterici opinio impugnatur.

4. Meteor. c. 3.

ris.

ris rebus à frigore concretis experiri licebit. Vereor interea ex Galeni loco eum dereptum fuiſſe, quo in loco ſic videntur ejus verba ſonare, cum nobis originem, ac uſum pinguedinis patefacit. Porro ipſius origo atque utilitas hæc eſt. generatur ex ſanguinis parte pinguiore per tenues venas effuſa; effuſa autem ſiccis corporibus ac tenuioribus ut ipſa perpetuo pinguedine nativa humectet, quæ celeriter in diuturnis inediis, ac vehementibus exercitationibus & caloribus immodicis exiccatur atque indureſcit. Sic habet antiquus codex latinus nec non & ipſius Trincavellæ etiam translatio, atque longè abſunt à Græco theoremate, ſeu Græcis verbis, quæ quidem ex Græco exemplari fideliſſimè ad veram Galen. mentem inter cæteras Neotericos Valgriſius interpretanda curavit hoc pacto. quæ celeriter in diuturnis inediis, ac vehementibus exercitationibus & caloribus immodicis exiccantur, atque in dureſcunt, ita ut verba hæc, indureſcunt & exiccantur, referantur ad partes corporis, non autem ad ipſam pinguedinem. Hæc autem prava translatio multos fefellit, nedum præcitatum nuper Neotericum, cuius opinionem aliis ſectandam relinquimus, & hæc de primo problemate.

Gal. locus reſtituitur, l.16. de uſu par. ca. 2. circa medium.

Ad ſecundum dubium accedentes dicimus quod prius reſpicere oportet, quo ſanguine cor ipſum alitur, porro aſſerebat Gal. cor eum ex ſe moveatur, corpus validum ipſum habere oportuit & craſſum, & denſum, unde ſanguine indiguit craſſiore. Hunc autem recipit per ramos venæ Stephaneæ dictæ, dicat quicquid velit Bottallus, qui falſo autumat cor ipſum tenuiori ſanguine nutriri. Et quoniam liquet, & à nobis ſuperius probatum eſt, adipem ex craſſiore ſanguine ortum ducere, eò, quod craſſior & terroſior ſit; oſtendimus præterea, hunc non paſſim ſui ſimilem eſſe, ſed pro partis vi & natura diſparem. Ideo ſolventes ſecundum problema dicimus, ac tenemus, adipē in corde dari poſſe ſed terrenum, durum, craſſumque nec inconvenit, etiamſi hominis corpus pinguedine eſſet delibutum, ob rationem aſſignatam ex natura partium. Rurſus cum Vel. & Fern. addimus, quod quemadmodum interim à natura accuratiſſimè cautum eſt, ne adeps naſcatur, ubi noxia, inutiliſve eſſe poſſit; ſic etiam ab eadem quam accuratiſſimè proviſum eſt, ut ubi utilis neceſſariaque eſſe poſſit, omnino oriatur, quo ſuum ſervet munus, ſcilicet non deficiens in neceſſariis, nec in ſuperfluis ſuperabundans, ideò ſi cerebri membranis & aliis recenſitis locis eam non obduxit, curavit tamē, ut cor ipſum hâc non deſtituatur. Videmus inſuper omentum quamplurimis arteriis veniſque conflatum, eſſet immodica adipe refertum; interpretantur Gal. verba ob membranas ibi adipem conſiſtere poſſe. Præterea videre eſt renes, quos calidiſſimos cenſeo, tum ob inſignia vaſa, bi-

l.6. uſu part. c.17. & de anatom. agreſ. l. 7.

Contra Bottallum.

l.2. c.5. l.1. c.15.

Quorum adeps in omento conſiſtat. c.9. & 10. l. 4. de uſu partiū.

 nas

nas scilicet arterias, binasque emulgentes venas, tum etiam quia videmus igneo renum calore (uti ferè omnes medici uno ore clamant) & arenulas, & quandoque calculos in eis progigni, ipsi tamen adipe undique circumsepti ac obliniti sunt. Quid ergo mirum de corde? Nonne vident adhuc, quod præter copiam materiæ aptam pro eo ipso adipe conficiendo etiam inest eius natura, quæ est, ut difficulter liquescat? Itaque cum sanguis, idoneus extrafusus fuerit pro eo gignendo, affatim illicò, repente, ac ferè ipso ictu temporis condensatur durescitque. Nec interim velim me accuses de instantanea actione. Habet adhuc etiam aliam causam foventem, efficientem, nec non & conservantem humorem, scilicet aqueum in pericardio contentum, quo quidem irrigatur, ac humectatur cor ipsum. Quod si sevum liquatum in tepente adhuc aquâ (dum tamen non ferveat confundas, poteris hoc certo experimento comprobare, affatim, ac subito ipsum concrescere videbis; haud secus in corde contingere putandum est.

Addimus insuper quod dum in præsenti anno 1570. in mense Januarii tum in hoc almo Gymnasio, tum in sacro etiã Incurabilium morborũ hospitio publicè anatomen profiteremur, ubi multa notavi digna; In cadavere secundo notavimus pulmonem, scilicet septem locis manifestissime divisum: hepar verò quatuor; ventriculum bifidum, vera sine pari, una cum pari, & ex ea ramum ad sinistram emulgentem, nec non & veritatem inspeximus de omenti, intestinique ramice, quod Græco epiploenterocete docitur, quo morbo laborabat vivens. Et in cadavere, quod primò secuimus trib9 divisionibus, non tamẽ omnimodis magnũ lienem invenimus, ac etiam pulmonem decem ligamentis costis utrinque usque ad sternon alligatum, & alia plura notanda, quæ forsan alias narrabimus. Redeuntes igitur ad inceptum dicimus, quod dum ipsum adipem liquacemus, clarissimè experti sumus, difficillimè liquatum fuisse, & rursus postea concrevisse: Verum non suam duram servavit substantiam, nec interim mirum sit hoc, ob rationes adducendas, cum de aquâ in pericardio, favente domino loquemur, ac dum fundi inceperat, inter liquandum prius per notabile spatium eum sonitum elidere, ac crepitare manifestè audivimus: eo modo, ac si oleum aquâ permistum quis narrat, at in alio adipe hoc minus ita contigit, quod reor, provide à natura factum, hunc adipem scil. aqua pericardii madidum, quo facile inibi consistere posset, & suam duram servet substantiam, neque liquari potuit, quanto minus cordis calore, fundetur? Nec possum non satis mirari summam opificis providentiam, natura etenim prudens, quia istius adipis valde egebat, quemadmodum infra, cum de ejus usu loquemur, audies,

Nota.

dies, multa machinata est, pluribusque adminiculis adjuta, scil. sanguine crassiori proclivi, aptoque ad gignendum adipem, & humore aqueo tanquam causa nedum efficienti, verum etiam conservanti, confirmantique. Hoc itaque pacto durum hunc adipem fabrefecit, utpote quia supra caloris fontem permansurus erat, in quo quidem si digitum immittas asserebat Galenus, & cætera, nec aliter ibi consistere potuisset, itaque aliquos summos quidem viros, quos veneratus semper sum, ac summoperè colo, propemodum latuerit, ac putaverit aliam diversam ab adipe esse substantiam, & forsan efficientem tantummodò potius causam, ac cordis calorem intuiti substantiam quandam albam, callosamque adipque colore & consistentia simillimam profati sunt. Atque pareat nunc in hoc mihi authoritas tantorum virorum, quorum nomina ob summam venerationem reticeo, aliter namque quotidianis experimentis à nobis comprobatum est, & quibusvis etiam adhuc experiri licebit verissimum scilicet hunc esse adipem, veluti alias diximus, quamvis Columbus in sua Anatome damnat Portium Neapolitanum Philosophum Doctissimum dicentem non veram esse pinguedinem, forsan quia non facilè liquatur, duriorque visitur. Præterea ut sæpè consuevit male in Galen. & Arist. irruit, qui forsan de pinguedine suam substantiam, naturam, ac consistentiam prius intuiti loquuti sunt, non de adipe, nec ipse, dum oppositum ostendere studet per ipsam dissectionis notitiam causam aliquam indagatum, quomodo is in corde concrescere possit. Naturam summo ac ferè mirando consilio adipem hunc duriorem nasci in corde voluisse pluribus exemp. ac Gal. locis probari posse pro comperto habeas. Sed quia sermo noster, quæstionis limites transcendisse videtur, sufficiat tantum mihi nunc unicus Gal. locus de usu partium, de pinguedine oculis affusa, quod si verba benè perpendes, exemplum huic rei accommodatissimum habebis; inquit: Quod autem circumfusam oculis pinguedinem nullius alterius gratia natura comparavit, quam ad motum faciliorem, ipsius etiam durities indicat, cuius beneficio, cum non facilè colliquatur, tum etiam madefieri perpetuo ac humectari patet, quod mutuosa sit ac pinguis. Remanet adhuc dicendũ, quod ratione membranæ tunicæve cordis substantiæ obnatæ ibi adeps consistere potest, uti Vesalius etiam innuere videtur. Rursus addimus, quod ferè ubique magis sententia mea generatur adeps ratione materiæ, quã ratione causæ efficientis: Tenuis meninx, quæ simillima est ipsi epiploo, eo esset delibuta, nec siccitas obstaret, uti innuere videtur Fernelius, quia ob contiguitatem, quam cum cerebro, habet parte quidem nostri corporis humidissima ac frigidissima, nõ potest vere dici sicca, natura tum materiã hanc suppedit ante;

in lib. de usu puls. c. 2. in fin.

l. 7. c. 1.

Contra Columbum.

l. 10. c. 11. in ult. verb.

l. 6. c. 10.

Nota rationes.

Jam

Jam clarè unicuique patet, rem benè perpendenti, qui hæc veritatis animo legerit, hoc modo concordes esse, Gal. & Arist. nec non veram etiam ipsius Arabum principis positionem, existere in homine adipem, ac pinguedinem reperiri, & quibus de causis, & rursus etiam cujusnam naturæ sit. Postquam hæc absolvimus, reliquum est ut de ejus usu loquamur. Primo communem usum recensebimus, deinde verum à nobis excogitatum patefaciemus, nec mirum sit, si primus ego eum lapidem jecerim, licet namque omnibus ratione tamen recta fulta suam in medium afferre sententiam. Præcipuè erga humani corporis usum, uti patet ex ejus definitione ex Galeno & præcipuè ubi tradit differentiam inter rationem & usum. Communis fuit opinio omnium Anatomicorum, qui de hac re meminere, adipem in corde valdè necessarium fuisse, ob continentem motum quemadmodum in quamplurimis nostri corporis partibus cernere est, præsertim circa oculos, temporalesque musculos, ne partes exiccentur, genitus ergo est propter finẽ, ut cor propter continuũ motũ non exiccetur; hæc fuit sententia tum Barbarorum, tum etiam nonnullorũ reliquorum Anatomicorum. Quam quidem, & si ut veram accipimus, tum sententiam nostram dicendam veriorem esse tenemus. Magis enim cum naturâ rei coincidit ac arridet.

De loc. aff. 1. & 17. de us. par. c. 1.

Vsus adipis cordis ex Arabum sententia. Vide Mundinum de Ana. cordis & cur. in com.

Nec non, & hic usus non omninò repugnat usui verissimo à nobis jamjam enucleando, ac patefaciendo. Verumtamen, quo melius is perspici possit, nonnulla à nobis prius supponenda, prædicendaq; erunt de humido radicali, & caloribus nostri corporis, innato videlicet, ac elementari. Avic. fuit sententia, & post eum quamplurimorum Medicorum, quod præter quatuor humores scil. sangv. pit. & utramque bilem, quatuor alii reperiantur in humanis corporibus, eosque secundarios appellat: Horum autem primus nomine caret, alter elementarius, & ros, & insitus à Galeno nuncupatur. Quartus nativus primogenius & radicale humidum appellatur. Tertius autem humor, de quo multa dicturi sumus, & de eo meminimus; id est, qui crassior factus, ac coactus concretusve partibus agglutinatur, & solidis fibris adhærescit, atque in partis substantiam mutatur, illique perfectè assimilatur, hic non est nisi carnosa & adipis substantia; recentiores Medici huic uni, & eidem à statu vario varia indiderunt nomina, videl. carniformis, gluten & cambium. Rursus sciendum est quod propter calidum innatum nobis insitum à natura, pro eo autem substantiam aëream, & aqueam intelligo, qui pro pabulo humidum radicale habet: Is autem processu temporis postea acquisititius, & spurius à Gal. vocatur, pro eo autem igneam ac ferream substantiam tractu temporis, ac ætatis mutatione, ita ut quantum de aërea

Pri. primi Doct. 4. c. 1.

Tũ . terã pen. tum. & 13. 2. de dist. feb.

aërea & aqueâ deperditur, tantum de terrea & ignea acquiritur, ut idem acquisititium dicatur, intelligimus Gal. test. primo de sanit. tuen. capitulo secundo. Alius adhuc nobis etiam reperitur calor nativus, elementarius dictus à nonnullis. Galeno tamen virtutum substantia, aut primarū instrumentum dicitur. Is verò nihil aliud est, nisi quatuor elementorum vel horum primarum qualitatum contemperamentum, & veluti nati vus omnium functionum primarius est opifex, ita est hic adjuvans, quod elementorum temperies insitum illum calorem foveat, excitatque, erit igitur sciendum, quod calidum innatum, quam calidum elementare fundatur in humido, tanquam in materia in qua & ex qua, cum non sit calidus sine humido, ut patet ex 2. de grant. & corrupt. tex. 50. Omne autem agens materiam expostulat, in quam agat ac ex qua producatur hujusmodi, ea duplex est, humidum radicale & influens seu nutribile, calidum innatum humidum radicale complectens omni quaque continuò, & uniformiter, & se intendens in eo conservare, consumit seipsum per accidens humido depasto. Olfecit sectatusque est hanc opinionem Seneca, pulcherrimaque oratione ipsam circumscribens inquit. Qui oritur mecum moritur, & qui me vivificat, me occidit. Unde hic calor, dum conservari & perfici naturaliter desiderat, semetipsum is cōficit & interimit quem sui occasum & obitum non intendit, eum tamen conficit: sed quoniam nihil, quod genitum est, & natura constat, primum & per se sui exitum molitur, sed quam longissime protogari, & in rerum natura consistere peroptat: Nec calor ipse quidem per se & ex instituto sui interitus causa fuerit, verum, ut dicere solent, ex accidenti, & alterius interjectu. Nam aliud quicquam agens, ipse quippe humidū conficiens, seipsum pariter diripit, atque vastat. Hanc sententiam ab Hippocrate desumtam Fernelius dictis verbis uti nos censemus, nobis ostendit. Calor elementarius necesse est & fundari in suum humidum tanquā in materia, &c. alioquin sequeretur absurdum, videlicet ut duo calores una agerent in ipsum radicale humidum, eoque fermè affatim absumpto seipsos destruerent, ac consumerent per accidens. non per se scil. non data proportione, agit ergo hic calor in suum pabulum, quod erit quidem mea sententiâ id, quod carniformis & cambium appellavimus. Verum quidam juniores actu calorem hunc non existere putarunt. Et si igneus hic calor partibus similaribus insit, hic sanè quisquis erit, similitudine quadā eum duntaxat exprimet, qui lapides & metalla continet, neq; aliud in nobis consimilarium partium molem coagmentationemq; servabit, ne dissipetur, aut defluat, tamen harum partium pinguiorem tenuioremque portionem alimenti absumit, quæ quidem nihil aliud

2. de art. curat. ad Glau c. 2. & 3. de tem. c. 4. Fernel. de f. b. l. 4 c. 1. de abdit. rerum causis. l. 2. c. 7. Vide Hipp. in 6. de morb. vul. com. 6. & aph. 57. & 5. 22.

De spi. & inor. cal. 4. c. 8.

 est

est, quàm adeps seu pinguedo, ejusque materia, ideoque Gal. effusam siccis corporibus ac tenuioribus ut ipsa perpetuò pinguedine nativa humectet, quæ celeriter immodicis caloribus.&c. pronunciavit.

Proinde ergo natura pro ignei caloris pabulo dictum adipem constituit. Si autem hic elementaris calor sicciorem materiam requirat, ac nativus, non est præsentis instituti, quocirca jam ad pensum redeam. Quod patet, nec multa eget probatione siquidem videmus etiam non lyncæis (ut ajunt) oculis, obesos homines ob calidas vehementissimas causas absumentes pinguedinem ipsam eiusque materiam exiccantes, quæ quidem alimentum quoddam calido fit, graciles evasisse, experimento ergo comprobatur. Præterea auctoritate ipsius Galeni patet, quod quicquid in sanguine pingue, leve & tenue est, id in calidioribus alimentum quoddam calido fit, ratione ergo verum, ac mente contemplabile erit partem pinguiorem ac tenuem materiam debere esse ipsius caloris: hanc opinionem perbellè declaravit etiam Turisanus: Manifestum ergo ex ijs erit calorem elementarem suum habere pabulum ipsam scilicet pinguedinem ejusque materiam, nec adhuc inconveniens esse dicere, quod calor spurius in hanc eademque materiam quoquo pacto agat. Siquidem postquam igneam vim acquisivit ipsi radicali humido haud omnino correspondet, nisi daretur alteratio humidi radicalis: veluti datur ipsius caloris: Verum hoc falsum est. His sic stantibus certum quidem erit, quod fons caloris, tum innati acquisititij tum elementaris erit ipsũ cor, veluti omnes nedum Medici, verum etiam Philosophi profitentur. Quo posito rationi consonum erit, materiam in necessariis non deficere, veluti nec in superfluis superabundat, scil. eo loci, ubi fons caloris existat, ac perpetuò calor fovetur, carpitur & gliscit prospiciat illi tribuens sufficiens ac necessarium pabulum. Hac igitur de causa justissima natura perpetuo ibi plurimum sanguinem transmittit, ex eoque quod pinguis levis, aptusque est, ne videlicet humidum radicale citius absumatur, hic nihil aliud est, nisi adeps, eique materia, nec pro eo humidum radicale intelligimus, (ut quidam Juniores putarunt) quod si quis adhuc contendat calorem hunc nec tantam habere vim, ut ita agat in humidũ, ac candelæ flamma, huic cum Platone in Timæo respondebimus, talem calidum ignem esse, ut ipsemet appellare videtur, interea tamen magni Gal. dict. non obsistimus, quià Platone dissentire videtur. At si quis pertinacius, ne dicam stultè adhuc certet pinguedinis adipisve consumtionem non ab elementari calore fieri, cum eo non contendemus, satis pro nobis esse putantes, adipem à calore absumi, ut nedum Gal. verum etiam omnis medicinæ parenti Hippo. placuit, & caloris fontem esse cor ipsum

Vide Gal. 11. met. 15.
a. l. de temp c. 4.
Com. 59. 2. ar. med.
Verus usus adipis cordis.
Citatis locis lib. de salub. diæ.

ipſum, quod ſi malit à nativo, ac ab elementari magis, vel à quopiam alio, hoc non inficimus, nec enim noſtræ poſitioni è directo adverſatur. Mirabitur quis forſan, ac dubitabit, quomodo unam et pars ſcil. adeps ſeu pinguedo tot uſibus ſit opportuna, quippe cũ obtinet præcipuum uſum, quem obtinet ſitum. Natura enim copioſiſſimam clunibus obduxit, ut illâ adipe pulvinaris vice uteretur. Ea namque, quæ inter entem membranamque collecta eſt, eundemque, quem veſtis caroque ſimplex uſum præbet; ſiquidem frigoris tempore calefacit, & ſi ſoli exponatur homo, veſtis quoque inſtar refrigerat, calorem quominus penetret inhibens, ut bene dici poſſit eodem præſidio frigus & calorem arceri, tantummodo renum adipem quorundam animalium mulieres ad fucandas manus parant, ob ſuam à reliquo diverſam facultatem. Nos autem non dubitabimus, ſed cum Galeno ſummã opificis animaliũ ſapientiam admiramur, quod plerumque inſtrumentum unum ad multas rationes efficiat, cui rei aſſerebat l. 8. de uſ. part. Lucrum accedit haud quaquam exiguum, quod ſcil. non tot inſtrumentis quam uſibus egeamus. Sed unicum ſæpe numero inſtrumentum multis actionibus atq; uſibus ſufficiat. Nec igitur mirum ſit, ſi quem jam diximus uſum in corde obtineat. Demum quæſo, tu interdum pulchram rem audi. Scio tamen, quod & ſi veluti paradoxum aliis videbitur, tibi nihil mirum erit, qui circa diſſectiones exercitatus fueris, ſæpe quidem rem vidiſti diſſectis cordis ventriculis in ipſorum cavitate fruſtula quædam, portiones, ac ramenta adipis à nobis obſervata ac reperta, ita ut magis mirum ſit, quomodo is ibi concreſcat, ac qui ſupra cor ipſum. Et quis adhuc dubitabit, hanc etiam materiam eſſe caloris, atque ejus pabulum ubi ali is carpique poſſit.

[Margin: ca, c. x 12. 16. & alibi.]

[Margin: Vſus pinguedinis ſecundum diverſas partes.]

[Margin: c. 7. in fin. & alibi.]

[Margin: Nota mirum.]

Propterea ergò Gal. adipi cum præbet uſum, ut in ingentibus caloribus inediis, & frequentibus exercitationibus deſerviat: confirmavit noſtram ſententiam bonus Avic. verus Galeni interpres dicens: Pinguedinis autem & adipis congelatio ſuper corpus minuitur, & augetur ſecundum minorationem caloris & ipſius augmentum. Itaque calor fabulatur adipem & pinguedinem. Sic etiam Fernelius oſtendens nobis triplex flammæ pabulum, tertium aſſerit eſt materia præpinguis, ut oleũ in lucerna, deinde adeps. Et hic mihi videtur verus uſus à nemine unquam hucuſque patefactus. Tu interim ſi ita ſentias, me certiorem facias, nam ſi hæc tibi haud diſplicere cognovero, quamprimum alia & majora mittam, interim Julium tui ſtudioſiſſimum ama.

[Margin: l. 16. c. 2. de uſu par. 2. pri. Do. 3. c. 3. l. 4. de ſpi. 2. & in n. cal. c. 3.]

F I N I S.



JULII JASOLINI HIPPONIATÆ OSTEOLOGIA PARVA.

POMPEIO JUDICIS URSINI
Medico Clarissimo
JULIUS JASOLINUS
Felicitatem.

JAMDIU putavi, Doctissime Pompej, quæcunque à Clarissimis Anatomicis de ossium articulationibus latè diffuséque tradita sunt, ea quam brevissimè explananda. Qua in re non modo Iuvenum sumtui, sed & labori consuluisse visus sum, quibus emere, nedum legere tantum librorum numerum molestum erat. Præterea illi Galenum, tantum abest, ut insequantur, ut eum omninò accusent. Sed quoniam noster Præceptor Philippus Ingrassias Galeni mentem de ossium syntaxi præter cæteros omnes assecutus est, propterea primum ossium articulationum typum juxta Galenum, ut ejus nuda verba sonant, explicabo. Deinde, quo veritas elucescat, ipsius Philip. tabellam pro Galeno addam. Tum reliquorum in Galenum irruentium sententias per tabellam seorsum ponam. Postremo voces omnes, quibus commissurarum ossium corporis humani differentiæ indicantur, & etiam eorundem obscuriora nomina brevi explicabimus, ac tandem horum numerum ex diversis sententiis ostendemus. Quibus benè ac ad amussim perpendis facillimè quisque etiam junior adhuc ipsius anatomes erga οςεοτομὴν scientiam suo marte adire aggredique potest. Damnant Gal. Andreas Vesal. Reald.

ald. Columbus, Ioan. Valverd. Franciſcus Anto. Cattus, aliique non-
nulli, primò, quod canina & ſimiarum oſſa pro humanis deſcripſerit.
Dubitant præterea ex his aliqui, an liber de oſſibus legitimus ſit Gal. fœ-
tus, ob aliqua errata in eo inventa. Rurſus mordent, ut inconſtantem,
nam in proœmio dicti libelli videtur oblitus illius, quod prius dixerat,
cum enim Synartro ſi obſcurum & non manifeſtum motũ primò tribu-
iſſet, non debuiſſet p.p. ſuturam, Gomphoſin, & Armoniam ejus diffe-
rentias numerare quod nullum penitus habent motum. Niſi cum au-
thore libelli introductorii ſeu medici inſcripti συνάρθρωσιν ad ſtabilita-
tem factam eſſe dicere voluiſſet, quod tamen repugnaſſet iis, quæ in ſe-
quentibus aliquot capitibus libri de oſſibus ſcribit: præſertim cap. 13. ubi
connexionem coſtarum cum pectoris eſſe συνάρθρωσιν, quod horum ſit
exiguus, ac ſanè obſcurus motus, diſſertè appellat. Videtur ergo vel
aliquis error latere in textu, vel immemor fuiſſe illius, quod paulò ante
jam dixerat. Sed turpe dictu eſt, Medicorum principem in tantum in-
cidiſſe erratum. Solus ex tot anatomicis inſignis Philippus Ingraſſias,
Philoſophus ac Medicus præclariſſimus, vereque anatomes peritiſſimus
Gal. tuetur, tum de Synarthroſi tum de Symphyſi, ejusq; loca conciliat
contra Veſal. & præcitatos Neotericos, ut ſole meridiano clarius in ſua ta-
bella patet. Quam quidẽ ex ejus Chirographo ſcriptam, & ab ipſo inter-
pretatam Meſſanæ accepimus, & hanc ejus manu ipſius ſententiam cæ-
teris præſtantiorem, omnique labe carentem, & quæ nihil habet calum-
niæ atque à Galeni placitis minimè diſcedentẽ ſemper ſectati ſumus. Cæ-
terum Anatomicorum aliqui ſecus atque Galenus ſentiunt, ſtructuram-
que atque oſſium commiſſuras, & contextum ſuo arbitatu informant.
Hac igitur de cauſa ipſorum ſententias ſeorſim tabellis diſtinctas patefa-
cimus, & interdum adhuc inter ipſas lis tanta eſt, quanta inter eos, &
Galenum. Igitur hac ratione motus plures tabellas claſſicorum tan-
tum Anatomicorum, veluti Galeni, Veſalii, Ingraſſiæ, Columbi, Val-
verdæ, Catti in his typis breviter feriatimque ſuo ordine diſpoſitas enu-
merandas curavimus. Poſt nudam (ut aliqui intelligunt) Gal. tabel-
lam ipſius magni Ingraſſiæ (A) oſſium texturam eorundemque (ut ita
dicam) congeriem, quamplurimis oſſium exemplis (ad totius fere Scele-
ti uſum) exornatam ex Gal. mente locupletiſſimamque adjunximus.
Nec in cæteris tabellis ſigillatim exempla in unaquaque differentia ad-
ducimus, ne eadẽ pluribus in locis repeteremus, nihilq; ferè exemplis ipſi
differunt. At ubi manca exempla ſcripta ſunt, ut in Enarthroſi, quæ eſt
ſub Diarthroſi in tabella Ingraſſiæ, ob loci anguſtiam ipſius Realdi (B)

tabel-

tabellæ, atque sub Enarthrosi addidimus. Cæterum quo facilius inveniamus inter eos controversiam, in tabellis exempla adducimus: quemadmodum de Symphysi (C) & Syssarcosi (C) in Vesalii facimus,
C.tab.3. quæ utraque negatur ab Hispano Valverde (D) Cattus (G) verò
D.tab.5. omittit & improbat eam, quæ per Synenrosin, & quæ per Syssarcosin
G.tab.6. fit. Igitur tam, quæ per Synchondrosim, vel quæ nullius corporis interventu fit, tantummodo Symphysin esse censet, quam quidem rem miror, quomodo in re adeò clarâ tanti viri hallucinati fuerint. Namque Gal. sententia de Symphysi in lib. de ois. defendi potest, si dicamus, eum vocem illam impropriè pro quavis cohærentia usurpasse. Erit igitur bifariam divisa, vel per se, & propriè, vel per accidens, ut Doctus noster Ingressias sentit. Præterea Columbus Gal. & Ves redarguit, tum erga totius corporis humani ossium texturam (uti videre est in ipsius tabella, in qua sub Symphysi futuram, Gomphosin, & Armoniam posuit) tum & circa particularia exempla, namque secundam & tertiam digitorum aciem inter se per Ginglimon sub Diarthrosi componi autumas. Quin igitur ii omnes inter se discrepant, ac alii alium invadit, obtrectat, lacerat, & genium infigit, nulli dubium est, omninò ab eorum sententia recedendum esse, ac ex vivo Gal. ejusque simiæ Ingrassiæ fonte aquam hauriendam potius, quam ex turbidis eorum rivulis. Equidem si ipsos unanimes, atque una concordes reperiissemus, forsan sententiæ alicujus eorum niterer. Verum fratrum discordia pessima, atque (ut ajunt) proprio genu crure. Habes ergo sententias Illustrium virorum & nominum obscuriorum circa ossa expositionem, & eorundem numerum, eo quidem ordine cuncta disposita & ornata, ut quivis etiam adhuc Iunior facillimè & nomina & voces commissurarum ossium, ac eorum numerum inveniat, ac ex tot eximiis viris eum potissimum eligere, ac sectari, quis possit, quem maluerit. Accipe igitur hæc hilari fronte veluti pignus amoris mei erga te, quo te dum vivam prosequar, & si qua mutanda censes, ipse mutato, vel me moneas, nam te autore omnia incudi reddam.

* *
*

POM-

admodum est; caputque

erficie & capitulum etiam

ria conjunguntur, ut ver-
r.

ilitudinem, vel serræ aut

itur.

em lineam, ut in superiori


nes
a, seu ligamentales
medullâ, voluntarii &
vi oriuntur.

Tab. II.

st cartil
uædam
puerorum
rdum 3.
e capto
um femi
que & v
ula inte
est cum
cem, &
ssa quoq
ac scap
n, atq

ropter n
m & a
plex sc

opter
m tri-
er



- *Humani Corporis ossa invicem componuntur ex Gal. nudâ sententiâ.*
  - *Per articulum, & est ea naturalis ossium compositio, quæ dividitur in*
    - *Diarthrosin, quæ est dearticulatio ossium, quorum motus evidens est; dividitur in*
      - *Enarthrosin, & est, cum excipiens cavum altum admodum est; caputque quod in id inseritur, oblongum.*
      - *Arthrodiam, & est, quæ cavum leniter & in superficie & capitulum etiam depressum habet.*
      - *Gynglimon, ea est, qua ossa sese invicem ingredientia conjunguntur, ut vertebræ inter se ac humerus cubitusq; alligatur.*
    - *Synarthrosin, quæ est coarticulatio ossium, quæ nec validum, nec manifestum, sed obscurum difficilemque habent motum. Dividitur autem in*
      - *Suturam, & est vel ad consutarum rerum similitudinem, vel serræ aut unguis.*
      - *Gomphosim, & est, cum ad instar clavi ossi os affigitur.*
      - *Armoniam, estque ossium obstructura, per simplicem lineam, ut in superiori maxillâ conspicitur.*
  - *Per symphysim, & ea est naturalis ossium unio, quæ etiam fit vel*
    - *Aliorum interventu, ut densiora ficcioraque ossa, quæ junguntur vel*
      - *Per syssarcosim à carne*
      - *Per syneurosin à nervo*
        - *Ex musculis tendines*
        - *Ex ossibus ligamenta, seu ligamentales*
        - *Ex cerebro & dorsi medullâ, voluntarii & sensibiles nervi oriuntur.*
      - *Per synchondrosin à cartilagine*
    - *Absque medio, ut fungosiora ossa molliaq; mutuo inter se coalescunt coeuntque.*

Ossium Corporis humani structura compositioque ex Magno Ingrassia ad veram Galeni mentem.

- Per symphysim, hoc est coalescentiam seu quamdam substantiarum conjunctionem, ideo quantum ad ipsam spectat propter quietem. Hæc iterum duplex, scilicet.
  - Per se propriè, absque ullius substantiæ interventu, ut quæ fungosiora spongosioraque ab initio fuerant, molliaque, & invicem conglutinabilia, ut quædam ossa sterni inter se, 53. secundum, cũ 3.4.5. & 6. quæ in unum coaluerunt, & ossa maxillæ inferioris per Gal. & ipsius lati sacrive ossis partes.
  - Per accidens, & quasi impropriè, & largè scil. alicuius mediæ partes interventu, in unam quasi continuam indivisibilemque substantiam nexio instar glutinis fit atq; luti seu funis. Hæc vero symphysis in ossibus triplex est Gal. & Arist. teste l.2. de ana. ad. ult. & 2. de part. c.9. etiamsi quiescant vel alia ratione moveantur, scilicet per
    - Synchondrosin, hoc est cartilaginis intermediæ beneficio talis unio fit; ut ossa pubis, & quædam pectoris ossa, ut primo cum 2. & 6.37. utplurimum & ossa puerorum cum suis appendicibus, quæ appendices sunt 318. & interdum 322.
    - Syneurosin, id est per nervos, large interim nervi nomine capto quia 53. per ligamenta quædam unio fit, ut coxendicis os cum femore per ligamentum validum, sic & radius cum ulnâ sicque & vertebrarum omnium nexus, & tria auditorii organi ossicula inter se.
    - Syssarcosin, hoc est cum per intermediam carnem unio fit, uti non solum dentes invicem, & cum mandibulis uniuntur per gingivarum carnes, sed ossa quoque hyoidis cum ossibus pectoris mandibulaque inferiore, ac scapula, itemque radius cum ulnâ per musculum quadratum, atque qui etiam ad pronum radium movet.
- Per arthrosin, seu arthrõ Græcè, hoc est per articulũ largè ipsum capiẽdo, scil. pro omni ossium adhærentiâ, inter quæ nulla unio fiat, seu propter motũ, seu propter quietẽ factam sit. Quæ enim propter motum articulantur ossa, sunt in ætate provectis 182. faciẽtes articulos 303. quãq; 305. Hæc igitur duplex est
  - Per diarthrosin, quasi dicas dearticulationem, ut ea ossa, quorum motus evidẽs est, fiũtque huiusmodi articuli 183. vel 185. scil. inter ossa num. 157, structura hæc rursus triplex, scil.
    - Per enarthrosin, ut quando excipiẽs cavũ altũ admodũ est, & quod in seritũ caput, ob longum, ut femur cum coxendice.
    - Arthrodiam, ut quando cavum leviter & in superficie, capitulum vero depressum habet, ut primi cervicis vertebra cum 2. & dens secundæ cum prim. item reliquæ cervicis & thoracis vert. ii superiores.
    - Ginglimon, ut quando ossa 2. tã sese invicem ingrediẽtia cõponuntur ad simplicẽ motũ, ut ulna, cubitusve cũ humero. Item in tertiis & sec. quatuor digitorũ manꝰ articulis, & in 3. ejusdẽ pollic. & aliis.
  - Per synarthrosin, quasi dicas coarticulationẽ, ut ea ossa quorum motus invalidus difficilisq; & obscurus vel nullus, & sic conciliantur Gal. loca ut inferius patebit. Hæc igitur duplex est — —
    - Cum motu, & propter motum licet obscurum & difficilem, & est triplex scilicet per — — —
      - Enarthrosin, ut tali os cum scaphoide. Item 2.3.4.5.6. & 7. costarum cartilagines cum sterno, quamvis Gal. c.13. aa Arthrodiam reducit largè Arthrodiæ nomen accipiens, brachialis ossa invicem videl. prim. cum 2.5.6. & 7.
      - Arthrodiam, ut pri. costæ cartilago cum pri. osse pectoris & jugali ad primum os pectoris & ad scapulam. Item brachialis 2. os cum 3. & tertium cum quarto & sextum cum 7. & 7. cum 8.
      - Ginglimon propriè, ut tali os cum osse calcis impropriè, ut in singulis vertebris præter 1. cervicis, & 12. thoracis.
    - Sine motu, vel propter quietem, quæ etiam triplex est, scilicet per
      - Suturam vel instar laceram vestium, vel instar duarum serrarum sese mutuo recipientium, vel instar unguium.
      - Gomphosim, ut quando ad instar clavi os ossi infigitur, ut vere dentes in mandibularum fossulis ingrediuntur, sunt ossa 32. & totidem particulationes.
      - Harmoniam, ut quando ossium structura per simplicem lineam fit, ut quædam ossa maxillæ superioris, v.9.4. ossa inter se cum sextis & eadem inter se nasiq; ossicula, & dvo scil. secundum & tertium, quæ in oculi sede reperiuntur, & alia, ut etiam sphenoides os.

Ani-

aginis intermediæ beneficio talis unio
pectoris oſſa, ut primo cum 2. & 6.37.
m cum ſuis appendicibus, quæ appen-
22. Syneuroſin, id eſt per nervos, large
quia 53. per ligamenta quædam unio
re per ligamentum validum, ſic &
ertebrarum omnium nexus, & tria
r ſe.
per intermediam carnem unio fit, uti
cum mandibulis uniuntur per gingi-
ue hyoidis cum oſſibus pectoris man-
ula, itemque radius cum ulnâ per
e qui etiam ad pronum radium mo-

no- | *Enarthroſin, ut tali os cum ſcaphoide. Item 2.3.4.5.6. &*
7. coſtarum cartilagines cum ſterno, quamvis Gal. c.13.
aa Arthrodiam reducit largè Arthrodiæ nomen acci-
piens, brachialis oſſa invicem videl. prim. cum 2.5.6. & 7.
lf- | *Arthrodiam, ut pri. coſtæ cartilago cum pri. oſſe pe-*
ili- | *ctoris & jugali ad primum os pectoris & ad ſcapulam.*
Item brachialis 2. os cum 3. & tertium cum quarto &
ſextum cum 7. & 7. cum 8. Ginglimon propriè, ut tali os
cum oſſe calcis impropriè, ut in ſingulis vertebris præter
1. cervicis, & 12. thoracis.

Suturam vel inſtar laceram veſtium, vel inſtar duarum
ſerrarum ſeſe mutuo recipientium, vel inſtar unguium.
Gomphoſim, ut quando ad inſtar clavi os oſſi infigitur, ut ve-
re dentes in mandibularum foſſulis ingrediuntur, ſunt oſſa
32. & totidem particulationes.
Harmoniam, ut quando oſſium ſtructura per ſimplicem
lineam fit, ut quædam oſſa maxillæ ſuperioris, v.9.4. oſſa in-
ter ſe cum ſextis & eadem inter ſe naſiq; oſſicula, & duo ſcil.
ſecundum & tertium, quæ in oculi ſede reperiuntur, & alia,
ut etiam ſphenoides os.

Ani-

POMPEIVS IVDICIS VRSINI IVLIO IASOLINO Medico Doctissimo S. D.

HOmines Hominum causâ natos esse, præclara est apud stoicos sententia, JVLI Doctissime: quæ causa multorum movit animum, ut aliquid dignum invenirent, quo mortales juvarent, hinc tot artes, hinc tot scientiæ ortæ sunt: inter quas est medicina à diis inventa, & ab hominibus expolita, quæ citra controversiam inter omnes artes plurimum affert utilitatis vitæ mortalium, quid enim ad vitam salutarius, quam medendi ratio? quâ sanitatem conservamus, morbos removemus, ac animam penè è corpore fugientem retinemus: hujus autem disciplinæ cum plures sint partes, una tamen inter cæteras præcipua ab omnibus esse censetur, Anatome quod humani corporis structuram & fabricam docet, citra rerum absolutam cognitionem frustra sanitas conservari, aut morbi curari possunt. Jacebat ac prorsus emortua erat post Galeni secula, barbarie obruta hæc scientia, quæ revixit, atque à profundissimis tenebris caput suum erigere cepit ope Andreæ Vesalii Anatomicorum nostra tempestate Principis post quem etsi multi secuti sunt Anatomen exercentes, qui nova aliqua invenerint, nullus tamen tot præclara opera edidit, qualia & tu, in quibus novos partium usus doces, priscis & junioribus incognitos, & multas partes corporis ab aliis non repertas demonstras: quod facile innotescit ex quæstionibus à te dilucidatis, de cordis adipe, de humore aqueo existente in pericardio: tandem in lucem prodiit opus tuum de ossibus, in quo certe admiror nominum genuinam explanationem, compendiosam brevitatem ad memoriæ usum, & maximam in conciliando authores dexteritatem. Perge igitur ut cepisti juvare artem medicam, majora enim his ingenium tuum indies pollicetur. Vale, & me, ut soles, ama.

* *
*

Tab, I.

ANimadvertat hic candidus lector quando magnus noster Præceptor Philippus Ingrassias hoc structuræ ordine defendit Gal. nostrũ (uti præclarum, insignem, ac doctissimum medicum decet) ejusque loca conciliat; nec ut cæteri fecere, ipsum damnat, imò proœmii verba interpretando, & simul 2. de art. com. 6. (ubi motum habere obscurum synarthrosin ait) cum introductorio concordat: quo in loco propter quietem esse synarthrosin testatur, atque unà alia plura Galeni loca conciliando à genuino ipsorum morsu vindicat, hoc pacto videlicet, synarthrosis bifariam extat, namque vel est eorum ossium, quorum motus invalidus est, difficilis & obscurus, vel quorum nullus, & propter quietem. Interdum sic omninò Gal. locum in proœmio exponendum censet. Si cum motu à diarthrosi pro motus quantitate differt. Item synarthroseos quoque triplex est species, quasi dicat, præter prædictas 3. species quæ sunt non solum diarthroseos, sed & synarthroseos, quando est cum motu, seu Enarthrosim Arthrodiam & Ginglymon, triplex quoque q. d. tres quoque aliæ sunt species, quibus est sine motu, sutura, Gomphosis, & Harmonia, & sic conciliãtur etiam loca lib. de ossib. c. 13. 18. 19. 22. & 24. Quibus in locis multas synarthroseos species ponit, quæ neque ad suturam, neque Gomphosim, neque Harmoniam reduci queunt. Verissimam igitur Galeni mentem assecutus est, cum illud (quoq;) ponderasset.

* *
*

Tab. III.

Tab. III. De contextu, ac structurâ ossiũ Corp. Hum. secundũ Celeber. Vesal. mentem: Quemadmodũ unius compositionis ossiũ usus est ita quoq; multiplex est ratio. primũ itaq; voluntarii motus genere ossium naturalis fit compositio, quæ à Græc. ἄρθρωσις & ἄρθρον nobis articulatio, articulusq; dicitur. Cæterum motus in omnibus articulis non eadem est ratio. Nam ossa habent motum vel

- Evidentem. Ossa quæ habent motum evidentem, dicuntur committi per diarthrosin, ἀπάρθρωσιν Hipp. (lib. de art.) appellat, quæ de articulatio dividitur in
  - Enarthrosin
  - Arthrodiã
  - Gynglimon
- Latentem: Quorundam articulorum neque validꝰ, neq; manifestꝰ, sed obscurus latésq; motus sentitur, vocata est hæc articulationis species Græc. συνάρθρωσις, quasi coarticulationem dixeris. dividitur etiam in
  - Ενάρθρωσιν
  - ἀρθρωδίαν
  - γίγγλυμον
- Penitus nullum. Eorum ossium, quæ nullum penitus habent motum, connexus quatruplex est species, nempe
  - Gomphosis
  - Sutura
  - Harmoniæ
  - Symphysis

(C) Est autem Symphysis naturalis ossium unio, quâ commissuræ formâ appendices suis ossibus connascuntur in ætate quidem minoribus, cum ossa adhuc mollia fungosaq; existunt, cartilaginis interventu, ut ossa sacri ossis lateribus commissa invicem & in pube coalescunt. Cæterum omnes ossium constructuræ species, aut alicuius, aut nullius corporis beneficio committuntur. Nullius partis beneficio in natu grandioribus, ubi ossa ficciora jam sunt reddita, & induruere, appendices ipsorum ossibus coalescunt. Nam adeo ipsis minutum, ut coalitus lineam vix conjicere queas, omnes quoque Suturæ, quemadmodum etiam Harmoniæ absq; corporis alicujus auxilio connectuntur. Alicujus corporis ope connectuntur ossa trifariam, per συνευρωσιν, συσσάρκωσιν, συγχόνδρωσιν.

Non solum, ut dentes in suis alveolis carne firmantur; verum etiam musculi plerumq; ossa nectunt. Et quia musculi veteribus teste Aristot. carnis nomine appellantur; Ideo connexus, quiiis fit, syssarcosis appellatur.

Tab. IV. Tabula Compositionis ossium humani corporis per Realdum Columbum

- *Per articulum, qui est ossium compositio cum motu. huius duæ sunt differentiæ*
  - *Diarthrosis; quæ est dearticulatio ad motum manifestum. dividitur autem in*
    - *Enarthrosim, ut est articulatio femoris cum coxentice humeri, cum scapulâ primæ aciei digitorum, cum post brachialis ossibus.*
    - *Arthodiam*
    - *Gymglimon, ut ulna cum humero, femur cum tibia, & 2. & 3. digitorum acies.*
    - *(Eo vero inter se differunt quod hæ obscurum, illæ manifestum habent motum.)*
  - *synarthrosis, quæ est coarticulatio cum motu obscuro, in easdem autem species dividitur, in quas diarthrosis dividebatur, videlicet in*
    - *Enarthrosin*
    - *Arthrodiam*
    - *Gynglimon.*
- *Per symphysin, quæ est ossium inter se conjunctio, seu unio sine motu. Hanc nobis visum est dividere in - - - - - -*
  - *Suturam*
  - *Gomphosin*
  - *Harmoniam*

Omnia hæc invicem committuntur

- *synchondrosi*
- *syssarcosi.*
- *syndesmosi.*

Tab. V.


Trifariam conjunguntur ossa humani corporis, ut Johannes Valverda Hisp. opinatur.

- Vel ad motum manifestum, & dicitur diarthrosis, quæ dividitur in
  - Enarthrosin,
  - Arthrodiam
  - Ginglimon.
- Vel ad motum obscurum, & dicitur Synarthrosis, quæ etiam dividitur in easdem species, in quas diarthrosis dividebatur.
- vel ad nullum motum, hæc autem syntaxis ossium est innominata, quæ rursus nomine carens dividitur in
  - Ράφην
  - γόμφωσιν
  - ἁρμονίαν

D. Fit symphysis bifariam, vel per synenrosin, vel per synchondrosin. Omittit interea & negat, quæ per syssarcosin fit Gal. auctor. nixus in probl. l. de ossib.

D. Præterea censet, ossa absque medio ullo pacto inter se uniri posse ut sunt fungosiora, & cætera. Sensuque ipso sententiam suam probat atque patefacit.

Tab. VI. *Francisci Antonii Catti Tabella ossium constitutionis divisionem ob oculos proponens.*



- *Ossa ad invicem componuntur*
  - *Articulo, in quo aut*
    - *Motus adest*
      - *Evidens, & dicitur diarthrosis, ejꝰ differentiæ sunt*
        - *Enarthrosis*
        - *Arthrodia*
        - *Gynglimos*
      - *Obscurus, & dicitur synarthrosis cujus differentiæ*
        - *Enarthrosis,*
        - *Arthrodia*
        - *Gynglimos*
    - *Nullus adest motus, hujus differentiæ*
      - *Sutura*
      - *Gomphosis*
      - *Harmonia*
  - *Symphysis quæ fit aut*
    - *Nullius interventu, ut epyphyses cum suis ossibus*
    - *Dum aliquo interveniente, ut cartilago, & dicitur synchondrosis*

Nomi-

Nominum obscuriorum passim cum in lib. de ossib. tum etiam in aliis Gal. libris (ad ossa tantum spectantia) occurrentium brevis enucleatio.

QUam Latini propriè APPENDICEM, additamentum, & adnascentiam reddunt, est os ossi adnatum, & peculiarem obtinens circumscriptionem, neque illius ossis cui committitur, vera est portio. Hæc autem adnata appendix ossium pars est, quæ à junioribus animalium ossibus decoctis facile segregatur. In provectis siquidem ætate hæ adeò pertinaciter suis ossibus adnascuntur, ut ab iis avelli haud possint, vixque conjunctionis lineam exprimant, & verè suorum ossium portiones esse videntur, sunt sinuum medullam continentium ossium opercula. Damnat Vesalius Gal. qui talem appendicibus præbuerit usũ, verum postquam non acquiescit ejus benedictis, optarem aliquod novũ ab eo & à Fallopio repertum, qui tradunt, primò aliqua ossa medulla carentia habere suas appendices, nonnulla vero contra esse medullosa absque appendice, veluti est gena inferior. Nos dicimus, quod temere ii Gal. redarguant: Namque cuncta ossa vel medulla, vel succo consimili nutriuntur, quæ vel in magnis aut exilibns & angustis cavernulis detinentur, maxilla inferior medullæ quidpiam in se ipsa habetur, processum tamen nullũ habet. Densior enim est, quam ut processu indigeat. Verum cum laxitas simul & cavitas adsunt, protinus videre est, caput quoddam ad finem ejus adnatum. Quod si objicies magnis ossibus medullas is inferiora superioraque eorum capita, Ita unius, ut medullam absque epyphisis ope continere posse videantur, & eandem vicem gerant. Respondemus quod cum illud os sit rarũ & laxum etiamsi ipsa medulla proflueret, nisi Appendice pro operculo muniretur, & sic dicimus, de omnibus ossibus quæ appendices habent. Duplicem præbet appendix usum Gal. præcitat. cap. (mea sententia) cum afferat, tum quod operculo quodam indigent, tum quod densum id esse oportet, ac solidum, & maximè ij parte in dearticulationem desinit, quæ enim dearticulentur, ossa dura postulant, ut quæ assiduè erant movenda, atque inter sese atterenda.

Epiphysis Appendix.

De hum. corpor. fab. l. 1. c. 3. Vide Gal. l. xi. de us. part. c. 18.

Galeni defensio.

Α᾽πόφυσις, quem Latini processum vertunt, est ossis pars nihil à suo osse differens, quã quod tuberculi seu gibbi instar ex osse procedit, quemadmodũ arboris trunco radices, ramiq; extuberare, ac procedere videntur. Conferunt processus præcipuè ad commodam articulationem, & ossium commissuram; deinde ad multarum partium exortum aut insectionem & propugnandi vice interdum, ut scapularum & vertebrarum processus testabuntur.

Corone. corona & cornix.

Κορονὴ Latinis quibusdam Cornix, aliis Corona dicta, eſt acutus & in mucronem deſinens proceſſus, qualis utrinque iń inferiori maxillâ habetur Gal. teſte l. de oſſib. in prœmio, & 2. de mot. muſc. c. 2.

Cephale Caput.

Κεφαλὴ. Latinis caput, eſt oſſis extremū ſeu tuberculum craſſum & orbiculatum, quod alterius oſſis cavum articulationis motusque arbitrarii occaſione ſubintrat, quale eſt femoris, quod coxendicis oſſis ſimii inſeritur.

Arthron Articulus.

Ἄρθρον. Quem nos articulum dicimus, Græ. primam vocarunt oſſium commiſſuram, ad motum paratam, verum Hipp. l. de fract. & de art. & Gal. in Com. caput oſſis rotundum in ſinum immiſſum Articulū nuncuparunt, quod Latini etiam vertebrum dicunt.

Condilos Nodos.

Κόνδυλος. Latini nodum vocant, qualia ſunt femoris inferiora, & juxta genu depreſſa capita, quæ adeò obſcuro tubere, gibbove prædita ſunt, ut nunc ſinus, nunc caput ea vocari debeant, non ſatis conſtet, vide de eo plura apud Veſal. l. 1. c. 11.

Trachelos & Hafchen. Cervix.

Τράχηλος καὶ αὐχή. Latinis cervix tenuis eſt oſſium proceſſus, quorum extremum craſſius redditum, in oſſis caput finitur; talis conſpicitur in femore juxta elatisſimum ipſius caput coxendicis oſſi in articulatum.

Cotyle, & Cotyledona oxybaphon. Acetabulum.

Κοτύλη καὶ κοτυληδὼν καὶ ὀξύβαφον. Latinis Acetabulum, ſinus eſt, qui altius profundiusve deſcendit, ac oſſis caput excipit, ejusmodi ſinus obſervatur in coxa, ubi femoris caput admittitur.

Gleneſinus.

Γλήνη. Quæ vox latinè reddi nequit, ab ocularis ſinus formâ, dicitur ſinus, qui leviter & ſuperficialiter tantū cavatus eſt, ac talis occurrit, ut ignores, num aliud os admittat, aut aliud os ſubeat, haud ſecus, quam ſi ſuo plani levigatique aſſeres invicem imponerentur. Tales habentur in terſi oſſibus, qua pedis oſſa ipſis coartantur, & glene depreſſo condilen dictum reſpondet.

Supercilia.

Ἴτυες. ὄφρυες. Ἄμβονες, χείλει. Latinis ſupercilia, & labra nominantur, ſunt autem proceſſus ad ſinuum orbem inſtar labrorum prominentes, & ſinuum profunditatem augentes, Quo minus enim oſſa promtè luxentur, ſupercilia inprimis conducunt, ut in coxendicis oſſis ſinu, cui femur inarticulatum, maximè liquet.

Bathmides ſinus.

Βαθμίδες. Sinus ſunt, qui baſis firmamentique ritu ultra quam animanti ex uſu ſit, os moveri haud quaquam ſinunt. Tales in anteriori, humeri, & in poſteriori ſedibus ſingulos ulnæ proceſſus excipientes, inveniuntur; Galeno auth. l. 2. de uſu part. c. 15.

Sceletos. Cadaver aſſicatum.

Σκέλετος. Latinis cadaver aſſiccatum dicitur, quod nihil aliud eſt, niſi humani corporis oſſium invicem cohęrentium univerſa compactio. Conſtat autem hæc compoſitio ex oſſib. inferius numeratis.

Nume-

Numerus Ossium. Quæ Gal. l. 9 de placit. Hipp. & Plat. c. 8. plura trecentis esse tradit, ex his patet.

CAlvariæ quidem ossa (ad Vesalii & nonnullorum reliquorum mentem) viginti sunt numero, 8. capitis, scil. 2. Bregmatis seu syncipitis, utrinque nim. unum. Frontis unum, occipitis similiter unum, 2. infra, ad utramq; videlicet aurem unum, ossa temporum dicuntur. Septimum spenoides cruciforme, & Basiliare à nonnullis dicitur. Hæc tamen à Galeno numerantur, tum lib. de ossib. c. 1. tum & l. 11. de us. part. c. 18. 19. & 20. At qui Vesal. octavum ἠθμόειδες Ethmoides seu cribri forme appellatum clarioris doctrinæ gratiâ adjecit, de quo meminit Gal. l. 8. de iis part. c. 7.

Superioris maxillæ 12. præteritis tamen & privatim non enumeratis jugalibus ut quæ quorundam illorum 20. ossium partes tantum sint. Auditus instrumenti 4. Dentes 32. inferioris maxillæ magnâ ex parte unicum, ossis Hyoidis ossicula ferè sunt 11. Vertebræ 24. sacri ossis plurimum 6. coccygis 4. costæ 24. pectoris 3. Gal. 7. recensentur, scapulæ duæ, totidem claviculæ. Humeri duo, ulnæ duæ, radii duo, carpi seu brachialis 16. utriusque scil. manus 8. metacarpi seu postbrachialis 8. in utraque manu 4. digitorum ossa 30. in utraque manu scil. 15. setamina ossicula 24. in singulis enim ut minimum, manibus sunt 12. Ossa sacri ossis lateribus commissa duo, femora duo, tibiarum duo, fibulæ duæ, totidem patellæ, duæ calces, totidem tali, navicularia ossa duo, tarsi 8. in utroque enim pede 4. pedii 10. in utroque enim pede 5. 28. digitorum pedis ossa, cujusque videlicet pedis 14. pedis setamina ossicula, perinde atque in manibus 24. Quod si hæc omnia cumulata in unum conjeceris numerum, universa erunt 303. aut si Gal. in pectoris ossis divisione imitatus fueris, 307. Verum de mente Doctissimi Ingressiæ erunt in natu majoribus 305. siquidem addit 2. ossicula stapedis dicta, nuper intus in aure ab eo diligentissimè reperta, in pueris tamen ex ejusdem sententia sunt 679.

At cuncta clarius sigillatim in magna nostra tabella prosequemur, & Fallopii opinionem declarabimus.

F I N I S.

JULII

JULII JASOLINI HIPPONIATÆ, PHILOSOPHI AC MEDICI, De Aquâ in pericardio.

QUÆSTIO TERTIA.

Adjecimus huic tractatum sive quæstionem de poris Cholidochis, & vesicâ fellea, pro Galeni adversus Neotericos anatomicos: in qua plura à nobis nuper observata extant.

Nova Methodus medendi Caruncluas in vesicæ ductu obortas de vett. mente elucescit.

JO: BAPTISTÆ ARCUTII NEAP.

Ad excellentem Medicum

JULIUM JASOLINUM

EPIGRAMMA.

QUum tua vidisset præclara volumina Juli,
Edere quæ medicâ magnus in arte paras.
Obstupuit nimium Momus, dixitque recedens
Nil hic pro nostris dentibus esse potest.

JULIO IASOLINO, ARTIUM ET Med. Doctori Celeberrimo, Anatomicarumq; Aggressionum peritissmo, Iohannes Philippus Ingrassias Felicitatem sempiternam.

TUas recepimus (Juli mi dilectissime) omni dogmate medius fidius, præsertimque anatomico refertas, ideoque nobis meritò jucundissimas, gratissimasque. Cùm adeo exquisitè de aqua prius in pericardio thoracisque vomicâ tam in vivis, quam in mortuis (licet in his magis) contenta substantia, ejusque viribus pertractas: deincepsque de felleæ vesicæ figura, meatibusque, ac novis tandem usibus adversus omnes (præter Galenum) præsertim duos Anato-

mœ

mes solertissimos proceres, Vesalium inquam, ac Fallopium, ut germanum naturæ filium atque hæredem, rarissimumque ejusdem mirandum te esse, cuique compertissimum sit. Adeo, ut addendum vel diminuendum fore, nil mihi remaneat: Nisi te omnibus nervis, totoque pectore non laudare modò, sed hortari, ac veluti calcaribus excitare, ut pro tam præsentium, quam posterorum utilitate typographis cudenda nova hæc paradoxa, una cum omnibus numeris commendando tractatula de cordis adipe tradas; ne absentes futurive nobis tanquam ea desiderantes invideant, teque de ingrata avaritia incusent. Haud tamen his colophonium imponere sufferas; sed ad alia pro reipub. fructu, hilari, promptoque animo edenda te pergere exoptamus. Non nobis enim solis, at aliis quoque juvandis nati sumus. Cumque senio jam confectus hujusmodi administrationes, velim nolim, omittere coactus fuerim, gratissimum fore pro comperto habeas tuarum me lucubrationum reddi participem. Vale, & me, uti soles, tanquam tui amantissimum redama. Datum Panhormi Idib Iunii. 1576.

IULII IASOLINI HIPPONIATÆ De Aqua In pericardio.

IOANNI PHILIPPO INGRASSIÆ, PHIlosopho ac Medico Eminentissimo Anatomicorum Celeberrimo, Regnique Siciliæ Summo Archiatro Iulius Iasonius Salutem & Fælicitatem D. P.

QVæ in sequenti quæstione de aqua in pericardio habentur. Humoris aquei in pericardio, & Thoracis cavo verus ortus indagatur, ejusque substantia consideratur.

Potionis exiguum per asperam arteriam deferri in pulmones thoracem & pericardium sensu & authoritate probatur.

Solvitur superiori quæstione promissum de adipis cordis consistentiâ & naturâ. Vsus aquæ in pericardio de mente neotericorum vett. & ex nostra sententia traditur.

Hichorum ex Thoracem penetrantibus vulneribus emanantium novus ortus inquiritur, & tandem qua ratione dum inflammatio est, cessant, deinde iterum fluunt, patefit.

Aquæ in pericardio Essentia, Substantia, Natura, ortus, & quantitas diversa in viris ac mulieribus indagatur. Galeni verba ponderantur de cordis palpitatione.

CAPVT PRIMVM.

SUperiori quæstione (Ingrassia doctissime) de humore aqueo in peri-
cardio quàm brevissime me scripturum pollicitus sum, quid sit unde
oriatur, quemve præcipuum usum habeat: sed quoniam vereor, ne exi-
guitate ingenii peccem, vel malevoli alicujus cavillatione offendar; licet
rem accuratissimè explicare conati simus; propterea hunc laborem no-
strum tibi nuncupare statuimus, cujus authoritate, nomine atque do-
ctrina, certo scio, à nemine in me invectum iri. Est igitur ipse humor a-
queus (meâ sententiâ) portio quædam perfectissima, selecta, omnibusque
numeris absoluta humoris serosi transmissa ab ipsa natura primogeneo
Curtij sententia improbatur. C.8. forsan ortu, usus causa mox ostendendi.

Ambigimus primò, an verè hic dici possit humor serosus, & an per-
petuo cunctis hominibus reperiatur: siquidem nonnulli censent, viven-
tibus adhuc hominibus haud reperiri. Verum ejus loco cruorem seu spi-
ritum existere, dehinc interitus tempore affatim eum in aquam verti. At-
que Classici Anatomici & horum veluti antesignanus inter neotericos
Vesalius contrarium sentire videtur; veluti ex adductis hic ejus verbis
,, patet, l.6. de human. corp. fab. Cæterum an hominibus secundum
,, naturam se habentibus involucrum illud aquam contineat, quam se-
,, rosi humoris modo in ipsius cavitate inter dissecandum repositam ob-
,, servamus, mihi non admodum perspectum est. Quamvis nullam
,, sanè humani cordis sectionem unquam aggressus sim, in qua
,, non multam ejusmodi aquæ quantitatem repererim, quocunque et-
,, iam mortis genere, seu paulò, seu multò ante homo interiisset; Et-
,, iamsi adhuc majorem copiam in mulieribus, quam viris animadver-
,, terim; nisi illi Natura admodum fuissent humida. Quin etiam minus
,, ferè aquæ in nuper mortuis adinvenis quam in his, à quorum sectione
,, diutius temperassem. Hactenus, probat de hinc per exempla, plu-
resque adducit historias anatomicas. Dicimus ergò, hunc humorem
esse aqueum, ut supra descripsimus, atque omnis morsus, acredinis, sal-
sedinisve expertem, quod si aqueum potius quã serosum quis nuncupa-
re maluerit, de eo non inficias imus. De nominibus profectò quæstio
esset, & si magis placet aqueum, seu aquæ persimilem appellari ac sero-
sum, veluti Fernelius, & Vesalius sentiunt. Hæc pro ejus essentia dicta
suffi-

sufficiant. Nunc videndum est, unde originem trahant, orianturque serosi humoris substantiam secundum Aristot. gignunt arteria & vena, Gal. test. 1. de sem. vel potius (meâ sententiâ) deferunt; quæ quidem dubia sunt Galeni verba, namque Græcè θορώδυς seminalis dicitur αθορός semen genitale & propriè piscium, quod lac convertit Gaza, ap. Arist. his venis existentibus nulli dubium erit, humorem hunc oriri vel immitti ex 4. cordis vasis, duabus scil. venis, ac totidem arteriis, ac etiam cum coronariis seu stephaneis, & quæ in eodem cordis involucro continentur. Nihil interea ambigimus, si quis nobis obiiciat, ex arteria venosa non ferri talem humorem. Etenim plures Anatomes Profess. putarunt ac pro comperto habent, ex eo vase sanguinem etiam transmitti, uti per sensum probarunt. Quod si verum est, nulla nobis amplius dubitandi ansa relinquitur. At si adhuc aliquis pertinacior hoc ut falsum potius quam ut verum accipere maluerit, cum eo haud contendendum putamus, siquidem nostræ positioni minimè adversatur, si tamē huic opinioni adhærere quandoque nobis placuerit, sententiam interim Bottalli non rejicimus, sed ut veram accipimus, de eo scil. ductu. ex quo sanguis ex dextro cordis sinu in sinistrum transfertur permeatque: sed de his alias fusius; hæc currente calamo tantummodo dicta sint.

Vide Realā. Columb. l. 8. de cord. & art. & Valverd. l. 6. c. 14.

Verum ostendat nostram sententiam Gal. locus l. 5, de loc. affect. ubi testatur, se venæ sectione curasse quosdam, qui cordis palpitatione affligerentur, imò affectum hunc misso sanguine, antequam invaderet antevertisse, cum, inquit, atq; omnes eos sanguinis detractio juvit & hoc accidente liberati sunt, qui post sanguinis missionem usi sunt victu & medicamenti, quibus esset extenuandi facultas. Educimus siquidem serosum humorem, qui ad cordis vaginam permeat illabiturque, una cum sanguine per ipsam venæ sectionem confirmarunt hanc Gal. sententiam Paulus Æginet: Aliique plures. Verum exactius cum asserit veteres causam huius omnē vel in sanguinis exuperantiam vel in humorem copiosiorem pericardio infixum retulisse; hæc ideo adjecimus quo probaremus per venas arteriasque humorem serosum in cordis vaginam etiam deferri, præter potionis exiguum, ut in subseq. capite enarrabimus.

Cap. 2. & 6. necnō 1. in 3. de morb. vul. com. 2.

Vid. Fern. 5 l. 5 de p. mor & sympt. c. 12. in fin. Vide Avic. 11. 3. tr. 2. c. 1. 2. & 3. & Consteias Mongii annotat.

* *
*

De Aqua in Pericardio, quod potus portio ingreditur per asperam arteriam od pulmonem, pericardium, & thoracem, comprobatur authoritate Hipp. Plat. Gal. *& experimento.*

CAPUT II.

POstquam hæc absolvimus, redeundum est, unde digressi sumus, scil.
unde ortum trahat hic humor, quando ex jam dictis vasis tantum-
modo non acquiesco, verum aliunde perquiro. Veritus semper sum,
aliquod in medium proferre, quod veluti paradoxum nonnullis videri
potest, uti nunc cogor: ipsa demum veritate impulsus, tuaque fretus;
scio enim quam sis non solum sectator, verum etiam amator veritatis (uti
optimum Philosophum decet, qui nihil antiquius possidet) ne autem ba-
lantum more cum cæteris concurram meam sententiam afferam, autho-
ritatibus, rationibusq; munitam. Aqua quæ in involucro observatur, &
quæ in thoracis cavitate, ortũ ducit, nedũ ex vasis inibi contentis, verũ et-
iam & potus aliquid, roris modo, ac madoris eò penetrare censemus, quod
fit, tum per ipsam anastomosin, tum etiam per diapedesin (si cum potu
assumimus labendo veluti per parietes aliquid influit) rectè dici hæc pos-
sunt; quod autem ita permeat communis est Medicorum consensus ac
ex Hip. clara sententia liquet, cum inquit, sed quomodo de aqua acer-
„ vatim irruens, turbationem ac tussim multam exhibet? propterea, in-
„ quam, quod contra respirationem fertur. Quod enim per rimam il-
„ labitur, tanquam juxta parietem delabens, aëris elationi non instat, sed
„ levem ac lubricam quandam viam humectatio ipsi præbet. Hunc ita-
„ que humorem cor de pulmone unà cum aëre abducit. Aërem quidem
„ igitur, ubi in medelam cessit, necessariò oportet retro per eandem
„ viam, quâ abduxit, rejicere; verum humorem partim in culeum ac
„ vaginam suam expuit, partim rursus unà cum aëre foras propellit. Li-
quet igitur per arteriam venosam humorem aqueum ad cor abduci. Hanc
Et 4. meth. Senis sententiam confirmavit. Gal. plurimis in locis, præcipuè tamen l.
med. c. 7. & 7. de us. part. c. 17. cuius verba ita sonant. Sic etiam meminisse hic opor-
alibi sæpis- tet eorum, quæ in lib. de plac. Hipp. & Plat. monstravimus, quod scil.
simè. potionis exiguum quoddam in asperam arteriam deferatur, in orbem
circum ejus tunicas expressum, non per mediam capacitatem iter faciens:
quodque humoris istius est copia, quæ repente à pulmone accipiatur,
quodque ipsum totum madefaciat. Idem etiam confirmare videtur lib.
c. 7. Hac eodem versus finem, tradens quod in omnibus febribus ardentibus con-
voce Hom. tingit voces fieri, quas Hipp. vocat κλαγγώδεις, hoc est clangosas, partibus
etiam uti- cum
tur.

tum ad pharinga, tum ad arteriam pertinentibus exiccatis. Contra in destillationibus ac gravedinibus vox efficitur rauca humoris superflui copiâ. Nec probatione, authoritateve egent, quæ sensus judicant; Quandoquidem in nobismetipsis experiri licebit æstivo tempore, præcipuè tamen si quis in sole ambulaverit, & siti interdum vehementi crucietur, vix loqui potest: Sumpto postea aquæ haustu, loto vel ore statim vox redit, ecquid amplius immoror? cum vetustissima sit hæc sententia? Nonne antiquissima fuit hæc divini Platonis opinio, qui sic scriptum reliquit.

Cum verò ex cordis palpitatione in terribilium rerum timore, ex Platonis verba. Vide
, iræ excitatione præviderent fore totum hoc irascentis partis domiciliũ thime: lib.
,, æstuosum ac propemodum ignitum redderetur: subsidium illi pulmo- 32. & Gal.
,, nũ forma aggenerata invenerunt: quæ mollis primum, ac exanguis, de- 8. de Plac.
,, inde cavernosa spongiæ instar, ac foraminulenta est, ut spiritu potuque Hipp. Plato
,, excepto respirationem refrigeraret æstumque mitigaret. Hæc Plato. c. 9.
,, Atqui Hipp. Platone vetustior, nedum ratione, verum experimento
,, probavit, ostenditque notam, asserens signum autem huius rei hoc
,, est. Si quis enim aquam cæruleo calore aut rubricâ temperatam sitien- Nota pulcherrimum
,, ti valdè bibendum dederit, maximè sui, hoc enim pecus non est curio- Magni Hip.
,, sum, neque munditiei deditum, deinde dum adhuc bibit ipsius guttur experim.
,, reseret; hoc calore reipsum tinctum reperiet: Sed non est cuiusvis hæc Hipp. verba
,, chirurgiæ aggressio. Nequaquam fides nostra suspecta esse debet de in lib. de
,, potu, quod homini in guttur vergat. Hæc Historia fuit vett. commu- corde.
nis sententia. Elapsis annis, cum anatomen cuiusdã nobilissimi viri aggrederemur, jussu magistratus, eo, quod repentina morte præventus fuerat, & suspicio erat, ne causa leti veneficum fuisset; tandem cum nulli visceri vestigium sive nota ulla deleterii pharmaci appareret; invenimus pericardiũ ingenti mole tumens, quo manibus leviter presso, humor ipse aqueus ex ore ubertim manasse liquido conspeximus, conjeci ex his ob cordis palpitationem ipsum statum obiisse: & quamvis in omnibus hoc non ita succedat, tamen historia hæc veram nostram sententiam patefacit.

* *
*

Humoris Aquei in cavo Thoracis reperti observatio. Ichorum & thoracem penetrantibus vulneribus emanantium ortus inquiritur, solvitur superiore quæstione promissum de cordis adipis consistentia atque natura.

CAPUT TERTIUM.

VEni in præcitatam sententiam ob plures causas, siquidem cum
pluribus annis multa corpora secassem diverso mortis genere in-
teremta, rursus diverso inter ipso tempore interitus. Cum scil. a-
liorum affatim post obitum, aliorum verò aliquibus post diebus anato-
men eorum aggressus fuissem, omnibus in iis fermè quantitatem aquæ in
thoracis cavitate haud flocci pendendam, cruore ipso nonnunquam mi-
sta observari. Dubitans interdum, unde hæc ortum ducat, quidve sit.
Revolvens Magni Vesalli volumina reperij eum de hac meminisse, quod
quidem summè mihi satisfecit, ita ut tum sensus, tum præcitati Viri au-
thoritas me tenuerint. Inquit autem l. 6. c. 8. versus finem, (in prima
impressione quandoquidē hæc verba in 2. Venet. editione manca sunt)
„ Neque hic me movet, quod quis, unde hæc aqua calidissimo visceri af-
„ fundatur, interrogare possit, quem præter adipem, quo humanum cor
„ imprimis scatet madorem in reliquis nuper commemoratis sedibus a-
„ nimadvertamus, & in aquæ subtercutem specie ab utero ἀσκίτης dicta
„ tantam aquæ vim in peritonæi amplitudine & etiam in aquoso ramice,
„ & interdum viventibus in thoracis amplitudine asservari in dies disca-
mus. Concludit denique in ultimis verbis, maximam serosæ aquæ copiā
in peritonæi, & thoracis amplitudine colligi, & in cadaveribus sole re-
lictis, hoc autem ob vim ejusdem caloris contingere autumat. Nec no-
bis satisfacit, si aliquis diceret, naturam tantum aquæ ibi procreasse ob
membranas inibi plures existentes, ut maderent. Etenim membranæ
nullis partibus connatæ, neque invicem hærentes perpetuo madidæ ac
lubricæ apparent, ut oculi palpebrarumque interior superficies, ac jeco-
ris quoque intestinorum reliquarumque partium invicem tantum ac-
cumbentium, non verò connatorum, superficies madorem lubrici cō-
tactus gratiâ semper commonstrent. Quod etiam eximii Vesal. testimo-
nium confirmat, ut liquet ex cap. 3. l. 6. de humani corpor. fab. absurdū
equidem reor, si quis conjiciat hanc tantum ob causam tantam eo aquæ
quantitatē à natura missam fuisse, quandoquidē eadem ipsa cæteris con-
similibus partibus negavit, quæ cum justissima sit, ut etiam ab Hippocr.
& Gal. sæpe nuncupetur alias non destitueret, si indigerent.

Ves. obser-
vavit aquā
in thoracis
cavo.

Sed

Sed cum ea nihil frustra agat, necessarium erit aliam causam indagare. Alia causa, quæ mihi præbet maximam dubitandi ansam est quantitas humoris aquei profluentis tot diebus egredientisque ex thoracem penetrantibus vulneribus, etsi in principio hoc latere videtur gratia cruoris cum eo commisti, quod ex vulnere emanat. Verum primis ferè elapsis diebus membranisque læsis (alioquin minimè mea sententia profluit) videmus etiam non lynceis oculis humorem aqueum quoquo pacto alteratum eo modo emanantem, ut quispiam rei anatomicæ ignarus potum universum inde exire putarit.

Dubium, quare tanta Hichorum copia ex thoracem penetrantibus vulneribus emanat.

Quanquam provincia hæc satis sit ardua, meisque viribus impar, tamen tuo fretus judicio (ut quimus, quando non ut volumus) ipsam aggredior. Siquidem si scopum non feriam, dubitandi aliis occasionem afferam. Cum eo loci vigeat fons caloris, ac totius corporis veluti calidissimus focus foveatur & gliscat, non modo intra pericardium, verum etiam & ad præcordia ipsa, universumque denique thoracem, necessum erat, cunctas has particulas perpetuo madore oblinitas esse, quandoquidem calor noster perpetuò refrigeratione, pabulo, & expurgatione indiget, alioquin extingui ipsum & extabescere oportebit. Veluti superiore quæstione jam ostendimus. Hanc igitur ob causam sic eximia & illustris rerum Natura tulit, ut tum per venas tum & per arterias & per indesinentem anastomosin & periopedesin veluti etiam prioris partes semper hæ partes & refrigerentur, calorque ipse pabuletur, tum eo ipso humore aqueo selecto, tum etiam ipso adipe, cujus quidem substantiam si benè intueberis, dum liquatur quoque pacto aliquantisper diversam à reliquo invenies; non tamen suos limites fugientem, cum non sit natura omnino dissimili. Adeps enimvero hic, si substantia oleosa pinguique tantum esset, facillimè ab ingenti calore liquesceret; portioque ipsius pabuli deficeret, quod absurdum est. Hac igitur de causa provida rerum natura adipem hunc ea substantia molita est crassa aquea aereaque mista, in qua quidem meo judicio aquæ ipsius elementum aereum prædominatur, exuperatque, ne scil. ipsa incensa ustaque statim ferè immodicè calorem augeret, & sic quidam esset oleum camino addere, & sui ipsius interitum causa existeret. Quod si cui hoc experiri libuerit ipsum in flamma liquens persentiet quidem quem alias diximus crepitum sonitumve, rursus si ipsum liquatum expendas, videbis luce clarius adhuc, aquæ naturam potius servare, quam adipis; nam vix facile coit, seu densatur, durescitve, ut inde summā rerum opificis providentiam admirari cogamur.

Tantum hic acu rem pungit: sed dubii solutionem quære in sequenti capite.

Solvitur in 2. quæstione promissum.

quæst. 2.

Prænarrata de Humore aqueo tum in Thoracis cavo tum etiam in pericardio brevi quodam epilogo repetuntur. Eius deniq; usus ex Hipp. Vesal. & ex nostra sententia panditur traditurque. Plura adjiciuntur spectantia ad Thoracis vomicam, & denique causa, cur fluores ex his vulneribus magis plerumq;, interdum nimis emanent, inquiritur ac detegitur.

CAPVT QVARTVM.

DIcimus tandem humorem in thoracis cavitate repertum oriri tum
per ipsum transcolatum, sudoris modo ex vasis, uti diximus, & ve-
luti per anastomosin & diapedesin; (subintelligimus tamen hæc)
nec non & per ipsum potum, exigua tamen quantitate, quod mini-
mè rationi absonum putandum est, uti supra probavimus, nec non &
videre licet sæpius cruorem & excrementa ex thorace educta, quod si da-
tur egressus horum, datur etiam & ingressus dicti potus portiunculæ, pro
usu comuniter ab Anatomicis tradito, præsertim Vesalio, qui cum pro-
basset madidas, lubricasque perpetuo esse membranas, veluti interior
costas succingentis, atque peritonei superficies, subdit tandem. Nunc
Vsus ex Vesal. „ autem cor in continuo versans motu, neque dum vivit animal nunquã
„ vel momento in ipsius quod alioquin non movetur involucro quie-
„ scens, calidissimum viscus meritò censetur, cur minus non madorem
„ duntaxat, ut reliqua omnia, sed aquam à natura ipsi privatim ejusdem
„ usus gratia largitam nanciscetur? Hic est verus usus prius ab Hippo-
crate omnis medicinæ parente brevibus quibusdã iis verbis descriptus ac
Vsus ex Hipp. traditus, & à cæteris omnibus post ipsum receptus ac confirmatus; cor fi-
„ gura veluti pyramis est, colore autem abundè puniceum & tunicam
„ levem circumdatam habet, & est in ipsa humor modicus veluti uncia,
„ ut putare possis in vesica cor diversari. Facta est autem ea gratia, ut
„ sanum in custodia florescat. Habet autem humiditatem tantam, quan-
„ ta satis est æstuanti in medelam. Cæterum hunc humorem cor emin-
„ git, bibendo ipsum assumens ac consumens, pulmonis vim, potum
Vsus ex natura sententia. lambens. His Hipp. & Vesal. benedi. His addidimus eundem humorem
usum etiam præstare cordi, ut inibi adeps concrescere possit efficiens tan-
quam causa, uti supra probavimus. Lucrum igitur nobis accedit, si una-
Quæst. 2 de cord. adipe met res tot usibus opportuna fuerit, ita ut summam opificii providenti-
am admiremur. Nec in textum ita sicco pede transeundum est, de hu-
Dubii repetitio de vul. thoracis. more profluente ex thoracis vulnere, veluti supra meminimus, & etiam
spopondimus. Diu dubitavi ancepsque fui, ubinam oriatur ea aquæ
copia

copia, quæ tot diebus ex thoracem penetrantibus vulneribus emanat, siquidem absurdum est, nec mihi satisfacit, quod nonnulli inepte arbitrantur, scil. hunc ex vulneris incisis vasis ichorem provenire, cum ipsa natura, seu facultas contentrix sanguinem, veluti vitæ ipsius fomitem retineat, ac excrementum, saniem seu ichorem trausmittat: Pro dubii solutione ac veritate ipsa indaganda nonnulla prius consideranda supponendaque erunt. Et primô, quæ vasa disrupta esse possunt. Secundo supponimus, haud æquè ex omni thoracis vulnere penetranti provenire humoris quantitatem. Ita scilicet si vulnus posticam vel articam partem occuparit, veluti si supernam vel infernam: læsionem vero pulmonis omittimus, quia de ea non est nostra tractatio, & si eo icto major ejusdem aquæ sequitur profluvium, mediastinum non excipimus, de cæteris contentis non meminimus: quia ea ex nostro sermone excludimus. Vasa disrupta sive vulnerata possunt esse aliqua ex iis, quæ ex vena Arigos seu paris expers (ut dicunt) nec non arteria Aortia pro costis alendis producuntur. Hæc quamvis omninò essent collisa, minimè possunt mea sententia tantam humoris vim primo aquei, secundo puris in thoracis cavitatem transmittere, ita, ut aliquando per triginta dies & plus, minusve tres quatuor & aliquando quinque hemnias humoris collegerim, unoque die, quod quidem mihi admodum mirum est. Cæterum videmus in aliis corporis locis consimilia vulnera, & etiam in quibus majora vasa disrupta & vulnerata sunt, nec tamen ullam cum dictis habent sympathiam, sive analogiam, namque nec eum expurgant humorem, imò circa initia cum adhuc coctione egeant saniosa apparent, verum hæc longo itineris tractu differt ab ea, quæ in thoracis cavo reperitur substantia, colore, & quantitate: substantiâ quidem magis tenui, vere aquosa, crebriusque quibusdam veluti ramentis permista: Colore aqueo, ita ut aquæ potius quam saniei formam præ se ferat. Præterea ejus, quæ in thorace continetur, aqua tanta copia est, ut nusquam in reliquo totius corporis tunico existente quovis magno vulnere unquam à nobis tanta aquæ quantitas observata sit; nec ex nostris præceptoribus audivimus, tum in abdominis maximis penetrantibus vulneribus, tum etiam in magnis ipsis artubus illatis, concavis, ac sinuosis existentibus. Ita ut nulli dubium sit, quod non ratione cavitatis thoracis seu vasorum incisione accidat: Verum aliunde provenit; transmittit siquidem cum humorem provida natura, tum per ipsum transcolatum veluti per sudorem, tum per ea ingenia seu modos supra jam citatos, quo partes illas madore perpetuo irrigari ac humefieri licent. At, quo tempore magis poscit hoc thorax, tum scilicet cum ejusdem humoris fit eductio per ipsum vulnus:

Falsa quorundam medicorum opinio improbatur ac refellitur.

Suppositiones.

hac


hac ratione tantam videmus humoris copiam eo tempore ex vulnere tali affluere. Notandum interea est, quod si partes contentas, pulmonem scil. vel membranas phlegmone corripi contingit, tunc cessat per aliquot dies humoris hujus evacuatio, surgentibus absorbentibusque iisdem ipsis talem humorem, aliter calore ingenti urerentur, atque corde consentiente sequeretur matura mors, hac industria vel ope natura rerum prudens præcavet talem morbum, liberis dehinc ab inflammatione partibus evacuatio eadem pristinum locum sibi vendicat, in majori quanto tamen aliquamdiu. Verum inquies, quomodo postea suppuratio sequitur? Nos respondebimus, ob cruorem aquæ permistum fieri postea, ut inde pes egrediatur labefactatis, ulceratisque partibus nonnulls thoracis. Supponimus enim tunc sanguini misceri aqueum humorem. Atqui quare seorsum pus tantum aliquibus diebus appareat, alias tractabimus, & verissimas rationes adducemus. Verum an ita in viventibus sumus persit adhuc ambigimus cùm Vesal, qui semper aquam in cadaveribus vidit, nos autem cruore plerumque mistam observavimus: in viventibus vero (ni fallor) reor tantum modo aquam contineri sine sanguine, nam aliter & rationi & Hipp. sententiæ repugnaretur dicentis, si sanguis præter naturam in ventrem fluat, necessario putrescere. Hactenus hæc per transennam dicta sint; Verum de his alias favente Domino loquemur. Hæc habui Celeberrime Ingrassia Præceptor, quæ de humore aqueo in pericardio & thoracis cavo dicerem. Tu, si quid offendes, quod tuas purgatas aures offenderit, mihi gratissimum feceris, si illud tanquam malè natam prolem sustuleris, & penitus confoderis. Vale & me tui studiosissimum ut soles, ama.

l. 6. Aph. 2.

FINIS.

* *
*

JULII



JULII JASOLINI HIPPONIATÆ

Philosophi ac Medici

De poris cholidochis, & vesica fellea, pro Gal. adversus Neotericos Anatomicos

Plura noviter observantur, quæ in seq. pagina ostenduntur.

Ad D. JOHAN. PHILIPPUM INGRASSIAM,

Regni Trinacriæ summum Archiatrum.

FAllopii sententia de poris cholidochis & vesica bilis adversus omnes anatomicos examinatur ac refellitur.

Nec non, quod datur triplex facultas, triplici fibrarum generi contra eundem probatur.

Galeni oposita sententia ac vera, quomodo bilis trahitur à vesica fellis panditur.

Ejusdemque insignis locus l. 5. de usu part. à nemine hucusque præostensus declaratur.

Novus vero usus illius pori fellei ab hepate ad duodenum traditur.

Nonnulla de bilis generatione notatu digna considerantur.

Plura Galeni loca conciliantur.

Quod bilis à facultate non ab epatis compressione expurgatur contra falsam Fallop. sententiam.

Aliqua de morbo regio adduntur.

Nova & pulchra observatio, tum vasorum; tum vesiculæ bilis; eius demque administrandæ ratio, typus, & characterum index panditur.

Novi usus probantur, solvuntur dubitanda, plura digna adduntur; verusque vesiculæ bilis usus detegitur.

GABRIELIS FALLOPII

Sententia de poris cholidochis, Nec non ejusdem ac aliorum Anatomicorum lapsus detegitur.

CAP. I.

QUæ doctissimus Fallopius Mutinensis de poris felleis conscripsit, quanta cum diligentia potui, legi, Ingrassia præceptor mi Colendissime, ac quid de illis sentiam, morem tibi gesturus annotabo: æquo animo ejus discipulos laturos confido, si in aliquibus rebus ab illo dissentio. Nam inter medicos sæpè variæ sententiæ, ac contentiones oriuntur, quæ si ad indagandam veritatem habentur, & ut posteris prosint, debent ipsis contendentibus nedum amicis placere ita enim veritas ipsa clarius elucescit. Hæc herclè cum perpauca esse viderem, in brevius compendium conferre volui, quam res ipsa postulabat: ut intelligerent homines me in alienis erroribus siquidem quicunque possum, corrigendis non ita esse verbosum; ne arbitrentur, me potius inani gloria, quam veritatis tuendæ causâ esse adductum. In tuo tamen nomine ea edere volui non solum, quia nescio quo fato accidat, ut omnia mea vel minima negligere non soleas, sed ut malevolorũ obtrectationibus tuta sint. Non enim ignoro, complures vel malevolentiâ adductos, ut iniquos, vel benevolentia ut ipsius Fallopii discipulos mihi iratos fore; nam boni quidem viri non dubium est, cum me hunc laborem suscepisse viderint, ut posteris prosim, quin mihi gratiam habendam fateantur. Hâc igitur mente ad rem ipsam veniam.

Opinio est Fallopii in suis veris Anatomicis observationibus adver-
„ sus omnes dissectionis professores: asserens anatomicum dogma esse
„ atque ab omnibus receptum, quod πόροι χοληδόχι qui per jecur dissemi-
„ nantur omnes collecti in unum meatum recta ferantur in cervicem vesi-
„ cæ felleæ vocatæ. Quod dogma, (subdit) minimè concors est cum na-
„ tura rei, siquis studium adhibere voluerit, certò cognoscet poros istos
„ per rectum meatum ferri in intestinum duodenum, rectoque tramite ac
„ continuo in illud bilem flavam ad usus opportunos exonerare. Sed
„ quoniam semper commodum non est, dum chylus copiosus & recens re-
„ peritur in intestino gracili, ut subinde ex ipso intestino à bile proci-
„ tato, ac seipsum contrahente exprimatur; quia non fieret suctus, aut di-
„ stributio ejusdem chyli ad hepar opportuna. Ideò natura magistra
„ omnium pulcherrimarum inventionum insectionem istius meatus, per
„ quem fertur bilis in intestinum, artificiose ita construxit, ut dum exten-
ditur

ditur ipſum inteſtinum, atq; tunica tunicæ conſtringitur, non poſſit hoc excrementum in cavitatem duodeni exonerari. Hoc autem fit, dum inteſtinum plenum chylo in opere diſtributionis quaſi turget, atque eo oblectatur, ne autem excrementum in hepar tegurgitaret, diverticulum fecit natura, in quo colligeretur, veſicam ſcilicet bilis quam huic meatui medio in ductu cervice implantavit; ut in illam ad tempus regurgitans bilis recedere ac colligi poſſit: unde poſtea aperto meatu duodeni refluens in inteſtini cavum ſe exonerat. Hæc Fallopius. Probat ac fulcit ſuam opinionem oſtendens quomodo tunc bilis fluat, inquiens: Egreditur autem bilis tunc temporis ex veſicâ quia vas hoc ita affixum hepati, ut ab illo ſemper leviter comprimatur in rectis animantibus in brutis vero comprimitur à ventriculo, quâ ex levi compreſſione fit; ut aperto ductu bilis facillimè viam inveniat in inteſtinum.

Tandem ut ſuam rurſus ſententiam verum oſtendat, negat triplicem facultatem huius veſicæ, ac tradit vanum eſſe illud anatomicorum inventum, cum neque ipſa veſica attrahat, neque retineat propter oblectationem quandam ipſum fel, neque expellat per ſe, ſed omnia afficit eâ ratione, qua dixi: etſi quid attrahat illud eſt alimentum, propter venas ad illam ut alatur fluit. Deceptos autem anatomicos à ſitu ipſius veſicæ, eò quod ſecundum ejus inferiora cervix ſuperiora ad jecoris portas reſpicere videtur, ideoque eos arbitratos eſſe, meatus recta in veſicam ab hepate ferri, autumat. Atqui ex propria eius ſententia cervix propè portas quaſi duplicata reflectitur, atque ipſius pars altera, quæ cum meatu conjuncta eſt, quod non ſurſum ad portas, ſed deorſum ad duodenum reſpicit, ſimulque inſpiciant diligenter ductum ac inſectionem ipſius in meatum. Gloriatur verum hunc ſe reperiſſe uſum, tradit ſe obſervaſſe lapidis copioſiſſimi ac maximi concretionem, tum in veſica, tum etiam in meatu ab hepate in inteſtinum: verum cauſas ipſius omittit. Nunquam obſervavit meatum aliquem ad ventriculum deferri, quamvis illud fieri poſſe minimè negat, fortè adverſus antiquos, & divinum Veſalium, qui hunc vidit, & hominem in quo viderit atteſtatus eſt. Cuncta hæc Fallop. habet præcitato ſuo libello ferè ad verbum à nobis ab eodem deſcripta adverſus Galenum, cuius authoritas fuit cauſa anatomicis errandi juxta Fallopium.

Poſitio 2.

Nam quicquid eſt cauſa aliorum, ut ſint talia, illud eſt maximè tale, Ariſt. teſte, Gal. ergo examinemus, quia verum neſcimus, ſive cauſa ejus ſententia de poris χολιδόχις male ab anatomicis hucusque intellecta fuit, nam de his cum meminerit, plura in medium affert, quæ mutuo inter ſe diſſentire videntur. At ſi quis peregrina mente contemplatus diligentius

ejus verba perlibrabit, loca omnia ad amussim conciliando, videbit sole clarius absolutam verissimamque ejus sententiam, adeò selectam, & omnibus numeris perfectam, ut tanto viro absque labe merito dignam posthac ab omnibus profiteri necesse sit. Nec mirum profectò videri debet, si Anatomici omnes balantum more lapsi fuerint: Nonnulli reor putarunt ex his unum habere refugii locũ, videlicet se cum multis errare. Alii vel falsum sensũ, vel temere mutilam Gal. mentem adepti sunt; Nec possum satis mirari de Eximio Vesal. qui cum sedulo Gal. libros Anatomicos omnes & præsertim de usu part. præ manibus haberet, quomodo hunc locum (mox à nobis patefaciendum) nunquam legerit, vel potius incuria omiserit, cum de eo in suis magnis scriptis nullibi tractarit. Cæterum eius discipulus Fallopius, doctissimus, & in re Anatomica diligentissimus adeoque clarus, ut ne dum sui Præceptoris simia, verum etiam inter classicos præcipuos reponendus (ut patet ex suis in re Anatomica magnis observationibus) (id enim opus verum ab ipso editum censemus) miror etiam hac in re clara quomodo hallucinatus fuerit: Qui aliorum dictis non acquiescens (fortasse ob sui ingenii acumen) nec Gal. locum à nobis ostendendum respiciens aliam, ut vidisti à cæteris omninò dissimilem sententiam protulit, quæ adeò perspicua videtur, ut multi nedum damnandi verũ sectandi ipsam occasionem sumserint: pluribus
4. Metaph. t. 24. Italiæ locis, præsertim vero in nostro Neapolitano Gymnasio. Sed non omne quod apparet, verum est, Arist. testimonio; item nec omne quod dicitur, cum ab eo, quod res est, vel non est, vera vel falsa dicitur oratio, ut alibi idem met confirmat.

Vera magni Galeni sententia aureusque locus 5. lib. de usu partium adversus Vesal. Fallop. & cæteros anotomicos. Novus usus amplioris meatus ab hepate ad duodenum panditur, probaturque ratione & experimento.

CAP. II.

Ad rem ergò redeuntes, veritatem cum Galeno indagabimus, qui dirimit omnes controversias animique perplexitates, & vera his verbis pandit l. 5. de usu partium.

Ἐδείχθη γὰρ οὖν, καὶ τοῦτ᾽ ἐν τοῖς περὶ τῶν φυσικῶν --- usque ad verba ὅν ἡ φύσις αὐτὴν ἐλλὴν παρεσκεύασεν.

Quod est demonstratum, namque est in iis commentariis, quos de facultatibus naturalibus edidimus, quod, quæ particulæ per ampla quidem

dem orificia succum sibi accommodatum trahunt, non possunt solum ,,
ipsum neque parum neque sincerum trahere, sed alterius cujusdam di- ,,
versi generis admistione adulteratum; si vero in tenuia admodum ac ,,
mente contemplanda orreficia, trahentium instrumentorum fines desie- ,,
rint impermistum demum exacteque syncerum succum familiarem at- ,,
trahent. Ex quo fit, ut quæ ad jecur est cystis invisibilibus atque angu- ,,
stis prorsus finibus vasorum à se ipsa in viscus immissorum, quem succum ,,
natura sibi perscripserat trahendum, cum solum omnis alienæ qualita- ,,
tis expertem jure attrahat (subdit deinde) cum neque lien, neque renes ,,
accommodatum sibi duntaxat eliciant succum: Verum splen quidem ,,
cum illo trahit etiam, aliquid sanguinis, quem antequã ad ipsum perve- ,,
niat, venæ quæ sunt in epiploo trahere ad se ipsas occupant: Renum ,,
vero uterq; multum quidem bilis flavæ attrahit, ac propemodum omne ,,
id, quod venæ & arteriæ, quæ in ipsis sunt, continuerint: multam vero ,,
sanguinis, quod scilicet in eo est humidius ac tenuus. At biliosi quidem ,,
excrementi quicquid non admodũ crassum fuerit, cum minus permeat, ,,
sanguis vero carni ipsi renum aspergitur, instar fecis cujusdam, inde ,,
jamjam paulatim vaporis modo in totam ipsam disperditur adhærescit, ,,
atque demum alimentum fit in renibus. Dicimus ergo atque tenemus ,,
cum magno Gal. (pareat mihi in hoc auctoritas cæterorum tantorum
virorũ, veluti Vesal. Fallop. & reliquorum ejusdem sectæ, qui in re adeò
clarâ hallucinati sunt) biliosum excrementum bifariam ab hepate ex-
purgari scil. impermistum exacteq; syncerum, & Cylis, quæ ad jecur est
invisibilibus angustisque finibus vasorum ad se omnis alienæ qualitatis
expertem id trahit. Vas autem quod ex jecore ad vesicam seu mavis ad
duodenum pertinet (medio enim ductu juxta vesicæ cervicem implan
tatur) biliosum adhuc etiam recrementum, crassiorem tamen, neque
purum, neque syncerum, sed permistum ad se trahit, id ipsius vasis stru-
ctura (magnitudo indicat, quũ vas hoc ita amplum, ideo natura rerum
parens condidit, ut nec alia ratione ita fabrefactum fuisse conjectandum
sit, quod etiam clarè liquet, ac colligi potest ex pluribus Gal. locis, & præ
sertim l. 6. de anatomis administ. c. 2. cum inquit, ex his instrumentis
alia quæ subtile & leve in eo habetur, expurgant, alia quod terrestre &
grave est: alia, quod inter hæc duo consistit aquosum serosumq;. Prio-
ra, quod bilem recipiant, meatus bilis receptores, græcè χολη δόχοι à Me-
dicis appellantur, & vesica similis meatibus bilis receptrix græcè χολή-
δοχος dicta. Quæ vero terrestre ac grave excrementum continet, ex
visceribus lien est: ex venis ea, quæ ad imam partem recti intestini perti-
nent (subdit demum) itaque necessario tria hæc instrumentorum genera

de ratione situs renum.

Syncera, impermista bilis à folliculo trahitur.

Usus.

Biliosum crassum & permistum excrementũ vas, ab hepate ad duodenũ trahit.

Novus usus ratione probatur.

4. de usu part. c. 12. & 13. 6. de anat. administ c. 17. & 1. de natur. c. 6. v. finē.

in omnibus animantibus ad alimenti distributionem natura condidit,
„ atque hoc est commune & idem universis. Intestina quidem & ventricu-
„ lus, venæ, & jecur, ex eorum numero sunt quæ prima ratione facta di-
„ cuntur; discretionis autem purgationisque recrementorum gratia con-
„ dita vasa, quæ bilem recipiunt, & jecorii vesica: insuper lien & renes ex
„ secundis consistunt.

Musculi vero qui recrementis egerendis subserviunt tertiis annu-
merantur. Patet ergo ac liquido constat ex his, veram esse Gal. sententiã
præcit. lib. 5. de usu part. eã etenim omnibus in suis libris, quibus de his ex
instituto meminit confirmat, ut ex supra citatis verbis ejus clare liquet, cũ
asserat, meatus bilis receptores & vesica similis mentibus bilis receptrix,
& infra, discretionis recrementorum gratia condita vasa, quæ bilem re-
cipiũt, & jecoris vesica: & alibi, per fellis vocata vasa bilẽ expurgari asseve-
rat: quasi diceret, bilem ipsam nedum per vasa plena, quæ tenuissima &
innumera prius ramorum serie constituta per jecoris corpus inter portæ
& cavæ venæ propagines, diffusa, in duo ante & postea in unum angu-
stum meatum desinentia ab ipsius cystis protensum, ab ipsa trahi. Ve-
b. Fius 2. H. rum etiam hæc eadem bilem trahit sincerã impermistamque per exiguos
invisibilesque meatus à se ipsa in viscus immissos; scil. fines horum in-
strumentorum inseruntur, desinuntque in ipsius vesicæ corpus medium,
quod hepati annectitur, & sinum sibi insculpit; Ideò censemus, ita eam
jecori affixam connatamque videri, ut nisi conatu diligentique sectione
haud avelli possit. Arab. Princeps hac ratione forsan ait, pro bilis fa-
quinta decima tertii tractat. 1. c. 1. cit ad roborandum concoctricem vim, cum inquit, sicuti accensio ignis
sub vase, &c. Igitur si benè Gal. verba perlibrabimus, quisque etiam non
lynceis oculis videbit claram hanc fuisse ipsius sententiam, ab aliis forsan
malè interpretatam. Quod si quispiam temerè objiciat; ne dicam stultè
Respondet tacitæ objectioni. (falsa abusus divisione) vesicam trahere per exilia vasa mediatè, atque ita
subintelligenda Gal. verba censeat, id nedum Gal. verbis minimè arri-
det, verum etiam nec concors est cum natura rei, etenim volens Gal. suã
roborare sententiam sumit oppositum, tanquam nota, & argumentatur
à contrario, scil. quæ partes per vasa ampla succum trahunt, quæ per te-
nuia orificia, contra: Liquet ergò ex his abundeque probatur est, vesi-
cam fellis per vasa illa exigua in viscus immissa synceram bilem ad se tra-
here. Sed quid dicendum de poro, quem magnum ratione ad exigua no-
minavimus? Ego quidem à cæteris anatomicis circa ejus propagatio-
nem non dissentio: sed enimverò trahere hunc ad se syncerum ac purũ
humorem, ac trahit ipse folliculus ab eorum opinione omninò recedo,
Gal. innixus, si vera sunt ejus benedicta, scil. quod quæ particulæ per am-
pla

pla orifica accommodatum sibi succum trahunt, non possunt solum ipsũ neque purum, neque syncerum trahere: sed alterius cuiusdam diversi generis admistione adulteratum, & exempla affert de splene, & de renibus, quorum alterum sanguinem cum suo succo alter bilem attrahit. Rationi ergo consonum erit præcitatum meatum cæteris bilem transeuntibus ampliorem, ad se biliosum succum vel alterius cujusdam diversi generis admistione adulteratum vel crassiorem trahere. Quamvis Galenus asserat l. 2. de natural. facult. c, ult, per fellis vocata vasa expurgari flavã bilem tenuem humidam ac fluidam, non autem cum ad ultimum excocta flava ignea, crassa, vitellis ovorum similis. hæc namque præter naturam est, altera secundum naturam. Sententia hæc nostræ propositioni è diametro haud adversatur, namque intelligimus per fellis vocata vasa expurgari flavam bilem tenuem, non autem vitellinam crassam: h. e. per ea vasa exilia, & ferè invisibilia, ex quibus syncerus humor per eorundem ora expurgatur, ut supra ex ejusdem sententia patefecimus. Negat igitur Gal. expurgari, per eà vasa vitellinam, non autem per vas amplum ex hepate ad duodenum: cum asserat per vasa, non autem per vas, subintelligens plura, quæ desinunt in vesicam. Rursus non intelligimus, bilem ad ultimum excoctam vitellinam admodum crassam, sed crassiorem tamen, quam flava, & tanquam via quædam ex flava ad vitellinam, quippe flava est, efficitur vitellina eodemmet teste præcitato capitulo.

Bilem crassam in hepate gigni.

Galeni locus de atra bile interpretatur: pluraque eiusdem loca conciliantur, triplex facul. fibrarum datur adversus Fall. Asclep. & Erasistratum.

CAPUT TERTIUM.

PAradoxum videri non debet, si vitellinum in jecore plerunque progigni pronunciabimus, quando quidẽ ita Gal. sententiam subintelligendam esse censemus, asserens lib. de atra bile, ipsam in vasis fieri, quæ quidem plurima sunt in hepate: quam sententiam Rorarius per Gal. atque doctissimus alius Neotericus sectantur, cæterum in ipsius bilis tum æruginosæ, tum etiam isatodes dictæ, ne dum ij præstantissimi viri, verũ etiam Fuchsius atque Bras. hallucinati fuere, malè Gal. verba interpretantes, & miror equidem, quomodo in re adeò clara tanti viri lapsi fuerint, qui contendunt ex ante citato Galeni loco, æruginosam & isatodem bilem in ventre gratiorem obtinere; reliquæ vero puta flava, pallida, &

Bilis vitellina quæratur in jecore.

Contra Musam & Fuchsium.

vitellina in vasis & jecore tantum. Atqui Gal. audiamus, inquit præcitato loco, & alibi sæpius. Ipsa ergo bilis seu pallida, seu flava, seu vitellina visatur, generationem in vasis obtinet: in ventriculo autem alia quædam porracea gignitur. Sic enim eam à porrorum colore denominantes vocant: sic æruginosam quoque quod ærugini similis conferatur; est & quædam, isatodes bilis dicta, ab isatode cæsium colorem referente. Hæ omnes commune id habent, quod permanent inconcretæ. Sic igitur & rubram nonnulli bilem nomi arunt, quod ad tenuem sanguinem consistentiâ proximè accedit, sed quoniam non concrescit, idcirco bilē eam appellant. Hæc Gal. At idem expolitur, confirmat ac declarat suā hanc sententiam clariori oratione l. 2. prognost. com. 39. & com. 20. & 21. ubi voculæ illæ considerantur, videlicet ochra & chloton; meminit enim tantum de coloribus bilis & alibi, nec quidem tot tantisque viris cōtradicere ausus fuissem, nisi veritas authoritasque tua me ad hæc scribenda compulissent. Clare patet ex his quod Gal. intentio est, enucleare, cur bilium tot genera, talia sortita fuerint nomina, & postquā porraceæ originem tradiderunt ostendit, qua ratione, tum hæc, tum etiam æruginosa & isatodes, sic denominantur, & ullam ibi de ipsarum origine mentionem facit, quod liquet ex his, quæ subdit, cum inquit, sic
„ enim eam à pororum colore denominantes vocant: sicut æruginosam
„ quoque quod ærugini similis conferatur, & isatodis dicta ab isatode cæ-
„ sium colorem referente. inquirit ergo causam vocum & quod quid nominis ipsius bilis æruginosæ & isatodis; non autem (ut malè illi sentiunt) ipsarum originem indagatur. Generari æruginosam bilem ex flava admodum assata, nec non ob jecur phlegmone affectum, & ex vitellina, liquet ex Galeno doct. proæret comment. 1. com. 10. & 2. de naturalibus facultatibus c. ultimo, quamvis idem sentire videtur l. 2. prognostic. com. 39. Porracea altera præter naturam invenis gignitur ratione ægrotationis. Atqui pro conciliandis locis dicendum est, in sanis porraceam bilem generari in ventriculo, in ægrotis in venis magnis. Hæc obiter dicta sint, cum nec ista sibi locus poscit. Est enim nostra opinio probare, quod in jecore & in vasis datur bilis crassioris substantiæ, rationi ergo consonum fuit, hæc suum decentem habere ductum, ut locus locato non sit dissimilis, nec frustra natura, igitur vos hoc amplum, & hians reliqua exilia molita est, Bilim flavam trahi à cysti per nuper dicta vasa exilia probatione non indiget, quando ipsa humoris substantia tenuissima, vesicæq; amplus latusque nexus id clare demonsttant, ita ut veluti per anastomosin & per diapedesin facillimè bilem trahi posse nemo est, qui ambigat. Cæterum non negamus aliquam bilis portiunculam trahi, & quandoq;

reme-

remeare ad vesicam ex magno ab hepate ductu. Verum contingit hoc,
cum commune hoc prope duodenum obstruitur, velut in aquato mor-
bo: Rursus tempore distributionis chyli, cum duodenum turget, non Alia ratio
expurgatur ea bilis copia, quæ possit regurgitare sic ut egeat diverticu- contra Fal-
lo; sed postquam chylus per stelecheja & parte ramos ad jecur distribui- lopium.
tur, quod satis liquet ex Galeno, & rationi consonum erit, ut probavi-
mus in 6. cap. pro conciliandis Galeni locis 53. l. 5. de us. part. ubi per in- 13. tertii de
sensilia vasa trahi bilem vesica synceram ad se & lib. 4. ejusdem numeri natur. fa-
cap. duo asserit prælonga colla veluti stomachos, alterum ad attrahendū cult.
excrementum, reliquum ad emittendum idoneum, quia de his magnis
vasis nunc tantum agit, non excludens interdum exigua vasa, quibus præ- Anatomici
cipuè bilem etiam vesica trahit; existo Gal. loco omnes fere anatomici corp. lapsus
(mea sententia) decepti fuere. Cæterum lib. de nat. fac. 3. cap. 13. asse- detegitur.
rere videtur per unum eundemque collum bilis vesiculam diversis tem-
poribus impleri & vacuari, apparet ergo in Gal. verbis manifesta con- Gal. conv.
tradictio. Cui ita respondemus pro locis conciliandis, quod Gal. ubi
ex professo tractat, de ipsa bilis cysti explicat ejus constructionem, con-
nexum, figuram, substantiā, rationem & usum ad amussim: veluti ex in-
stituto ipsam descripsit in suis libris anatomicis, videlicet 6. de anatom.
administrationibus cap. 12. nec non & præcitato lib. 5. de usu part. &
quarto. ubi de magnis tantum ductibus seu vasis agens, duo ejus vasa Cap. 6. in
numerat. Atqui in antecitato cap. lib. de nat. fac. probat ex intento Gal, fin.
quod eadem pars attractioni & expulsioni deserviat, intendens per hæc Cap. 4.
nutritionis tempus in quacunque parte ostendere, quod per inductio- solut.
nem probat, & assumit id, quod per se facit, & ex eo id quod conspicuū
jam magis est. Ideo asserit, si modo ventris stomachique quam gulam
vocamus non cibos tantum potionemque in ipsum ducere, sed etiam in ,,
nauseis contrario fungi misterio cernitur, & vesicæ, quæ sub jecinore est, ,,
collum cum unum sit, tamen per se vesicam non solum implet, sed etiam ,,
vacuat: Vteri præterea stomachus, quod collum appellamus, pari modo ,,
est (at idem met ipse demum subdit) ergo cum & uterum & ventrem, & ,,
eam quæ hepati subest vesicam, non trahere modo, sed etiam à se pellere ,,
per unam eandemque viam videamus, mirari non debemus, si etiam per
venas in ventrem natura nonnunquam excrementa expellit. Illud
verò multò etiam nunc minus est mirandum, si per quas venas à ventre
in jecur facta est digestio, rursus à jecinore in ipsum trahi aliquod ali-
mentum in longiori inedia potest. Hæc Gal tradit, intendens probare, 1. Respon-
quod una met pars attractioni & nonnunquam expulsioni deserviat, & sio.
exempla affert in vasis magnis conspicuis; Ideoque usus est illis voculis

(nonnunquam) (videmus) quandoquidem reliqua vasa quibus cystis trahit sinceram bilem, invisibilia sunt, neque si de iis meminisset, probaret suam opinionem, & propter hanc rationem illa sedulò reticuit, non negavit, & de collo tantum meminit, quod etiam perspicuum esse videmus, & per id sua sententia roboratur. Intelligimus autem per collum eam partem, quæ à vesicæ corpore deducitur usque ad vasorum (communis in quem & illius quod ab hepate procedit) divaricationem, trahi per collum vesica bilem tenuem ab hepate, sed præcipua mea sententia, cum ipsa regurgitavit, ut probavimus, ne vasa immodicè repleta distenderentur. Rursus addimus, quod Gal. stomachum pro exemplo sumsit in nauseis contrario ministerio fungentem, ita ut mirum non sit, si eodem modo tunc vesicam bile impleri dicat, per idem stomachum seu collum præcipuè cum ipsa regurgitârit à pari, abutitur ergo tunc natura ferè onere pressa vesica, quemadmodum & ipso ventris stomacho in nauseis, cuius munus est ducere in ipsum cibos & potus, trahit ergo vesica quicquid biliosum fuerit ad se, & à magnis ductibus si bilis eo regurgitârit secundum naturam. Naturales enim facultates universè agunt absque electione, & sic impletur, non autem ut Fallop. qui negat triplicem istius facultatem, Asclepiadem, & Erasistratum sectatus, quorum sententias Gal. suis in libris de nat. fac. refellit ac deridet. Et nemo aliam viam reperit: at Fall. carnosis tantum fib. omnibus vim expellendi tribuit.

Per collum quæ pars vesicæ intelligatur.

1. responsio

Vide Gal. de voce instrum. dissect. & 1. de nat. fac.

Quod bilis expurgatur à facultate fibrarum vesiculæ, non ab hepatis compressione. Et quare eam innoxie trahit folliculus. Adversus Fallop.

CAP. IV.

Contra aliud Fall. absurdum quod bilis expurgatum à fac. fibr. non ab hepatis cõpressione.

POstquam bilis ipsa expurgatur à vesica fellea de mente Fallop. propter levem impressionem factam ab ipso hepate quæro, num actio istius motus sit naturalis & per se, vel sit ex aliorum interjectu, & ut dicunt ex accidenti, seu casu, quod autem hepar per se non moveatur clarum est, ac omnibus qui vix ipsius anatomes limen attigerunt, liquet: quando nullum illi motorium instrumentum, rerum parens natura sedulò tribuit, hoc autem cum sit tam clarum, quam quod clarissimum, in eo amplius immorari absonum sit. Restat ergo, ut dicemus hunc esse motum factum ex accidenti vel à casu, atqui hoc repugnat & rationi & evidentissimo sensui, quandoquidem cum cadavera agitantur, deci-

dunt,

dunt, obtrectantur, ac diversimode conquatiuntur, priuquam dissecta fuerint, cum ad locum anatomicæ administrationis ineptè deportantur, impossibile est, quin jecur premat ac ferè auctet folliculum, quod perpetuò is vacuus bile deprehenderetur. Verum hoc falsum est, quotidianis namque experimentis videmus vesicam bilis modo plenam, modo non omnino vacuam, & aliquando plus minusve continere ipsius biliosi excrementi, repugnat hoc etiam sensui, siquidem jecoris portionem ipsi vesicæ est directo incumbentem validè nostris manibus pressimus & vesicam arctavimus, & nec minimum quidem bilis eduximus: elato deinde hepate bilem è vesicula non sine valido digitorum appressu evacuavimus: contingere autem hoc ob ipsius meatus angustiam nemo est qui ambigat, secus atque delineatus apparet apud Vesalium, quod Fall. errandi ansam præbuit, picturæ & non sensui innixus; hic autem meatus optimè in nostra tabella secundum sensum depingitur, & cuivis etiam experiri licebit. Confirmat hanc nostram sententiam Vesalius in initio sui cap. 8. l. 5. asserens inferior autem extra jecoris substantiam deorsumq; pronet, à nullo cui innititur corpore pulsu. Nam vacuo penè interstitio ad dextrum ventriculi latus coloteque huc protepens intestinum conspicuo incumbit: requiritur ergo ad compressionem corpus subjacens cui inniti possit vesicula, quod nullibi extat, si quis accuratius rem hanc perpenderit, falsam omninò Fallop. sententiam velit etiam invitus nolitque pronunciabit. Præterea in brutis ventriculum comprimere vesicam omnino à ratione alienum est, quando vesica vesicam arctaret, nec perpetuò ventriculus turget, eamque adeptus est duritiem, ut possit bilis vesiculam comprimere: erit ergò expulsio ipsius bilis, actio naturalis, ipsius vesicæ & vasorum ejus, quam Gal. luculenter probavit suis in lib. de natur. facul. nec alia ulla melior ad hoc probandum & ostendendum datur via. Rursum volens suam roborare sententiam, in pejoré incidit lapsum, uno namq; dato inconveniente plura sequuntur. Arist. testimonio. Cogitur negare triplicem fibrarum facultatem ipsius vesicæ, quod quidem & rationi & anctoritati magnorum virorum antiquorum & neotericorum repugnat, uti videre est apud Gal. l. 5. de usu partium cap. 11. & 3. de natural facultat. cap. 5. & 11. Nec non Vesal. ejus præceptor ipsam non negavit asserens vesicam triplici fibrarum genere intertextam esse, addunt neoterici (ut vulgo credimus) quod nec unquam somniavit quidem Vesal. aut in sua priori ac vera editione liquet. Præterea innuere videtur, bilem nullibi trahi, ipsius forsan amarorem ac acrimoniam intuitus; Constat ergo, ex ejusdem sententia eam inutilem esse. Atqui necessariam & utilem animanti ipsam existere, & à

Et 1. de nat. fac fere per totum.

Erasistrati fuit opinio hæc à Gal. damnat. lib 2. de natur. fac. cap. 2.

 folliculo

2. de nat. fac. ultimo & de nat. hum. com. 1. t. 27.

folliculo innoxiè trahi, tanquam illi dicatum cognatum ac familiarem succum, patet in Galeni doctrina sexcentis aliis in locis, præcipuè tamen 5. de usu part. c. 10. cum inquit: siquidem cum tot annos quod„que animal superstes sit, in ea tamen cysti, quæ sedem ad jecur habet, „videre est bilis flavæ contineri, alias plus, alias minus, quin & mortuis „ipsis ablatas ab hepate vesicas simul cum bile diutissimè asseveremus, „nil tractu temporis corpora ipsorum patiente: ita ut unicuique quod „cognatum ac familiare est sine dolore omninò ac innoxium est, & 3. de „naturalib. facult. cap. 9. inquit; tanquam enim stercus hominum est canibus suavissimum, ita jecinoris excrementorum aliud lienis, aliud bilis vesicæ, aliud renibus est jucundum.

De morbo regio.
lib. 1. de di. ut. morb. c. 15.
Lib. 5. de locis affect. c. 7. & 64.
4. aph. at prim. de san. tum secun. c. 13 ubertim.
Cap. 6. l. 10. c. 17.
Com. 62. 4. aph. figur. 2. H. H. fig. 2. bb. fig. 2. cc.
15. 3. tract. 1. c. 3.
c. 4. imm.

Omissis pluribus causis externis, internisque à Medicis narratis, ex quibus Regius morbus provenit (nam ex omnibus visceribus quodammodo Arquatum oriri posse testatum reliquit Areteus, qui totum hoc negotium perpulchrè absolvit eos tamen quæ ad nostram tractationem spectant ex felliculo eiusque vasis ortum ducentes prosequemur. Et primò tenemus cum Gal. auriginem sæpe contingere obstructis, aut infirmis vasis, quæ ab ipso felliculo exorta ora sua in hepar extendunt, & biliosum humorem interdum attrahere nō possunt, hisce verbis suam confirmavit sententiam antecitati l. 5. de part. usu, ubi per invisibilia vasa cystim impleri asseveravit eamque sectatus est Aetius, inquiens, propter obturationem aut debilitatem venarum quarum omnia ex ipsa ad hepar deferuntur. Affectiones malæ propter quos morbus Regius supervenire solet: sunt tres, scirrhus, inflammatio & obstructio; quæ si accidunt vasculis illis exilibus à folliculo ad jecur, H. vel minori à vesicula ad cōmune b.b. vel in eodem communi c.c. perdifficile sanari posse liquet, præsertim si scirrhus sit, & exiguum mentum obsederit, eò difficilius. Verum in omni oppilatione (ex Arab. punic. sentent.) in meatu Hepatis ad fel aut in meatu fellis ad intestina, quæ est ex incarnatione, aut poro non speratur sanitas. Et nota talis affectus ostendit cap. subseq. ubi inquit: significabit ipsam assiduatio icteritiæ & assiduatio signorum oppilationis, ac parvitas juramenti administrationis aperitivorum. Insanabile etiam esse, arquatam morbi speciem tenemus; quam lapillus in folliculo, aut in vasis concretus peperit. Plerumque siquidem niger concrescit calculus, sed tamen levis & qui aquæ innatat. Origo illi Fernelio teste) è flavia bile, quod proprio conceptaculo diutius coercita, mirum in modum durescit. Meminit Avic. de alia icteritiæ specie quæ fit cum Colica, & non est ejus causa colica, propterea quod humor vitiosus glutinat faciem meatus; quare cholera non effunditur ad intestina. De-

Antecit. c. 3

nique

nique concludit, quod propter privationem biliosi humoris multiplica-
tis humiditatibus in intestinis commovent colicam. Nos autem dicimus,
fieri posse ut præcedat Iliacus dolor, & causa sit ictericiæ, veluti (si prius
tamen turgeat immodicè duodenum, ut in pugillatorio folle. Tunc Aetius ante
enim tunica tunicæ adeò annectitur, ut bilis iter præcludatur: quod cit. loc.
etiam in hydrope, tympanite contingere posset, ut sensibus ipsis perci-
pitur. Addimus præterea, quod magis consonum erit, obstructionem ex
lento humore ad communem (à nobis appellatum ductum cc.) potius fig. 2. cc.
quam ad meatus faciem contingere facilius, siquidem bilis crassior vel a-
dulterata obstruere potest vas, quam lentus humor ex intestini cavo; ori-
ficium quamvis intestina lubrico ac lento humore sint intus delibuta;
tamen sic artificiose insertus est hic processus, ut depulsam è vesicula bi-
lem deferat: nihil interim ab illis, neque cremoris, neque flatus, neque
demum alterius humoris quippiam admittens, quod non solum tortuosi
in intestinum ingressus, sed & duarum membranularum beneficio fit;
quæ utrinque ad orificium latus laxè propendent, influentis bilis pon-
deri cedentes, & ne quid in meatum regurgitare possit iter præpedientes,
quod scilicet collectæ ac primum os subeuntes id occludant; quod Vesal.
& aliis doctissimis rectè visum est. Præterea cederet hic pituitosus hu- l. 5. c. 8.
mor suo alexipharmaco (ut ita dicam) bilis scil. ipsa, quod tegendi vim l. 5. de us.
habet. Cum hoc vas obstructum est, tunc albidæ cretaceæque dejectio- part. c. 4. c.
nes exeunt Gal. & Ruff. Eph. test. tenemus insuper, bilem expurgari ad 1. prognost.
intestina: etiam si ex folliculi obstructione proveniat icterus (quod con- 17. & 20. l. 2.
tingere solet jecore tamen affato calidâ intemperie vel judicatorie) & fit c. 6.
per vas illud majus ab hepate AA. ad duodenum. Et hoc modo nata ab fig. 2. aa.
excrementis alvi erit fallax, ac secus frequenter se res habet, ut dictum
est. Rursus addimus, quod si bilis in jecore exundarit propter obstru-
ctionem exilium vasorum ad vesiculæ corpus immissorum H. parit cali-
dam hepatis ipsius intemperiem adeo ut hac ratione sæpius dicatur au-
riginem sequi calidam jecoris intemperiem. Non negamus pro-
pter calidam jecoris intemperiem fieri aquatum morbum, sed
præcipuè hoc contingere in febribus biliosis tenemus. Quamobrem 5. aphor. ult.
nostra hæc observatio veram patefacere videtur magni Senis aphoristi-
cam sententiam, hoc est Ictericos non admodum esse ventosos. Nempè
qui ictero ex imbecillitate præsertim vexantur morbo pneumatodis sunt.
Qui autem ex jam citata specie vel ex calida jecoris intemperie, nequa-
quam hæc sententia plures interpretes in varias opiniones distraxit. Con-
cludimus ergo ex his, quod causa regii morbi, vel erit in exilibus vasis à fig. 2. HH.
vesicula ad jecur H; vel in ipsa vesicula quando multam recipit bilem, ut
nimis intenta, nequeat eam expellere, vel erit obstructio in vesiculæ cer-

vice

vice b.b. vel in eo, quod ab hepate procedit, a. a. vel in communi c. c.
fig.2.b.b. quod si obstructio fuerit in vasis ex incarnatione, poro, lapillo, aut ex-
fig.2.cc. quisito scirrho, nullo pacto consanescit. Datur etiam morbus Regius, in quo alvi excrementa flava bile videntur admodum colorata, sic & urinæ, quod provenire potest (omissa nunc jecoris causa) atque lienis crisis, & si vitio totius corporis fiat, (aut externo beneficio) vel obstructis tenuioribus vasis à folliculi corpore ad jecur H. vel ab eodem ad commune b.b. tunc enim expurgatum ab eo vase quod ab hepate ad duodenum, ut dictum est, procedit. Notas harum affectionum nunc sublimioribus ingeniis benigno animo perpendendas relinquimus. Hæc obiter.

Vera ac nova vasorum & chistis fellis observatio, secundum sensum, & ad veram Galeni mentem eorundemq; administrandi Anatomen ratio. Aliusq; novus usus post alium traditur. Typus & characterum index panditur.

CAPUT QUINTUM.

CUncta quæ Anatomici & præsertim Vesalius de vesica fellea perfectè exacteque scripserunt, brevitati studens consulto omisi; verum quæ ipse observavi ab eis nullibi tractata omissaque, ea tamen adjeci: primò consideravi situm vesiculæ bilis in
Situs. vivente pariter & demortuo corpore scil. quod fundus eius inferiora, cervix verò superiora respiciat. Ita ut rectum iter sit à vesicula ad duodenum ut apud Vesal. & Valverd. a delineatū apparet; nec ut par est, recta
a. fi 1. b.c. bilis fertur à vesicula ad duodenum; verum b. semicircularem ferè ac ob-
b.fig.2 b.b. liquam præ se fert figuram meatus à vesicula bilis ad duodenum, hoc
c.c. cuivis experiri licebit, si hepar ad suum naturalem situm subsidere permi-
a.de forma. serit. Secundo formam vesiculæ malè depictam ac perplexè seu diminutè descriptam ab Anatomicis sensus ipse clarè demonstrat; siquidem ut incipiam à Magno Vesalio, qui rem hanc multò accuratius, & prolixius, quàm cæteri descripsit, tribuit ipsi vesiculæ formam oblongam, rotundamque sensim ad ipsius fundi usque apicem longioris cuiusdam pyri „modo delatescente: subdit deinde; quo enim cava jecoris sede, ubi portæ „caudex educitur, ipsiusq; vesiculæ cervix consistit, hæc antrorsum ma„gis fertur, & illa sensim magis ac magis senæ folliculi instar ampliatur.
c.fig.2.m. Atque cavitatem existentem ibi incipit meatus in nostra figura c. depictus & m. notatus cuncti Anatomici omiserunt. Ita ut non pyri, sed cucumeris vel saltem pyri, illius latum ac orbiculatum globosumq; conum haben-

habentis figuram repræsentet. Verum nec Vesalij, nec Valverd. pictura
talem præ se fert imaginem: patet hoc tum si bilem versus orificium im-
pellas; tum etiam si secundum longitudinem vesiculam aperias. Tertiò 3. de poris.
miror equidem, cur ap. Vesal. & Valv. apparent meatus excipiendæ bi-
lis parati, primo in duos ramos discissi, quorum sursum unus processus,
deorsum alter porrigitur; rursus qui deorsum (quia de eo, qui sursum nō
meminimus,) primò in quatuor propagines, deinde in quatuordecim
surculos terminatur. Secus atque ipse benè scripserat ad veram Galeni
mentem accedens, quod ii surculi in alios rursus tantisper digeruntur,
donec innumeram ramorum constituant seriem. Atqui hi surculi ii sunt,
quorum ope bilis in vesiculam defertur, hæc celeberrimus scripsit Vesa-
lius satis luculenter, ut ad verum prope accesserit. At tum quia Galeni lo-
cum non vidit, nec ramorum seriem in vesicæ corpus immissam, ob eorū
tenuitatem, omninò prosecutus est; hac ratione forsan tenuissima vasa
hæc omisit, nec depingi curavit, quemadmodum in nostra figura d. ap- d. fig. 1.
parent HH. notati; ibique locavimus hos characteres, ut quivimus: sed HH.
interdum tum mentem accommoda excusatione & laude dignū potius Vesalii ex-
censerem mirum Vesalium; quandoquidem exigua & vix conspicua va- cusatio.
sa reperit, quamvis ad vesiculam usque non persecutus ea fuerit, veluti
& in octavo pari nervorum cerebri, & si ante citatum Galeni locum per-
legisset, nostram sententiam forsan sectatus fuisset. Quartò lapsos fuisse
omnes Anatomicos in poris describendis, est tam clarum, quam quod
clarissimum: siquidem perpetuò à nobis & in humanis corporibus & in
simiis observatum est, quod meatus, qui à jecore procedit ad duodenum,
vel si mavis ad divaricationē est amplus ac latus. Ita ut facile quodq; spe-
cillum admittat, qui vero à vesica ad divaricationem tendit, arctissimum
tenuissimumque, ita ut specillum tenuissimum non admittat, præcipuè
tamen ubi membranulæ e. bilis regressum impedientes extant, quod si e. fi. 1. 2. b. b
cui experiri placuerit, Anatomen hanc, tali pacto aggrediunda erit. Pri- admini-
mò vasa ambo (& quod à jecore, & vesica procedit) ut conspicua sint de- strandi ra-
nudare (si prius bilis egressum per hepatis compressionem ante expertus tio.
fueris) oportet, ad ipsorum exortum usque, & præcipuè illius quod à ve-
sica. Deinde vesica secundum ejus longitudinem adaperienda immisso
postea specillo à duodeni perforamine communem meatū id trajicimus,
in exiguum meatum tendentem ad vesiculam & ubi ad primum impe-
dimentum f. ventum fuerit, si violenter specillum impellas, præterito eo, f. fig. 2. b. b.
aliud tibi occurrit majus, & adfrangentur seu perforandū difficilius. Ita
ut hoc sæpius ullo pacto pervadere potuissem, & tenui quoq; specillo, &
quavis obliqua figura munito: novum tandem magna vi foramen per-

 feci,

feci, tum vesiculam, tum etiam vasa disrumpendo, hoc a. feci, ut verum fatear, quo aliis ostenderem, ne cuncta quæ ab aliis scripta sunt, fuisse assecutum. Hac igitur ratione optarem, ut à solerti & exercitato Anatomico res hæc perficeretur, qui omnia promptitudine ac dexteritate manus ageret; siquidem vasa hæc tenuissima sunt, & facillimè dilaniari ac disrumpi à vi durioris specilli possunt, omnia siquidem agit injustus impulsus, Hipp. teste; Ita ut si pergas, jecur etiam perforabis, nedum vesiculam. Ideoque vesiculam adapertam prius injunximus, quo per ipsam αὐτοψίαν verum assequamur, nec scil. nos ipsos seduceremus, ut mihi contigit, cum vidissem (vitamen) specillum in cavam vesiculæ ingressum, conjiciebam à tuo vero meatu pertransisse, atque discessa vesica novum sibi excavasse ac perfecisse iter, clarissime inspexi, exposuit hoc opus satis industrium ac doctum artificem, alter si ineptus erit, temerè cuncta obtrectabit, ac perpetrabit, & facilè hallucinabitur, videmus siquidē, quod hæc administratio insudavit eximium Vesalium, uti ipse more magni viri fate-
„ tur, c.8. l. 5. & c.19. & alibi cum inquit, equidem ut semel dicam, quid
„ mihi inter secandum contingere soleat, verè affirmare possum, quod
Nota. „ in universo corpore neque molestior neque difficilior mihique gravior
„ sectio sit, quam dum inferior omenti membrana & cava jecoris regio,
„ organaq; contermina nobis sunt aggredienda, maximè verò in homine aut animali quopiam præpingui, adeò sanè, ut quemvis artificem, licet industrium facile hic hallucinari existimem, atq; hoc ideo dico, quod certi nihil, sed id duntaxat, quod mihi videtur asserere statuerim. Hactenus Ves. Inspiciant nunc quæso Anatomici, quàm difficilis sit hæc administrandi ratio, ita ut non nisi longa observatione ad amussim adipisci possit, quemadmodum à nobis sæpissimè observatum est, cum adesset excellens, præstantissimus atque doctissimus Ioannes Antonius Pisanus, dignissimus Regius Archiater, cuius ope ne dum Anatomes ipsa verum & medicina omnis in hoc Parthenopæo Gymnasio sustentatur, ac præcellit, ut verè ἰατρεχώτατος sit.

Totum hoc verum reperies in simiis ad unguem veluti in humanis corporibus nil igitur mirum sit, si Fallopium hallucinari hâc in re videamus, verum quicquid ipse de hâc re scripsit à Vesalio suo præceptore sumtum inventum & exordium claret. Etenim in fine præcitati capitis asserit Vesalius, quod non comperit homines, qui bilis vesiculâ carerent, veluti enarrarit Arist. & post hunc cum aliis permultis Plinius; quamq; (subdit) facilè fieri posse arbitrer, ut ex jecore ad intestina meatus aliquis bilem deferat, ita ut in vesiculam quampiam prius non colligatur, & haud mediocriter inter dissecandum mirari solitus sum, quamobrem bilis re-
ĉto

cto ductu ex jecore ad inteſtina non pellatur, ex his liquet, quomodo novum, ut ipſe refert Fallopius reperit uſum, veluti alibi fecit, de oſſibus coxendicis, Ilii, pubis, & de octavo pari nervorum, aliiſque in rebus, quæ Veſalius ante eum novit, ſcripſit, vel ſaltem tetigit. Concludimus ergo, providè à naturâ factum eſſe vas amplum (uti probavimus ab hepate) quo bilioſa adulterata mixta & craſſa expurgarentur: Præterea errаſſe Fallopium ex Veſalii picturâ cenſemus, quæ ſi falſa non fuiſſet, aliquem excuſationis locum ibi relinqueretur. Etenim liquet apud omnes tum medicos, tum etiam Philoſophos, quod pars, quæ humorem recipere apta nata eſt, ea facillime recipiet, quæ meatus ſeu pori amplitudinem ſortita fuerit. Præſertim ſi humorem hunc à facultate naturali non traxerit (ut malè ſentit Fallop. de veſicula bilis) quæ ſi meatum latum ad duodenum, ut à Veſalio pictum apparet, obtinuiſſet, utique regreſſus egreſſusque daretur: verum ipſa Autopſia contrarium nobis indicat, meatú videlicet à veſiculâ ad divaricationem anguſtiſſimum, & qui ab hepate ampliſſimum; Conſtat ergò ex his, quod magis concors eſt, & conveniat cum naturâ rei, ut bilis ipſa ad jecur regurgitaret, ob meatus amplitudinem, quam veſicula non admitteret, ob pori anguſtiam: fruſtramur igitur à Fallopii uſu aſſerentis ne bilis regurgitaret ad hepar, ſi vera ſunt, quæ ipſe tradidit, ſcil. cum tum & Chilo duodenum inteſtinum, quod ſecus eſſe cum Gal. tenemus, 3. de facult. nat. 13. ſcil. quod tempore diſtributionis non adeò turget duodenum, eo quod Chylus tenuia inteſtina cuncta, ne dum duodenum à piloro egreſſus replet, nec adeò perpetuò tument, ut tunica tunicam arctaret, ſiquidem cum adeò diſtenduntur, & ad tantam excreverunt molem, ut hæc actio perfici poſſit, valdè dolent, idque quotidiè contingeret. Rationi namque conſonum erit ad talem fori obſtructionem requiri maximam ac immodicam inteſtini duodeni diſtenſionem veluti in pugillatorio felle comprobatur; tenemus igitur cum magno Veſalio, ideò ibi duas membranulas ineſſe, ne vas à Chylo occluderetur. Addimus præterea, quod bilis adulterata admixtaque perpetuò expurgatur, quæ aliquatenus pituitam detergeret, & naturam aliquantiſper proritabit. Interdum veſicula ſyncera bili replebitur, quæ rurſus ſtumulata eandem bilem ad inteſtina ſynceram deponit; hoc autem ſi quis peregrina mente contemplabitur, ſummum reperiet uſum, ſiquidem quo ſuas natura functiones tempore obire poſſit, ut ſcilicet cibum cremorem confectum non ociſſimè (ut nonnulli opinantur) per gracilia inteſtina deduceretur, tunc pauca & permixta bili abutitur natura; tandem inteſtina irritans & mordens ad feces excernendas invitat ac ſtimulat bilis ipſa ſincera. Hæc inſuper pituitam quæ

Nota, ubi mutuatus ſit Fallop. vide Veſal. l. 1. c. 4. & l. 4. c. 6.

vide Concil. diff. 19. & Fern. l. 6. de fruct. & humor. c. 9.

Alius uſus.

 ingra-

ingracilibus illis ductibus ex intestinorum munere coacervatur plurima, incidit, detergit, atque expurgat, denique & ipsa quoque una cum excrementis nullam (cum lege naturæ omnia in homine dispensantur) noxam, sed uti liquet, summum usum præstans è corpore tandem propellitur. Veram indicat ostentatque nostram sententiam positus crassorum intestinorum, ubi feces locantur; rationi siquidem consonum erat, refrangi, obtundi ac remitti vim synceræ bilis in longo itinere, dum tot gracilium intestinorum ductus pervadit, spatium ferè 20 pedum, præcipuè tamen ex admixtione pituitæ, quæ plurima ibidem coacervatur, idque Galeni auth. in morbis liquet, siquidem sumta indicatione à positu, ut ipse retulit, & secundo art. cur. ad Glauc. & 4. meth. ultimo & alibi sæpissimè, tantú videlicet adventitii roboris adjungere oportet præsidium quantum in transitu amittitur, ut quod relinquitur æquale remaneat ei, quod tactu juvent. Ita ut medicamentum, sive sit ex his, quæ commeduntur aut bibuntur, non præsens est ejus vis consideranda sed qualem obtinebit, quando ad membrum affectum pervenerit, scimus, affectus crassorum intestinorum hac ratione per injectiones, quæ per sedem fiunt curari; actio siquidem fit per contactum, si incidit, expurgat, detergitque bilis pituitam medicamenti vicem gerit ac verè ea pro medicamento abutitur ipsa natura, quod si verum extat, verus erit & usus à nobis excogitatus: Rursus nemo est, qui ambigat, quod major actio requiritur ad proritandam naturam pro expellendis durioribus eminus excrementis, quam pro deducendo quo minus, confecto cremore: Hac ratione majori & validiori egebat instrumento ipsa natura veluti syncera bilis est, minori vero & imbecilliori ad cremorem, ideo permixta adulterataque, pauca & sæpè obtusa aliquatenus fortasse ejus acrimonia ob admixtum, quem habet pituitosum humorem: Attamen loquimur nunc de iis, qui in opt. sanitate degunt, quoniam in ægrotantium corporibus plura dici & addi possunt, quam provinciam doctiores subeant. Præterea nec expedierat eadē biliosa crassa occluso meatu statim ad vesicam remeare; hac ratione impervium horum regressum, pervium vero ad tenuium egressum fabrefecit; difficilius conjectandum est, crassum ac lentum humorem à vesica tanquam à stagno expurgari, contra facilius à medio ductu tanquam à canali, etenim si aliquod crassum hæreat, rapitur à vi tenuioris humidiorisque substantiæ, fluentis in ipso canali: quod secus esset in ipsa vesica. Vasorum nexio ac ductus perplexitas seu obliqua insectio à nobis ante alios observata quibusvis etiam experiri est, & ita nostram simul ac Galeni sententiam veriorem prædicabunt. Plura serio reticemus, forsan alias tradenda, tum de regio morbo, tum etiam de bili

Vide lib. 5. de usu part. c. 4.

ad

ad duodenum. Meatum à vesicula ad ventriculum adhuc non reperi, & cur in eo non expurgatur bilis ad detergendam plurimam pituitam, ostendit Gal. Verum bifidum commune (à nobis) sæpè inveni in ecphysi intestini implantatum; quod erga hoc sentio, (pulchrum enim adhuc latet à nobis observatum) fusius alias narrabo, ubi de caruncularũ etiam in vesicæ ductu obortarum agemus.

Versa tabula duas reperies tabellas, quarum prior vesiculæ bilis præseferens figuram ad amussim ut à Vesalio & Valverda depingitur, ac quia pluribus verissimo sensui repugnat, quod multis & præcipuè Fallopio errandi ansam præbuit; hac ratione posteriorem à nobis delineatam, uti sensus indicat, & ut res se habet, invenies, idque characterum tum ex Vesalii, tum ex iis, quæ ex nostrâ sententia adjecimus, index declarat, & clarè demonstrat, quod partim addendo, partim iterum innovando prosequuti fuimus.

Duæ figuræ in hac pagina depictæ, altera delineationem ipsius bilis vesiculæ de mente *Vesal.* & Valverd. pandit. Altera vero ejusdem vesiculæ bilis exhibet veram effigiem ex nostra sententia situm ac figuram secundum veritatem sensus patefacit.

Differt autem hæc nostra delineatio à Vesalio figura primo à situ, siquidem perpetuo observatum est fundum Vesiculæ inferiora respicere, cervicem vero superiora, ita ut figuram ac ductum obliquum præ se ferat meatus à vesica ad duodenum, non rectum, ut falsò ap. Vesal. & Valv. depictura extat. Secundo, quod floccipendendum non est, sed potius magna indiget speculatione, pictum apparet ap. Vesalium meatum à jecore ad duodenum, arctum ac parvum ubi autem notatum est; à vesica verò ad duodenum, ubi b. designatur, delineatio præ se fert ampliorem meatum, quod falsissimum esse sensus ipse perpetuo nobis luce clarius ostendit, siquidem cuivis etiam rudi & tyrunculo in re anatomica, videre est meatum à vesica ad duodenum vel si mavis ad divaricationem arctissimum, & qui ab hepate procedit ad eundem locum latissimum; ita ut his specillum facile admittat, ille vero vix atque ne vix quidem, nisi vivas ab imprudenti anatomico disrumpatur ac perforetur: & præcipuè ubi in nostra figura b.b. designatur. Quo in loco impedimentum sæpe bifidum, raro unicum, sed perpetuo sic à nobis primò observatum est, ita ut præexiguas & tenues membranulas inesse arbitratus sim, & hoc falsum Fallopii dogma necessario reddit, eo quod bilis nunquam poterit regurgitare, obstructo meatu duodeni ad vesicam, sed potius remearet ad hepar.

V. Bilis vesiculam utraque figurâ designat.

X.X. Meatus bilis vesiculæ per jecoris corpus exporrecti inter portæ venæ & cavæ item venæ ramos.

Y. Venæ portæ propago in jecoris substantiam diffusa.

Z. Venæ cavæ propago in jecoris substantiam digesta. Volui enim hic exprimere vasorum in jecoris substantiam situm, qui scil. portæ venæ rami propaginibus cavæ subjiciatur, & quonam pacto in horum medio bilis vesiculæ meatus excurrant.

a. Concursus meatuum bilis vesiculæ, qui in jecoris corpus digeruntur duplici autem in nostra designatus.

b.b. Vesiculæ bilis cervix, cui meatus ex jecore ductus & autē notatus inseritur, communisque per Vesalium efficitur: Verum apud nos communis meatus erit autem divaricatione vasorum ad duodenum c.c. notatus, quod magis convenit cum naturâ rei b,b. vero notat etiam impedimentum à nobis observatum, & cervicem.

c.c. Bilis vesiculæ meatus in duodenum intestinum insertus.

S. Duodenum indicat intestinum quod humiliori sede apertum finximus ne meatus ipsius c. notati insertio lateret.

e. Arteriæ in jecoris cavum & bilis vesiculam digestæ.

f. Nervulus jecoris & bilis vesiculæ communis & à sexti paris nervorum cerebri propagine depromptus.

g. Tenues portæ venæ propagines in bilis vesiculam excurrentes.

HH. Vasa tenuissima & vix conspicua in corpus vesicæ deferentia bilem, ex Gal. sententia, 5. de usu part. c. 6. & lib. 2. de nat. fac. c. 2.

m. Sinus juxta orificium vesicæ, bilis à nemine hucusque observatus præostensusque.

Probatur ante citatus usus ex actionibus sensu, ratione, & Auctoritate, verum primo cuncta fere dubitanda, & quæ objici possent in medium afferuntur solvunturque & enodantur locaque Galeni conciliantur ac restituuntur versusq; vesiculæ bilis usus detegit ut pluraq; ad hanc rem spectantia adduntur.

CAP. VI.

NE quis junior ex his, quæ diximus dubitandi occasionem sumat, cuncta quæ objici possent, brevi sermone complectar. Et primo dubitabit aliquis utrum egerendi actio sive munus à naturali tantum facultate proveniat, vel ab animali. Secundarum bilis quotidie expurgatur à vesicula, vel diu ea retineatur. Tertio an bilis sit, quæ pituitam ipsam detergit, & naturam proritat ad expel-

expellendas feces, hæc enim expurgatur á facultate naturali, ut apud omnes medicos & philosophos liquet. Rursus eadem nunquam movebitur à voluntate, cum non sit agens à proposito, seu ab electione, dubitatur, quomodo tam hi, qui lenem habent alvum, quam qui duram, omnes tamen præfinitum tempus egerendi obtinent, siquidem nonnullis alvus dejicitur celerius, aliis tardius, noctu quibusdã & aliis interdiu, aliis tertiâ quoque die, & sunt quibus non nisi sexta vel octava, veruntamen statum hi habent tempus egerendi. Quoad primum tenemus excrementorum exitum partim naturalem á vi expultrice intestinorum, & partim voluntarium existere, à tertiis instrumentis excernendis excrementis destinatis quæ genere duplici sunt, Gal. teste. Alia enim effluvium intempestivum ipsorum cohibent, alia vero tempestivum incitant, intempestivè quidem effluere musculi sedem constituentes non sinunt. Excitant autem in tempore musculi omnes epigastrii, constat ergo ex his egerendi actionem, & à naturali facultate à vi inquam expultrice ipsorum intestinorum proritata ab ipsa bile provenire, nec non & ab ipsa voluntate, ut probatum est: Attamen voluntatis imperio videntur parere naturales facultates Gal. teste 3. de simt. caus. cap. 2. cum inquit: ita solet evenire nonnullis, quibus non licet ventris onera deponere, quia versantur vel in foro, vel in alio loco vel negotio, ut humor quispiam acer ad sedem usque descendat, ibique violenter retentus, rursus ad supernas partes referatur, atque tum ut ventriculum rodet, & caput vaporibus impleat. Hæc ideo adjecimus, ne quis putet ex his, quæ diximus, quod excretio fiat proritata ipsa natura ab ipsa bili tantumodo. In quo secundo dubitavimus, videtur quædam temperantia in Gal. dictis, siquidem 5. de usu post. c. 10. videtur asserere diu innoxiè sine dolore asservari bilem in eachisti, quæ ad jecur sedem habet, reddens ratioẽ, quod his instrumentis natura sensum acutiorem non adhibuit, utque nihil unquam negotii à comprehensis in sese excrementis erant habitura, idque confirmare videtur l. 3. de natur. facult. c. 12. ubi eam nervorum expertem esse tradidit. Atqui oppositum scriptum reliquit l. eod. 3. de nat. facul. c. 5. nec non & 5. de us. part. c. 8. 9. & 11. & demum 3. de facult. natur. c. 12. ubi asserit, quod vesicæ tunc deponunt id, quod attraxerunt, tũ tensio, morsus vel pondus eas ad expulsiones proritat. Pro conciliandis v. Gal. locis dicimus, quod cum Gal. l. 5. de usu part. c. 9. tractasset de triplici nervorum genere, ac tertium nervorum genus visceribus insitum intimè considerasset (ita ut velit nolit justam naturam cum Hipp. pronuntiasset) ostendit in sequenti capite uniuscujusque instrumenti sensum ac dicens magnum cum sit hepar, minimum habet nervum; tradit denique naturam

Voluntatis imperio interdum naturalis facultas subjici v. 13. de us. par. c. 5. in fine & 5. cap. 5 l.

Gal. cõtradict.

ram

ram tribuisse partibus substantiam corporis affinem, qualitati ipsius humoris, ita ut substantia corporis ipsius vesicæ sit affinis qualitati ipsius bilis, quemadmodum & quæ otium recipit urinarum. Attamen si bilis cum lotio in majori vesica profluant, statim excernatur oportet, aliter noxam inferet, quia ejus corpus (ut diximus) urinarũ duntaxat & non bilis qualitati est affinis; hac ratione subdit Gal. in fine cap. quæ cum ante natura prospiceret, ut sensu prædita esset majore plures & eos quidem majores nervos ipsi tribuit. Ergo utraque habet nervos, sed minimos vesica, quæ continet bilem, majores vero quæ continet lotium. Quod autem dicat, innoxiè trahat & sine dolore, id quod cognatum & familare est suum excrementum ipsam bilem liquido constat, usque ad quendam terminum, donec scilicet tensione, vel pondere vesica ipsa comprimatur, aut diutius in viventi animali detentu acrior evadat, veluti aliqua, quæ retineatur, ut chylus, lotium, fœtus, & his similia, quod in mortuis asservari diutius poterit, propter aliam rationem. Vbi vero nervorum expertem eam esse tradit Gal. dicimus falsam fuisse traductionem Leoniceni & aliorum, siquidem vera Galeni lectio ita se habet, ὧδ ἦλοι ὅτι νέυρον ἥκιστα μετέχει, verum dictio ἥκιστα hoc in loco significat minimum, ac si diceret, quo manifestum est, quod minimum habet nervorum seu minimos habet nervos, veluti etiam alibi sæpissimè & non significat οὐδαμῶς, hoc est minimè sive nullo modo, ut male traductores verterunt. Quod vero quotidie bilis ipsa expurgatur, clarissima est Galeni sententia, inquiens, siquidem quod bilem ad se trahat, ea quæ jecinori subest vesica, supra est monstratum, quod autem & in ventrem quotidiè ejiciat, id quidem evidenter cernitur. Et alibi, si enim demonstratum est, convenientem eam succum trahere, ita ut sæpe cernatur plena, alibi plenissima, 3. de nat. fac. c. 5. quod notandum erit, probatur enim vis retentrix, eundemque hunc succum non multo interposito spatio excernere, ergo non diu retinet bilem. Interdum proferre non desinam aliud, quod sentio ex Galeni sententia decerptum, cui ratio adstipulatur, scilicet quod bilis vesicula toties bilem ad se trahit, quoties chyli fit sangvificatio, quod quotidie bis ferè contingit, totidem in naturali die implebitur & vacuabitur, uti nos censemus: Et si sciam multis paradoxum hoc videri. Quæso tamen eos, ut attentius has Galeni sententias perlegant, ex quibus veritas hæc elucescit, qui sic testatum reliquit, 5. de usu part. c. 6. Nam paucissimum quidem est melancholicum excrementum, copiosius autem biliosum, porrò utroque aquosum multò cumulatius, & ne quis topicè arguendo objiciat, parvum ejus esse receptaculum, subdit, cæterum quæ hepati subjacet, vesicam, & si tenuitate ac copiâ medium succum tra-

Solut. contradiction.

Thomæ Linacri Leoniceni & Silvii error Gal. locus restituitur.

1. prognost. ult. & 3. de ratione vic. ac 60. & 4. ejusd 50. & 95 & co. ult. & 3. de art.

3. de nat. fac. c. 5. & 17.

ctura m

cturam, attamen parvam fecit quod positionem aliis omnibus hepar purgantibus instrumentis commodiorem numerumque orificiorum trahentium haberent majorem. Rursus in subsequenti capite 5. Verum cum copiosius multò serosum excrementum, quando biliosum esset, majus esse ipsius receptaculum, par fuit. Si igitur copia medium trahit succum vesicula, trahit equidem cum fit ipsa sanguificatio, quod si bis in die contingat, ut dictum est, totidem erit expurgatio sanguinis, vesicæque impletio & evacuatio. Ideoque excrementa colorata videntur, sin minus, alba apparerent, nec mirum sit, si tantam bilis copiam ad generati in corporib. humanis quotidie prolati fuerimus. Copia quidem medius est hic succus, ut post aquosum sit, quamvis ille multo cumulatius: præter portionem selectam magis quam cum sanguine fertur. Non negaverim tamen, excerni posse aliquam bilem absque quod omnimode vesica impleta esset: ob acrimoniam vel alia de causa, alias adducenda inquies, bis ergo singulis diebus cunctis natura proritabitur ad pellenda ventris excrementa, verum hoc esse fatemur in illis corporibus quorum sensum acutiorem intestina obtinuerint, validaque fuerit expultrix vis. Contra, quorum intestina pituitæ maximâ copiâ scatent, hebetemque sensum habuerint, & robur expultricis debilis fuerit, in his pituitam bilis deterg t, cibique recrementum è supernis intestinis vellicans ac mordens ad inferna propellit, & lucrum animantibus accedit, cum alium (ibi detenta in cavo intestinorum) eximium usum præstabit. Vendicans ac incolumen à coli dolore hominem reddens uti etiam Arabum principi placuit. Cistis præterea & vasorum ejus usum inveniemus, si prius absolutissimam tum vesiculæ, tum intestinorum adipem habebimus, referente Galeno fieri non posset, ut quis particulæ cujusvis usum inveniat, nisi prius perspectissimam habeat totius instrumenti actionem. Præterea sciendum erit in omnibus instrumentis tum opera naturalia, tum etiam affectiones morbique singuli ad portionem fieri videtur, quædam adeo evidenter & clarè, ut nullam demonstrationem eorum ullum desideret, quædam magis obscurè, sed ita tamen, ut eos, qui attenti sunt, latere non possint, ventris morsus manifestus est, nec non & naturalia opera ipsius uteri & ejus vesicæ, quæ lotium recipit, siquidem Gal. teste excrementa singula, si moram in corpore diutius trahant, putrescunt, alia spatio breviori alia longiori. Itaque acria & mordacia atque iis, qui ea continent, infesta redduntur, at non in ea vesica, quæ jecinori subest, similiter se habet, ut quæ nervorum minimum habet.

Vsus inveniendi ratio.

l. 5. de usu part. c. 3.

l. 5. de usu part. c. 3.

3. de nat. fac. c. 12.

Secundò notandum est, quod Galeni verba referuntur ad ea quæ superius dixerat, scil. quod opera naturalia, affectusque evidenter fiunt in ventre, utero, & vesicâ, quæ lotium recipit. At non in ea vesica, quæ

Gal. vera interpretatio

I jeci-

jecinori ſubeſt, ſcil. ſimiliter ſe habet, ſed magis obſcurè, ita tamen, ut eos, qui attenti ſunt, latere non poſſit, quod & ſequentia verba etiam clarè demonſtrant & præſertim, ubi aſſerit in fine capitis in ventriculo, utero, inteſtinis & veſicâ quæ lotium recipit, luculenter apparet, vel tenſio, vel morbus, vel pondus, quod inſtrumenta ad expulſionem proritat, non magno negotio id in bilis veſicâ intelligas.

Poſtquam hæc abſolvimus, reſtat, ut videamus quo temporis ſpatio recipit bilem veſicula, eandemque excernit. Claret autem hoc, ſi cõſideremus ipſius ſanguinis generationem, ſumpto exemplo de vini confectione. Etenim quod tenue eſt, in eo ad ſpumam accedens bili aſſimilatur ex Galeno Requiritur ergò tempus ad hanc obeundam actioné, ut ſcil. primò fiat ipſe ſanguis, & ea eſt naturæ intentio major, cum ſit aliis priori natura; expurgatur deinde hepar à quatuor inſtrumentis, bilis veſicula, duobus renibus, & liene. Quantum verò ſpatium tale ſimul tempore contineat, inquit Conciliator, & non ſine forti ratione definire nõ poſſũ, cũ termini naturales non percipientur præciſi, neq; etiam tempus præſcriptum reperitur, quo chylus in hepar ductus in humores convertatur, ſicuti 13. cap. de velocitate & tarditate deſcenſus cibi de ſtomacho tempus notatur, quo ventris perficitur digeſtio, ſub quadã indeterminatione tamé ceu 12. horis usq; ad 22. differ. 120. Sed cum hepar materiam ſuſcipiat ad informationem quam venter habiliorem fortaſſe, calor, hepatis magis converſivus breviori tempore in chylum ſuũ imprimet effectum in humorem ipſum reducens puta omnibus purificatis in communi temporis ſpatio, quod ſeptem ſit horarum æquinoctialiũ, & in una dicatur horarum media vel tertia, quod quatuor generentur humores, in quatuor inſtantibus eiusdem. Dicimus ergo nos, quod nõ omnes humores unico inſtanti generentur quocunque temperato corpore, ſed in inſtanti per ſe quilibet quod ſapere videtur, 2. naturalium ultim. & 4. de uſu part. id quod nec Fernelius negaſſet. Patet ergo quotidie veſiculum bile impleri, & quotidie evacuari, & naturam proritare ad expellendas feces, invitat ſiquidem ipſam naturam, ac propellit excrementa ab imo inteſtino in aliud, donec ad rectum ſit deventum: & tunc ipſa excrementis admiſta excernitur, ſed non cogit: addit ergo robur inteſtinis tenuioribus, quod bilis non adeo acris circumfluit mordens ipſa & ad execrationem excitans. Recipitur interdum ſincera acriorque ipſa bilis in ciſtim, velut in cyſternulam quandã, plurimâ collecta copiâ, quo infimum ventrem Craſſorum ſcil. inteſtinorum proritaret ad feces excernendas, ſi namque porum tantummodo feciſſet ipſa natura, utiq; pauca ab eo bilis expurgaretur, quæ ſuperata à pituitæ copia nulla actio ab eo perveniret, nec medicamenti vicem, uti Galeno placuit, gereret; fuit

2. de nat. fac. c. ult.

ſecũus diff.

Tempus generationis 4. humorum & eorundem ſeparationis.

Vide lib. 6. de frat. humã. c. 3. & 4

Quare non porum, ſed veſicula facta fuit. Veſiculæ bilis verus uſus.

ergò

ergò cõstructa chisti, ut Athroos sive confertim ea bilis quãtitas ad intestina demandaretur, quæ possit una pituitam abstergere, naturamq; proritare tamen non adeò exhaustus remanet folliculus, ut morbum pariat, scil. dissent. chole. Etsi non duodenum solum sed reliqua intestina omnia lento quodam & lubrico humore interna sede imbuantur, atque ut Razes dicebat, fictilium vasorum more invitrentur, instaureanturve Nonnulli hanc nostrã sententiã (rudi tamẽ Minervâ) sectati sunt, sic referente Vesalio. Alius sub jecoris cavo colon deduci contendit, ut & ex bilis vesicula in illud resudans bilis incitando excrementorum egerendi vim feliciorem reddat. Concludimus ergo, solventes tertiam dubitationem, quod quamvis non agat à proposito, determinatè tamen ferè agit, multitudine vel morsu molestata, quod tempore fit, veluti uterus fœtum in nono mense, & menstruæ purgationes, quæ statuto etiã tempore, aliaque plura fiunt à naturali facultate, haut secus conjectandum erit de vesicula, verum causæ tarditatis vel celeritatis dejectionum plures sunt à Galeno eumeratæ, præter quam diximus ex bile lib. de sympt. causis 3. c. 2. At excretio solitum tempus prævenit vel quia ventriculus ob nullum cibum assumtum gravatur, vel pingitur vellicaturque à re mordente, quam ut alienam ac extraneam expellere nititur, quod trifariam, fit, aut quia postea utpote imbecilliorẽ vicit, aut quia assumtum alimentum immodicum est, aut ob utramque causam. Præterea alimenta humidiora & si post assumtionem eorum leviter ambulaveris, ut concutiatur quidem tardiusque pro consuetudine excernit venter, aut ob intestinorum vel imbecillitatem, vel obtusum sensum, aut ob alimentorum tum parvitatem, tum qualitatem. Concludimus denique quod excrementorum alia manè, alia vesperè, alia sexta die dejiciuntur, quod fit vel ex consuetudine, quæ velut ex altera natura est, vel motione corporis, vel vehementibus animi motibus, vel caloris concentrationem, vel aliqua alia de causa. Et in quibus tardissimè forsan obtusum sensum eorum intestina sortita sunt, plura ab Avic. prim. Cant. Cant. t. 329. & 16. tract. 4. c. ult. adduntur. At Aristotelis sententia 4. de generat. animal. c. 1. & 1. de hist. animal. c. penul. & 2. c. 15. & 4. de part. c. 2. 53. quod reperiantur animalia & homines qui vesicula bilis carerent, nusquam ab Anatomicis observatum est in humanis corporibus; quod si bilis syncera suum non haberet receptaculum, ita ut dum chylus tenuioribus in intestinis descenderit, in sua chisti detineatur quam infelicissimũ animal homo esset: tum quia chylus priusquam à venis fiat suctus, attractio ocissimè descenderet, & animal nullum vel exiguum nutrimentum ex eo susciperet, tum quia assiduis dejectionibus augeretur. Iustissima ergo na-

Tertiæ dubitat. solutio.

Causæ celeritatis & tarditatis excretion. alvi, ex Gal. & Arab. Principe.

Adversus Plin. & Aristotelem.

Et quemadmodum lotium non per met. ita

bilis nec per por. veluti à Gal. comparat. 5. de usu part. 13.

tura quemadmodum lotii, ita etiam & ipsius bilis fecit receptaculum, & non poram seu vas, quo philosophiæ homo vacare & incumbere possit. Quare meatus bilis duodeno & non colo vel alio intestino implantatus fuerit, ostendit Gal. l. 5. de usu part. c. 4. cur excrementum biliosum in venas & arterias ex intestinis non distribuatur eod. cap. demonstrat, & de nat. facult. Qua ratione bilis intestina repens cum ea adeò acriori sensu prædita sint, ut protinus quod molestant respuant, statim non fiat & bilis & excrementorum eductio: claret ap. Gal. quo in loco senis Aphoristicam sententiam interpretatus est dyssenteria, scil ab atra bile. Dixi sententiam meam, quem iis ruminandam relinquo, qui vipereo ore non sunt; siquidem nihil tam dulce tam suave, tam bonum, tamque proficuum reperitur, quod venenatis labiis non amarescat. Hæc sunt Ingrassia Præceptor dilectisime, quæ veritatis tuendæ gratiâ mihi occurrunt, & si ego (ita sunt varia hominum ingenia ac judicia) â Fallopii Viri extra omnem aleam clarisſimi placitis in multis discesserim, quod eum semper magnifacio, nihil unquam nec publicè nec privatim quidem nisi coactus vel scribere vel docere volui, quod ipsius dogmatib. esset adversum: coëgit autem & invitum ad hoc me traxit ipsa veritas, qua nihil antiquius; non Galeni authoritas, Amicus namque Plato, amicus Socra. plerumq; amici rogantes, quibus nec quicquã negare possũ, quod poposcerant, nec aliud vel scribere vel proferre, quam quod sentirem. Feci autem quantum potui, cum modestia: sæpè etiam nomini parcens, vel honesta cum præfatione ejus mentionẽ faciens; placuit mihi in hac nostra (ut ego quidem exopto) honesta lite potissimum te arbitrum eligere, ut cuius probitatem religionem ac doctrinam diu exploratam habeam, si quid tamen ostenderis, quod aculeum quemdam habere videatur, per gratissimum mihi feceris, si illud è medio tolles, penitusque confoderis. Vale & Jasolinum tui studiosissimum authoritate tua, quæ maxima est, fove.

5. de us. part. c. 10. & aph. 24.

F I N I S.



IN JULII JASOLINI

Quæstionem Anatomicam de Aqua in Pericardio, volentis eam conflari partim ex sero quatuor vasorum cordis partim ex potulentis per asperam arteriam lentè delapsis, Marci Aurelij Severini Tharsiensis ἐπιδοχὴ prima, §. I.



NE mihi quidem invisa fuerit Adrastæa, nec succensuerint Præceptoris Jasolini manes, nec taxârit me censor ex obliquo quispiam, quod aliâ, quàm is, incesserim viâ super eâ disceptatione, quâ quæritur, an potulenta omnia solemni naturæ decreto delabantur in pulmonem; an ad stomachum facessant. Nullam, inquam, à Magistro discrepans mihi, vel illi faciam injuriam, quin verò nec Hippocrati, nec Platoni, primis huius opinionis assertoribus, quando pro veritate comperienda, aut comprobanda nulla major, quàm Philosophandi libertas. Iasolinum verò quod attinet, est huius mihi dignitas à meæ non longè loco, quin meæ mihi animadversio concepta atque instituta est eo consilio, & cautione potissimum, ut quam ego in antiquum Doctorem quandoque reverenter ac modestè non attigissem, liberior alius censor inclementius aliquando fortassis apparuisset: deinde Viri cuiuspiam exerceri pacatæ commentationes, emolumento potiùs decoris, quàm detrimento judicio capiendas. Malis enim agri tui cultũ & exarationem, an neglectum atque contemptum? at existimationis est plerumque bonæ lucrique provideri, quæ scripserit antè quispiam potiùs, quàm ignosci. Sic quod ad me spectat, quod adversus mea quis bonus amicè & placidè pro veritate construxerit censurã, feram καὶ ἐπιεικῶς æquius prætacito scriptionis neglectu atque despectu, præsertim quando

Insinuatio §. I.

Hippoc. & Plat. sententiæ.

> Non eadem sentire bonos de rebus honestis
> Incolumi licuit semper amicitiâ.

Verum quid multis? ostendam non gravem habendam à quoquam adversus

Ex fide bona ex æquo & bono statuere.

versus se ipsum philosophandi libertatem. Enimvero vel arbiter Julius & ipse pro me vadatur, qui sub insinuatione prima ad quæstionem de poris cholidochis adversus Gabrielem Fallopium, & huius observatores: Inter Medicos, ait, sæpe variæ sententiæ, & contentiones oriuntur, quæ si ad indagandam veritatem habentur, & ut posteris prosint, debent ipsis contendentibus, nedùm amicis placere; ita enim veritas ipsa clariùs elucescit. Verùm quod eram facturus, id jam præstabo.

Aggress. ad confutationem, §. II.

Eminentia virtutis, atque auctoritatis Majestas impulsu quodam incredibile, velut fluctus in alto ratem, transversos homines agit. Suppositum Homeri Hippocratisque nomine reveritus Plato prior, posterior verò Plutarchus id sensisse creduntur, quos sequutus est Jasolinus primus, at non Erasistratus, qui medicorum, ut Macrobius ait, veterum nobilissimus invectus est in Platonem, dicens, illum retulisse longè diversa, quàm ratio deprehendit. Dicas enim esse fistulas instar canalium, easque ab oris faucibus proficisci deorsum, & per earum alteram induci, delabique in stomachum esculenta omnia, & potulenta, ex eoque ferri in ventriculum, quod Græcè aqpellatur ἡ κατακοιλία, atque illic subigi digeriq; ac deinde aridiora ex his recrementa in alvum convenire, quod Græcè κῶλαϱ dicitur: humidum autem per renes in vesicam trahi, & per alteram de duabus superioribus fistulam, quæ Græcè appellatur τϱαχεῖα ἀϱτηϱία spiritum à summo ore in pulmonem, atque inde rursum in os, & in nares commeare, perque eandem fieri meatum; ac ne potus cibusve aridior, quod oporteret in stomachum ire, procideret ex ore, labereturq; in eam fistulam, per quas spiritus reciprocatur, ex eaque offensione intercluderetur animæ via, impositam esse arte quadam, & ope naturæ, quasi claustrum mutuum utriusque fistulæ, quæ sibi sunt cohærentes; eamque inter edendum bibendumque operire, ac protegere, ne quid ex esca potuvè inciderer in illud, quasi æstuantis animæ iter, aç propterea nihil humoris influere in pulmonem ore ipso arteriæ communito.

Adversus Platonem, Erasistrati firmamenta Macrob. verbis recitantur.

Hæc Erasistratus. Cui succinens seu Plutarchus prior, seu vir hunc imitatus Macrobius, inquit, ut ex imo vera ratio consentit; cum enim cibus non squalidus siccitate, sed humoris temperie mollis ventri inferendus sit, necesse est eadem via ambobus patere, ut cibus potu contemperatus, per stomachum in ventrem condatur, nec aliter natura componeret, nisi quod salutare esset animali. Deinde cum pulmo & solidus & levigatus sit, si quid spissum in ipsum descenderit, quemadmodum penetrare aut transmitti potest ad locum digestionis: cum constet si quando casu aliquid paulò densius in pulmonem violentiâ spiritus trahente deciderit, mox nasci tussim nimis asperam, & alias quassationes, usque ad vexatio-

Erasistrateæ probationis confirmatio secundum Macrobiũ, §. III.

xationem salutis? Si autem naturalis via potum in pulmonem traheret, cum corpulenta bibuntur, vel cum hauritur potus admistus granis, seu ex reliqua densiore, quid iis sumptio pulmo pateretur? Unde à natura provisa est, quæ cum cibus sumitur, operimentum sit arteriæ, ne quid per ipsam in pulmonem spiritu passim trahente labatur, sicut cum sermo emittendus est, inclinatur ad aperiendam stomachi viam, ut voci patere permittat. Est & hoc de experientia notum, quod qui sensim trahunt potum, ventres habent humidiores, humore qui paulatim sumptus est, diutius permanente, si quis verò avidius hauserit, humor eodem impetu quo trahitur præterit in vesicam, & sicciori cibo provenit tarda digestio. Hæc autem differentia non nasceretur, si à principio cibi & potus divisi essent meatus. Quod autem Alcæus poeta, quin & Cratosthenes in epigrammate, Eupolis in Colacibus, & Euripides alicubi, Scaliger in primo de animantibus ait, & vulgò canitur, ideò dictum est, quia pulmo revera gaudet humore.

Potus quomodo tardioris & celerioris digestionis cibi causa sit.

Ita quidem uterque neganti problematis parti faverunt; contrà quos, tum apud eundem Macrobium Eustachius pugnarit, Platonem tutatus. Reliquum est, ut hujus rationes diluamus, quin explodamus, & illudamus, si quidem naturalis ostendendi problematis conatus cum omnis in anatome nitatur, anatome quidem in Platonica demonstratione tanta est, quanta nuspiam apparet: itaque futilis, & deridicula non Vesalio solum atque Fallopio, sed & medioeri cuique fabricæ contemplatori videbuntur. Sed singulas nos argutationis partes dispiciamus. Primum enim epiglottida communis fecit usus stomachi & gargareontis viis, quasi sit inventum naturæ ad tegendos detegendosque certa alternatione vias cibatus & potus, dum ille stomacho transmittitur, hic verò pulmoni suscipitur.

Nostra contra Platonem disputatio, §.4. Responsa & occursationes ad argumentationes Platonis.

Deinde dicit pulmonem tot meatibus destinatum, & interpatentem nimis, non ut spiritus egressiones habeat, cui exhalatio occulta sufficeret, sed ut per eos meatus si quid in pulmonem deciderit, succus ejus mox migret in sedem digestionis. Cæterum ubi dicunt succum pulmoni rejectaneum refundi in sedem digestionis, homines quæso, qua via? Vides per hæc ademptum pulmoni respirationis officium, tantum ut servetur ad rejectandas superfluitates in officinam primam culinæ naturalis. Ita à confirmatione pulmonis rimosa perperam concepta ratio fallens adstruitur recipiendæ cibalis portionis, & abjiciendæ, quo quid inauditius in legitima pulmonis analysi? præterquam quod audi formam argumentationis.

Arteria discissa potus qui non deglutitur, rejectatur nil offenso ven-

triculo, quod signum est non curantis privationem stomachi luentis per vim abnegatam potionem, quasi non possit aliquando stomachus carere potulenta portione, quasi rejectatio potulenti non possit esse cum discissione etiam œsophagi per quam scilicet solam rejectet.

Quibus æger est pulmo, accenduntur in maximam sitim, quod non eveniret, nisi esset pulmo receptaculum potus. Hoc quoque intuere, quod animalia quibus pulmo non est, potum nesciunt. Natura enim nihil superfluum vult, sed membra singula ad aliquod vivendi ministerium fecit, quod cum deest, usus ejus desideratur. Hic respondeo, contrariam opinionem nostram nil contaminant aut labefactant. Enimverò scire licet pulmones iis præcise tributos animantibus, quorum cor impense calet, usque adeò ut pro modo caloris agitentur ipsi. Statuit autem Aristoteles 3. de part. animal. c. 7. calorem animantium definiri, atque adeò, quæ frigidiores sunt animantes pulmonibus sunt cassæ, quo casu non conficitur, ut propterea quod pulmonibus careant, & non potent, indè sint pulmones subjecta sedes ve sitis & potus. Verum rectè conficitur, ut quia minus calidæ sunt illæ, sic & pulmonem non agnoscant nec sitim. Non igitur, quia non potant, deficit pulmo, verum quia cordis æstus non est, non præbitus pulmo est ad ventilandum, & calidum nativum satissimè repurgandum. Deinde nec quoniam exæstuat pulmo, propterea suscitatur sitis, sed suscitatur hæc, quia per calfactam contagio gulam, & os stomachi sic exarescit ad sitim. Porrò stomachi os à natura constitutum est, ut appetat frigidum & humidum necessitate siccioris alimenti madidandi, vel irrigandi, ut fiat elixatus, qui elixatus cum necessarius omninò sit, necessariam item requirit humidioris substantiæ præsentiam. Unde liquidò potest apparere, quod stomacho congruat potulenta portio, quam pulmoni demandavit, nescio plus ex Hippocrate an ex Poetis Plato; quamquàm ex Arist. lib. de part. animal. eò visus est accessisse, ut diceret pulmones præcipuam causam fortassis effectricem sitis. Verum efficit sitim pulmo meâ sententiâ, cum arefactus & percalfactus proximum os ventriculi trahit in consensum, quod os quidem communi omnium medicorum consensione, prima & præcipua sedes est appetitus, ac proinde famis, ac sitis, ut demonstravit latinus Tancredus Camerotanus Præceptor in Physicis meus in opere de fame, ac siti. Illa autem adeò in assensus multorum hominum processit opinio de pulmone, ut sedem hanc aquæ dixerit author Anatom. Vivorum c. 2. medio.

Locus Aristotelis de pulmone expenditur

Hippocrates undè hanc hauserit sententiam.

Postremò Plutarchus adstruit per adversarium dogma, futurum ut vesicæ supervacua corpori sit affabricatio, quippe quod communicatis

in ventre potulentis & esculentis unus esset exitus per intestina. At verò seorsim vesica suas demittunt singula superfluitates: humidum hæc, aridum illa. Quum igitur ad vesicam liquidum attinet, nequit utique proficisci de ventriculo, cujus est expromere sicca: verùm benè respondet pulmonis ideæ, cujus est udas reddere reliquias: igitur &c. Accedit autem, quod nulla ciborum qualitas seu visibilis, seu olfactilis excreta in urina recipitur, aut sentitur, nimirum quod ventre, sicut nos ex adverso volumus, minimè fuerit commista.

Adstruunt mox & aliquid de Vesicæ epigenomenis. Enimverò calculi qui sæpè numero in vesica concrescunt, ingenerarentur oportet & in stomacho; siquidem hic effluvia potuum experiretur. Atqui hoc non fit, igitur non fit aliud, quod humidi totius per ventrem sit via. Quæ quidem omnia argumenta tametsi dedignentur ut ludibria dissolvere professores Anatomici, nihilominus clementior eadem discutere non gravabor. Vana quidem est hypothesis de vano per nos usu vesicæ, quando per intestina suus esset exitus humori, sicut & gallinis, quibus renes non sunt. Animantibus enim perfectionibus sui sunt renes ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, quod est desluere, nominatis, per hos enim duplos fluit urina, quæ per urinarios τοὺς οὐρητῆρας Græcè dictos meatus delabitur in vesicam. Non concedit autem per intestina, nisi solidum excrementum. Liquidum enim ab exordio nutrimenti recepti de ventriculo per hepar, vadit perpetuò cum sanguine venæ maximæ descendentis & deferentia per aquæductus renales, ex quibus & à renibus fit lotii decursus ad extremum suum condum, quæ vesica est. Quemadmodum pluvia, quæ de compluribus aquagiis ad glaream delapsa depluit in suam ultimam cisternam. Itaque quid garriatur de supervacanea vesica, de conductioribus potioribus intestinis? de ventriculo pocula renuente? de admittente analogo pulmone? de nullis respondentibus, aut colore, aut odore qualitatibus ad ventris elaborationes? sanguinis inquam adornationes & immutationes non primæ sunt chylificæ officinæ, sed sanguificæ posterioris.

Quod ad calculos spectat; plurimà vesicæ & ventriculi percoctoris est imparitas. Omitto passivum usum vesicæ, ventris activum, focum & calorem ineffabilem hujus, frigus impensum illius, simplicitatem hujus extremam, miscellam illius, nec situm utriusque discutio. Devenio *Materia*
tantùm ad materiam calculorum, qui tartarum est multiplex quotuplex *calculorum*
edisseruit Aureolus Theophrastus in eo libro. Porrò terrestris hæc quæcunque portio perpetuò residua est, non uspiam meteora, vel alipeta: quas ob res quid opus est attestari generationem calculorum in ve-

sica

Jasolini circa hæc lapsus notatur.

sica solennem? in ventre vero superiori nunquam apparati consuetam? quamquam & in meteori generatione fallitur apertè noster adversarius, quando vel decem numero sunt historiæ per Ioannem Schenkium ex totidem egregiis autoribus collectæ, ac testatæ lapides in ventriculo genitos ovi gallinacei magnitudine intolerabilibus, assiduisque tormentis discruciantes. Ad quam omnem nostram ostensionem, siquidem illud obtendat, quod persæpè visum est, ingurgitatam potionem citissimè reddidisse; quo temporis compendio stultum esset circuitum illum longinquitatis tantæ causari, verum par esse ut pulmonis viam sequamur. Ad hæc ego obstiterim ad hunc modum: à ventriculi latere sinistro ad lienem distentum esse vas breve, de summo propè lienem ramo surculum, qui in bisulos aquæ lienes humorem in ventriculo collectum facili negotio potest amandare, undè per arteriam cocliarum ad renalem sinistram, & indè ad ureterem, & hinc ad vesicam lotia permeant expeditè. Sic deducendi compendium fit natura depulsus istos curante, ac liene per æstum attrahente per iter alioqui quanto brevius, tantò etiam amplius, & accommodatius. Ita redimitur in prolixiore circuitu longinquitatis, cito vero levatur ab ejusmodi sarcina venter. Quum autem transitus hic præproperus aquarum scatentium medicatarum vulgo referri consuevit ad tenuitatem levitatemque potabilis aquæ largissimis haustibus voratri: ego nihilominus haud dubito necessitatem cogentem fieri multa, quæ persuaderi mentibus ineruditis facilè non possunt. His sic abolitis Platoni suffragantibus rationibus, cæteras quæ per nos adversantur adducere non dubitabimus.

Laurentius l. 4. inst. Anatom. c. 4. p. 123.

Confutatio nostra §. V. I. à materia.

Si per arteriam tracheiam descenderet potus tralata brevi in pulmones materiâ, pulmo gravaretur. Hic autem ad levitatem solum utilis in levitatem adjuvari, & conferri, non autem deprimi debet; quare nullus naturæ finis, nullumque consilium fuisse potuit, ut hos aquæ delapsus permitteret, benè quidem in stomachum dirigi voluit, qui benè capax ad potulenta etiam alimenta recipit aridiora, ad quæ alioquin elixanda & elixata deducenda requiritur τὸ ὄσχημα τροφῆς. Quam videntes adversarii difficultatem sese tutati sunt ex distinctione, quod aliqua è tracheæ foribus portio translabatur ad mediocriter mollienda, inque succum alimenta convertenda. Verum exilia hæc instillatio sic parum patet, ut multò major in absolutione requiratur, quemadmodum olla sit aquæ plena necesse est, ut lentes incoquantur.

II. A fine.

Si vero finis hic asseratur, pro libito voluntatis, aut vi necessitatis intermittendus in vita facile, jam non finis legitimus & probatus, verum fortuitus casualis foret.

Medica-

Medicamenta fluida parata ad lentoris intestinorum, ad Scirrhodes affectiones, ad exigendas hydropas tum quidem jecinoris tum pulmonis & cæterorum; ad diffringendos calculos acerrima, atq; adeo plerumque mineralia auctiora, & empyretica & exæretica etiam; ad efficacitatem in summo vitii renixu, materiæ refragatu, & loci longinquitate necessaria planè sunt hæc in pulmonem & ad cordis vestibulum delapsa, quantum quæso te, si veritatem amas, officerent vitalibus hisce visceribus? & quam hoc facile citoque perderent virose succi, & ἀρραχνώδης venenosa qualitate suffusa medelæ? Certè vel hæc adm[illegible]ta labiis continenter occiderent. Huc autem quid non produxerim a quæ scripsit Hippocrates l. 4. de morb. t. 53. p. 394. col. 2. M. Si vero aliquid ex his medicamentis in pulmonem perveniret, videtur mihi magnum aliquod malum inducturum esse: pituita enim de capite descendens eum valdè brevi tempore exulcerat. Tenera enim & rara res est pulmo, & si exulceratus fuerit, non benè habebit homo ille, ob dictas à me causas. At vero venter à medicamento non exulceratur.

III. A formis medelarū.

Huc autem audi producta per Riolanum in advers. ad Anatomen Bartholini pag. 425. quo sunt; Si verum est potus aliquam portiunculam deerrare in pulmones, & prolabi posse guttam aliquam ad pericardium probabile sit, ab experimento facto à Jasolino, qui in dissecto cadavere cum invenisset pericardium adeo humore distentum, ut eo presso aliquid per os effluxerit: Quæro, an tutum in suspicione, vel certa conjectura pericardii multo sero distento, & præfocantis tentare blandum emeticum, nam violentum cor suffocaret, ut thorax agitatus cum pulmonibus, per eos vel resorbeatur serum, vel excuciatur in pulmones, ut per eas vias, quas subiit, remigret. Scio Hippocratem in asthmate, & aliis affectionibus pulmonum vomitum consuluisse. Hæc abigens Riolanus, eo inclinasse videtur, ut affirmaret potius quam negaret, quod si est, à recto longè aberravit; quandoquidem guttula medicamenti vomitorii, non vehementis neque violenti, quale cavit ipse, tantæ mehercule facultatis non esset, ut aquam ambitu cordis profundo vallatam attrahere, ad se rapere, atque attollere valeret. Medicum quippe viribus & magnitudine destillatum emeticon aqua confusum qui non torpesceret? præterquam quod catarctica non educunt nisi nobis adversaria. Deque pulmonibus fœdam & putrem eructare colluviem aliud est, quam amplexam & amplexabilem humorem invicto de viscere præripere: Ut & ad illud Hippoc. responsum sit.

IV. A vomicæ delapsu in asperam arteriam.

Quid autem si vomica in palato vel oris parte quacunque saniosa putrisque refundat sese in eam cavitatem? Nonne effluxu perpetuo

corrumperet pulmones, & vitam pessumdaret naturæ? verum id revera non comperimus. In statu vero sanitatis & saliva quoque proflueret, qua incommodare posset suo nitro: non & incommodare refluxus evomitorum è stomacho præsertim æruginosæ bilis, & similium humorum? quod utique non est visum. Ad summam itus reditusque malignarum superfluitatum, quæ affluunt in dies ore.

V. A crebro tussiendi & vellicandi motu.

Præterquam quod excitarent continuo tussim exasperata trachæa, & vellicatis teneritatibus pulmonum. Acetum quoque & aridæ, quæ ἀνταρτηριακα sunt & pulmonibus infensa, quantum hos infestarent? quam vehementem promptamque tussim excitarent? Quin & arteriacæ, si foret his solemnis ductus ad pulmones, huc facilè delaberentur, & frugiferæ in promptu perciperentur, ita ut continuò conquiescere deberet tussis. At vero non tanta hæc utilitas persentitur; verum neque etiam usu longo consedit aut levatur asperitas arteriæ propter naturam. Jam vero cum instant contendentes, fieri delapsum illum ex tempore; rursus ego renitor affirmans per qualitatem non per corpus ipsum descendere vim lenitricem. Quod si facilem eductum adstruas materiæ purulentæ, ut per hunc pariter confirmare velis alterum accessum substantiæ pulentæ; dicam interesse disparitatem non obscuram, quando per impulsum infernè corporis adscendentis cedit non ingratiis epiglottis; ad descensum vero magis coaptatur, quàm adaptari membranulam par est:

VI. Ab acidorū assumptis.

Ad instantiam.

VII. A naturæ irrito labore.

Quam vano rogo te consilio quam irrita opera natura contexisset operculo laryngem?

VIII. A providētia naturæ. Historia epiglottidis exesæ.

Adde, quod si natura providit, ut frigidus aer non infestaret pulmones prohibente epiglottide; quid huius usu nullum fecisset ad aquæ subitum incursum. Aristoteles porro sublata epiglottide, & aere continuò sublapso certus fuit fiere phthisin; facit autem huc historia, & observatio in Turonensi viro, cui per Syphilidem exesa epiglottide dum descenderet cibus aut potus vitæ descriminosos, per plures annos fuit. Cum autem liquida perpetuò fuerint ipsa voranda, execto post obitum cadavere modica & solemnis inventa in pericardio fuit aqua pulmonibus admodum flaccidis laxisque defœdato insuper colore, quam certa fide rem Georgius Beaird. Scotus medicus & Philosophus accuratus referebat.

Georg. Beaird. Scotus.

IX. Ab officio pulmonis præparandi aerem frigidiorem.

Præparatur aer à pulmone frigidus, ut ne fit ametricos visceribus vitalibus, aqua vero quo cruda pacto nec quaquam modificata sine detrimento viscerum ad ipsa descendat? Adde verò quod gravius & importunius est aquæ crassioris & obnitentioris, quam aeris mutabilioris, & lenioris offensamentum: aqua enim cruda si cibis commixta laxare, de-

primere,

primere, labefactare consuevit tritunicum stomachum; quid non & levissimos pulmunculos? Momentum: adde, quod & aquam cognatam piscibus pulmonum expertibus repellendam studuit natura bronchiis huic usui confictis Aristotele autore lib. de respir: quantum igitur majore studio, & cautione repellenda sit ab animantibus, quibus cognata non est eadem? Quis finis, aut providentis naturæ, consilium dicas omnino necessarium, ut potatæ aquæ transcursus ad pulmones foret? Aquilis enim, quæ calidiores natura sunt, quid aquæ refrigeria vesana denegasset?

X. A bronchiis piscium.

XI. A naturæ consilio & exemplo manifesto.

Denique nulla via patet ex bronchiis ad pericardium, & ubi quæpiam esset, recurrendum foret ad venam arteriosam, & inde ad arteriã venosam, & hinc demum ad corpis levum specu: quam quidem ab arteria trachæia vel à pulmone ad pericardij receptacula viam debet unusquisque qui receptorem potus pulmonem facit ocultè monstrare, præsertim ea necessitate, quod nullus à pulmonibus ad cor ductus ostendit experimentis, quæ comprobanda nobis reliquit ostensis jam locis pluribus uno Galeno.

XII. A negata via.

Sed & Aristoteles l.3. de part. animal. c. 3. sic ineptiam confutavit: Ante gulam arteria posita est. Quamquam impedimento sit, cum cibus ingeritur; nam si quid vel cibi vel potus in arteriam delabitur, strangulationes, tormina, & tusses gravissimè incitantur; quamobrem non audiendi sunt, qui in hac potum meare dicunt.

Hæ paucæ nostræ sunt de pluribus rationes adversatrices Platoni. Cæterum ubi M. Hippocratem obtrudunt, qui primæ opinionis eiusdẽ creditus est autor; his ergo pronunciatis sic occurro; Novum, hanc unã non esse in Hippocratis promulgatione tricam. Vetustissimum, omnium hic autor nec esse fuit, ut præterquã irrespicias cacographias experiri & adulterinas adscriptiones, de qua prolixior est sermo tum Galeni prioris in has interpretationes, tum Hier. Mercurial. censurâ Hippocratæa, quos viros ego nunc sequutus, ajo non hæsitabundus, librum de corde non genuinum, tum propter complures alogias (harum una, quod pulmo frigidus aëris refrigeretur inspiratione) tùm quòd l.4. de morbis n. 31. Cæterùm, inquit, hominibus quibus potus in pulmonem ferri videtur, adversabor, habetque se res hoc modo; procedit potus in ventrem, à ventre autem in reliquum corpus expenditur.

Liber Hippocratis de corde non genuinus censetur.

Est igitur suspectus hic de corde liber, tùm hoc tergiversatorum optimorum nomine, tùm & propter dictas aligias, An verò si Hippocratis sententia nobis intelligenda secundum Antonium Sanctacrucium in l. Hippocraticæ Philosophiæ p. 107. quod per rimulam aqua tanquam

per parietem, quemadmodum linctus medentium præcepto faucibus diu detinetur, ut lentè cadant ad leniendum in arteriam, & sint arteriaca. Quod si tinctum ex aquæ coleratæ potu suis in sevum guttur Hippocratis experimentum attexas dixerim & eandem tincturam longo potus instillatu pariter factam.

Oportet autem his quæ dicturus sum mentẽ adhibere sermonis argumenta, quod potus non procedit in pulmonem: sed dicant. Accidunt n. apertè quæ modo dixi omnibus quoties aliquid cibi delapsũ est: profectò opinionem eorum qui potum hac admitti existimant irridendã esse plura ostendunt; meatus enim nullus de pulmone ad ventrẽ pertinet, sicut ex ore gulano tendere cernimus, quin etiã per vomitũ & nauseã, unde nã humor remeet, incertũ nõ est. Adhæc humorẽ non cõtinuò colligi in vesicã, sed priùs in ventrẽ certũ est; excrementa alvi tingi videntur, fæce vini atri, vulnere etiam ventris sæpe hoc idem patefactum est; sed etiam stultas opiniones admodum scrutari stultum fortasse est, Aristotele sic monente, lib. de part. 3. Gal. 1, artic. 9. & Arnob. contr. gent. 1. Arteria verò, quod exterior, ut diximus, posita, à cibo infestatur modò natura ad hoc molita est minorẽ linguã viviparã obtinet, sed ea tantum, quibus pulmo ac cutis pili intecta non cortex non penna operimento excorticatis pennatisque guttur vice lingulæ operientis ipsum contrahitur, & diducitur, quemadmodum illis operitur aliundè & aperitur, videlicet cibo ingerendo, ne quid illabatur, quod si quid erroris in eo motu committitur vel deerrante cibo in alienum tramitem, vel respiratione præveniente tusses strangulationesque excitantur, ut dictum est, tam verò solerti ingenio motus & lingulæ linguæ habitus à natura est, ut omnib9 neq; in ore cum molitur cadat sub dentes, neque cum per fauces meat in arteriam labatur. Hæc Aristoteles. Qua prior Hippoc. & sua proposuit text. 33. l. 4. de morbis pag. 394. argumenta, quæ convenient aliqua parte cum prænarratis aut dissentiant, tædio non sit huc ea produci, quæ sunt. Cæterùm hominibus quibus potus in pulmonem ferri videtur adversabor, habetque res sese hocce modo: procedit potus in ventrem, à ventre autem in corpus expanditur. Oportet autem his quæ dicturus sum mentem adhibere. Sermonis argumenta, quod potus non procedit in pulmonem, sed in ventrem, hæc sunt: Si enim potus non procederet in pulmonem, quàm pulmo expletus esset, homo non facilè respiraret, neque loqui valeret, non esset, pulmone pleno existente, quod resonaret. Et hoc quidem unum argumentum est. Deinde si potus in pulmonem procederet, cibi nobis existentes non similiter concoquerentur. Atq; hæc duo argumenta existunt. Hactenus refragati principes viri; ex junioribus

Aristotelis verba expenduntur.

Hippocrat. argumenta considerantur.

bus verò fuit & Felix Platerus summo vir ingenio, qui centuriâ posthumâ primâ de perperam excogitatis agens ait, quæ sensuum neglectio fecit, ut & in aliis viri gravissimi non leves errores commiserint, ut qui potiones in pulmones deferri crediderint. De pericardii usu Gal. 6. de usu part. 16. dicitur & alveus cordis & domicilium Hofm. 3. Theor. 19.

§. VI. *An extet animantibus viventibus sanguineis aqua pericardia, & an aqua sub tunica pericardiâ ex instituto sit naturæ.*

EXpedit nobis hanc disquisitionem præmitti semel, propterea, quod plerique pericardio viventium aquam, nec serosum humorem congeri genitum ubilibet inficiati sunt, è quorum numero Matthæus Curtius, ac Thomas à Veiga leguntur, in mortuis tamen nen diffessi nunc quidem largiorem, nunc parciorem. Iulius quidem Jasolinus noster hac quæstione professus est oblatum aliquando sibi pericardium humore distentum, ut manu compressum ore se facile reddiderit: fœminis verò perpetuoq; viris uberiorem prodidit Vesalius, senibus quàm juvenibus pleniorem Riolanus, qui canum & ovium pericardio fassus est nonnullam aquam repetisse; fassus & in Animadv. in Laurent. pag. 240. modicam homini sano, cui non potest cor innatare, sicut fœtus in aquis uteri, nec propter illam aquam cor lævius esse. Sic & mihi ζωοτομας crebras factitanti, nec non laniis queisq; sciscitatus sum, non multa vivis in quadrupedibus comperta est aqua. Quibus experimentis & Hippocratis testimonio, qui lib. de corde liquidò pericardij concremento concessit, cum Fallopio, Columbo, Piccolhomino, Laurentio, Bauhino, Jossio, & Hofmanno, non possum ab ejusdem hyparxi deflectere.

§. VII. *An aqua sub tunica pericardia ex instituto sit naturæ?*

§. VII. De causa finali.

QVo consilio, quove usu sub utriculo pericardio sit aqua, non inter omnes Professores planè conveniunt, quin varia diffitaque scribentium congesfere clarissimi Bartholini, Anat. l. 2. p. 196. quæ sunt.

Varia de aqua pericardia sententiæ recensentur.

I.

Prima opinio est eorum, qui ex vasis cordis immitti volunt, siquidem palpitationē ex copioso humore phlebotomia curat: voluitque ob fervorem cordis exprimi humorem aqueum, ut in ligno urente. (Huic affinis est N. Nassæ opinio, quæ ex calamento sanguinis venientis ab hepate ad auriculam cordis esse statuit.)

II. II. Alii (inter quos & videtur esse Hippocrates) volunt ex potu esse, cuius pars aliqua roris modo penetret ex aspera arteria in venosam.

III. III. A materia aquosa seminali in prima generatione; sicut à flatuosa aer in auribus esse putatur.

IV. IV. Huic affinis est Jasolini opinio, qui vult esse portionem perfectissimam, selectam, omnibus numeris absolutam, humoris serosi ab ipsa natura transmissam, primigenio forsan ortu.

V. V. Ab excrementis aquosis tertiæ coctionis.

VI. VI. Ex saliva delabante ex glandulis linguæ in trachæam, unde verò in arterias & cor.

VII. VII. Ex cordis adipe, agitatione in aquam converso.

VIII. VIII. Ex aëris inspirati crassiore portione in aquam versa.

IX. IX. Et ultima, quæ nobis verisimilis est: ex vaporibus & exhalationibus humidis, ab humoris cordis forâs à motu & calore protrusis, & ad pericardii densitatem pulsis.

Vsus aquæ pericardiæ ex Bartholinis recitatæ.

Vsus I. est: Cor humectare & refrigerare, motumque faciliorem reddere. (Unde quibus absumptus est, cor torretur: quod Casimiro Marchioni Brandeburgico evenit. Hic Hofmannus contrarius stimulum caloris esse contendit; sicut fasciculus stramineus, quo diuturnior sitâ fabris aqua mergi solet: & ligna quo felicius ardeant humore tinguntur.) II. Ad adipis concretionem facere. III. Ut cor innatando minus grave fiat; & in nullam partem impingat. Hæc ille. Nostrorum verò academicorum aliqui crediderunt, eam evenire materiæ necessitate: at neque hercules injuriâ; verum analogiâ freti combustibilium judicium hoc invenerunt ad eum modum: enimvero subditis igni viridibus lignis, ubi materiam crudiorem aggressus fuerit calor, partim crassioris fumi glomos elici discreveris, partim aqueũ humorem effundi. Mechanico quidem igni respondet item animalis & noster, qui delatum in cordis lares humoré percoquens, aliàs quidem aqueã portionem, alias fumidam & pinguem educit: aquea verò quò satius loco colligatur, quàm circumsito cordis amiculo? Sic igitur ambienti cordis utriculo servata est pallens hæc aqua; cæterum vero vaporabilis altera pars ἀναθυμίασιν accedens in adipem conflatur abopifice, quem dicam mox in epidoche futura de adipe.

Aliæ recensentur opiniones.

De usu aquæ pericardiæ ex nostra sententia.

Nunc de usu humoris pericardii dicamus: Hofmannus quidem 3. Theor. 19. ferè sic ait: Consensus est omnium, ut cor à liquore illo perpetuum habeat refrigerium, ne contabescat. Hanc rationem ego nunquam intelligere potui. Cum enim calor hic cordi sit secundum naturam, quomodo naturam ejus destruere potest. An verò adversus causas non naturales & ἐπίσακτον θερμότητα: sed non suadetur id mihi.

Sunt

Sunt, qui datam hanc aquam velint, ut facilior sit motus: sed hos videbit facilè Galenus l. 15. usus part. cap. 5. Cæterum, ita censeo, aquam hanc esse stimulum caloris: ut enim fabri ferrarii non follibus tantum, sed aspera aqua, ut aucto per antiperistasin calore felicior sit fuliginum depositio: ita hic quoque eundem usum agnosce in belluis. Cum enim homo sit temperatior, non indiguit etiam tot subsidiis, quot illæ, &c. quæ Hofm. longo discursu: A quo viro non discrepavit. Hermannus verò Conringius auctor tempestatis nostræ nobilissimus lib. de igne animali, cap. 12. existimavit calido cordis nativo cohibendo atque adaugendo comparatam. An, addo equidem, quod actuoso frigorè obsistit; quemadmodum aquam circa vitrum destillatorium imposita proventum spiritus vitæ facit. Alii nostrorum amicorum & collegarum fulcti triplicitate sunt seri gravissimis rationibus, dicentes, I. genus distributum per venæ cavæ ramos emulgentes. II. per venas cordis coronarias. III. per subclavias. Digestum, inque per venæ coronariæ ramos, qui, ut portionem sanguinis pinguem expresserint in adipea illa corona, ita circum cor impinguendam sed serosam. Ἀντιςρέφοντες enim sunt utraque species, atque ex uno genere deductæ; quemadmodum serum & butyri flos ex uno eodemque sunt lactis concremento. Cæterum seu collecto, seu transmisso, sive ichore natura procuratrix abusa est, inquiunt hi quidem æstus cordis contemperandi studio, hi verò pericardii involucri ad commodum cordis reciprocatum ostendendi gratia. An igitur ex partitione jam dicta coctionis, an seri triplicis est hæc secretio, id est, ut una est inferioris cavæ sobolis & naturalis lotii demissio, ita superioris & vitalis est hæc gradatio? Hæc utraque suasio prima sit cuivis ejus rei credendæ.

§. VIII. Curiosius, adhuc de materia scatebris & viis aquæ huc perductæ pericardiæ.

HActenus exacta est pars una quæstionis: altera nunc superest indagatio, quæ sit ea materia, unde suppetat latex, & per quas eo vias insinuetur aqua. Thomas quidem Campanella præceptor meus lib. medicin. c. 4. artic. 1. pag. 11. Pericardii roris vocati ortus causam retulit in vaporem communem aquæ meteoræ materiam his verbis: Vapor autem ex corde exhalans à pericardio cohibitus in aquam vertitur circa cor retentam ne sua perenni motione cor arescat & cinerescat. Ego igitur resolutoriâ progressus viâ non dubitabo, novam nostram opinionem adstruere: mens est venari, unde & qualis sit hæc aqua. Constat hujus fontem perpetuum esse lienem, tum Hippocratis verbo lib. 4.

Materia aquæ pericardiæ ex qua examinatur proxima.

de morbis textu 12. tum etiam ratione, quod inter omnia viſcera ſit arte-riarum ſobole refertiſſimus. Atqui arteriæ dilutum ſerum continent, lib. de facultate reſpir. ſub calcem. Gal. 1. ſanit. tuend. idem per ſudores ſe levante com. 7. aph. 21. 2. 67. P. nimirum, quod ſanguis earum paucus, tenuis & vaporoſus eſt 4. uſus part. 140. c. & inde in renes arteriæ ſunt omnium maximæ quæ ab arteria magna deducuntur. 2. natur. fac. c. 4. B. p. 298. & 5. de uſu part. cap. 5. 144. A. Quinimò per ſolas arterias trans-ferri omne omnino ſerum in renes, perque venas nihil affluere monſtra-vit abſolutiſſimus ſcriptor Herm. Conringius lib. de gener. & motu ſang. c. 25. & Gal. arteriam magnam per veſicam expurgari prodidit 11. Meth. Med. c. 19. Cauſa ejus naturæ conſilii per nos in Phoca illuſtrato diſſerta fuit & accommodata ſpirituum fugacium cohibitioni liberæque vaga-tioni; nulla enim materia commodior aqueo liquore, neque congruen-tius hoc alterum diverſorium. Adde, quod neceſſitas impulit ſocieta-tis cum coaptabili maximo contento, quod eſt aerea ſpirituum portio, cum qua concidit facilè humoris aquei permeatio. Ad ſummam & ma-teria & forma & uſus finisque ſeroſæ ichorodisque ſubſtantiæ ſuadent o-mnes tenuem hanc ſubſtantiam non diſcrepare ſolum concordare cum arteriis. Accedit experimentum, quo comprobavimus in accepto per nos ex crebris arteriotomiis cruorem duplum fermè compertam ichoris portionem, quâ fit fortaſſis ut crediderit auctor lib. de utilitate reſpir. ſanguinem arterialem non concreſcere velut venalem, quanquam & nos eum concreſcere non ſemel obſervavimus.

Ab humorũ ſimilitudine comprobatio.

Ab experientia comprobatio.

Jam igitur, quemadmodum ichorem conſervant alveolis ſuis arte-riæ, perpende nunc & quotum continere debeat arteriæ numeroſiſſimæ per lienis parenchyma redundantem ſuum humorem refundant. Ita-que & nativum & adſcititium ichorem agnoſcentes arteriæ ſple-nicæ, quo refundant aptius (reputavi diu multumque mecum) quã ad cognati cordis piſcinulam accedit, quod & conſentaneum arterialem humor allectabit hæc contra, nempe cavitas omnis inquit lib. de medico magnus Hippocrates, natura rapere debet. Dum igitur hæc rapit, illa verò ſcatet & diffluit, iis laticibus intercipientur hi prolaxatam calore tuniculam.

At neque deſiderantur viæ, quin ipſæ ſi quæ aliæ ſemel exhibebunt paratas & confluas ad humoris tenuiſſimi traductum: quippe refluxus à nullo impeditus, ſed expeditus manet per eandem cæliacam arteriam ad ſuperiores, ad coronarias inde revomere præcipitareque valebit expe-ctatiſſimum ichorem, quæ mihi non difficilis apparet ratio ut lienis arte-riis collectus in utriculum pericardium humor deducatur ac transfunda-

cur

tur atque ad usus à Conditore provisos custodiantur. Rursus autem an velis exploratiore via cum cæliaca contingit phrenicarum oram ad has committi portionem ichoris, quæ brevi deinde tractu in pericardio eam deponant, ita præmonstrante Andr. Laurent. Hist. p. 146. Hæc hercle via non satisfacere quæsito non potest; & eò amplius, quod lien septum attingit, ac sicuti per venas cum mediastino communicat, ut Bartholomæus Eustathius ostendit, immò verò M. Hippocrates lib. de ossibus n. 21. ita & per arterias eidem. Itaque longè multiplex esse potest viarum delectus cognitus nobis & multò potius naturæ.

Quod si refrageris per id, quod sunt hæc vasa sanguinis, non serosæ materiæ, quam utramque portionem quis liene retineat, quis inde demandet incomprehensibile propè ratione? Hanc sententiam si quispiam effutiat inepta ingenii tapinosi forte fortuna; dicam ex adverso fieri sic ignavam inertemque naturam, quæ Zænona, Cicerone teste l. 2. de natura Deorum, ignis est artificiosus ad gignendum comprobandumque via: neque norint id, quod Juvenalis in satyra XIV. testatus est; nunquam aliud natura, aliud sapientia dicet; & Livius decade X. lib. 7. rerum natura potentissima est, & Seneca secundo de Benef. naturam, ait, cum dicis, non intelligis mutare te nomen Deo. Quid enim est aliud natura, quam Deus & divina ratio toti mundo partibusque eius inserta: sic natura sine Deo non est, neque Deus sine natura, & divinus homo Campanella præceptor meus; Natura quod potest vult, quodque vult æquè potest: nempè scit, quod vult, scitque quod potest, quodque scit & potest, interea vult: quippe nil invidet. Quare optima, scientissima, potentissima facultatum omnium est ipsa: quapropter si potentem optimo quandoque jure vocavit idem absolutissimus vir, naturæ igitur opera sint oportet opulenta Galeni verbo CXV. usus part. pag. 212. A nec quomodo agat, ingenio humano inveniri potest; apud eundem ibidem; queamus nos quid unquam de eiusdem ratione comminisci. Tantum affirmabimus cum eodem magno Galeno lib. 6. de loc aff. 4. 41. G. naturæ officium esse, tum excernere, tum continere tempestivè; & quod natura semper sanguinem expurgat, ejusdem Galeni fragmentis II. G. Quum igitur ichor nutrire nequeat lib. de Vict. rat. comm. 2. & quia seri genera sunt excrementa, & ab ipsis liberari debet ut malis corpus 2. flat. facult. c. 30. hanc alii facultatem cuidam usui destinatam bellè secernit, ac dextere sub cordis amiculum reponit. Id quod ad unguem factum in aquæ pericardii tegumento. Sic vides luculentam non difficilem, verum operi maximè congruentem ichoris hanc è sanguine percolationem. Annè igitur placet de hoc ichoris decursu ratio? an vero de

Ad instantiã occursatio.

De Natura, veterum sententia. Juvenalis.

Cãpanell.

medio inter ſublimem & infimum coronario defluxu? an tertio malis
utrumque rheuma conjugatum iri, veluti duo fluvioli, qui in unum con-
flandum amnem coeant & conjungantur? Nam non difficilis iſta cura
naturæ, ut ex duplici rivo corrivarit ſufficientem humorem, præſertim

Duo proponuntur theoremata.

autem in eius ichoris ubertate, & exuberantia non difficulter approbari
licebit aqueum ex liene transmiſſum. Ex quibus omnibus apparent theo-
remata duo, quorum alterum eſt, non audiendos eos, qui ſuſpicantur li-

1. Aqua pericardia non fit ex reſuſcitatione & partium interitu.

quamentum hoc cordi cognatum & neceſſarium à naturâ præbitum ad-
jumentum, verum ex reſolutione partiumque interitu fieri, quemadmo-
dum lac concretum à coagulo, poſtquam deferbuit lente ſereſcit. Quippe
nos jugulatorum actudum pecudum perfoſſa pericardia vidimus accu-
ratè non aqua quidem integrè turgida, verum fundo æquatum humo-
rem reddere.

2. Ichor pericardinus non eſt excrementũ.

Alterum eſt, haud excrementum nuncupandum talem ichorem,
verum ἀσιώδην eſſentialem humorem, qualis eſt quippe commeans cum
ſanguine ſuus ichor, aut ichorodis ichor emulgenti dextræ, qui ſic pro-
batus eſt natura, ut generationem nedum non impediat animantis, ſed
juvet, ut ex hoc eodem opificis propoſito præjudicatur. Quid autem ex-
crementitium opinari liquorem, quem præſens cordis ſpiritus incubat,
& aſpiratu ſuo dignatur. Anne verò vilis aut ignobilis exiſtimandus eſt

Monſtratur nubilitas aquæ pericardiæ. Uſus plane reconditus ab autore deprehenſus.

ille, qui aſſidet intimè conſeritque conſilia cum Rege? Nedum autem
non excrementorum portio hæc eſt aqua, verùm, uſum prænobilem
agnoſcit, qui à nemine ſcriptorum hucusque deprehenſus eſt, à me re-
velatus in ἐπιληνοθεωρία, qui ne deſiderium tuum ſuſpendam eſt ad cohi-
bendum tartareo acore, ſcilicet pontico ſapore, ſeu ſanguinis à bile ſeu
ſpiritus ab arteriis nimiam laxitatem atque præcipitantiam. Adeo con-
ſtringendi atque roboris intendendi perpetua ubique corporis neceſſi-
tas eſt. Verum hæc ibi tu perquirito ac deguſtato. Eo patet loco de-

Peroratio & noſtræ ſententiæ confirmatio.

monſtratio, quæ hic tantum proluſio fuit. Sic teſtimoniis optimorum,
validis firmamentis, & ſenſuum evidentia monſtratum eſt oculis, non
attingi pulmonem. Verum ne Severinus ego videar in venerandos tot
viros admodum ſeverus, quoniam adverſus recreari præcordia potio-
num refrigerio; ponam equidem modum inter diſcordes binos arbitran-
tium ſenſus, aperiamque germanam pragmatias naturæ rationem, quæ
non eſt alia, mea quidem interpretatione præterquam ea, quæ deſcripta
fuit à Galeno lib. 8. de plac. c. 9. pag. 278. per mediam quippe tunicam
linguæ communem fit hæc omnis refrigeratio: veruntamen non actu
ſed poteſtate, quas binas conceptiones, quia non diſcreverunt priores,
eapropter multam pepererunt ambiguitatem ac diſſenſiones.

Epido-

Epidocha II. de Adipe Cordis,

In Iulii Iasolini quæstionem, de Adipe Cordis, M. A. Severini ἐπιδοχή secunda.

SI quispiam ex me percontaretur, quid in natura nedum humanâ, sed & mundanâ sit inter omnia cumprimis admirabile, protinus equidem responderim deliberatè, Cor; haud quidem conformationis opificio, situ, usu, præstantiâ, vigore, dignitate. Sunt hæc quidem reverenda, & suspicienda: verum quod satis unquam admirari ac venerari non possumus, functio perennis est atque ἀυτομάτως motus. Statuam quidem hydrargyri fluore impulsam, & nullo se citatore cientem Dedalæâ calliditate compositam inter mirifica commemoravit antiquitas, quæ tamen fortuita, & minimum ordinata est agitatio: Verum quid dicas, & quam valde gestias ad eam, quæ ab ortus nostri cunabulis noctu diuque solennis, numeris & momentis sic est constabilita, ut animam ipsam æquet, numerum à Platone dictum sese monentem. Quid cœlorum igitur gyros, astrorum cursus, solis lucem intuendo, vel contemplando obstupescamus, si cordis pyramis cuncta præcellit vertigine suiipsius propria parique, & nulli non comparabile, quam æquiparavaram equidem animæ, verum non sine tapinosi, quandoquidem & Deo Optimo Maximo, qui solus à nullo motus dat cuncta moveri,

Omnium naturæ rerum maximè mirandum cor.

Admirabilis ejus perpetuus motus.

A comparatis.

Si magna licet componere parvis,

Vnicè datur, etiam trigonon conferre mororem nostrum intrà præcordia, & in thoracis adito situm.

Hæc vobis data venia fuerit, ut pauca de multis, parva de maximis, minima de corde præluserimus, quasi non debuerimus illotis manibus, id est, non prætactis ejusdem honoribus de ipso præfari. Rectè igitur præceptor noster Iasolinus ubi priorem inquisitionem de aqua pericardii pertractavit, nunc & alterum de cordis adipe coagmentavit. Digna profectò particula in qua & nos æquè collaboremus. Primùm igitur de materia & generatione & concrementi ultimâ formâ pro virili nostra dicamus. Vsibus hisce meis foret hic sanè depingendum & subfigurandum cor; verùm, quia mirabili ne facilè superabili penicillo delineavit illud Hippocrates novum non sumo laborem, verum addo paucula de vena, quæ à basi principis visceris τῇ ςεφάνῃ atque coronâ ςεφανεία & coronaria dicta est, quæ à cava supergressa septum & ad cordis vestibulum evagata faciem externæ basis multis quasi rivulis irrigat, suisque laticibus alit, quos in lævum latus circumfundit uberiores ac pleniores, propterea, quod ea pars altior & præfarctior affluentioris indiget sanguinis.

Etymon coronariæ venæ.

Descriptio ejusdem.

Elegans observatio Anatomica.

Ita quidem omnes plerique Anatomici. Verum id nemo advertit ad inferiora demissam venæ superioris sobolem tantum locorum procedere quantum uterque cordis ventriculus patet: quin & parte interiore quatenus hi sinus penetrentur, semet extendere.

Hypothesis altera de sanguinis arterialis coctione.

Alterum nunc in memoriam est revocandum: In hisce sinubus celebrari perpetuò decoctionem sanginis videlicet in spirituum formam. Quanto autem magis ex eadem coctura elicitur idea tenuior & celebratior, eo identidem crassiores & obscuriores restant metorici reliquiæ atque halitus, quæ fervore debullitionis adscendunt plurima parte deducti per coronarios quos dixi ramos, quæ ipsa vaporum segmenta sublata sursum in ampliores coronariæ ductus aciditate frigidâ humoris substracti pericardii, quam attexuit Riolanus, secedunt denique in adipea concrementa; Ascendunt autem facilè superfluitates ad summam basin decoctione discussæ per illum modum, quem indicavit Alexander Achillinus in Rudimentis Anatomicis, congeritur, ajens, circa cor pinguedo ratione multæ agitationis, ut in forti agitatione lactis extrahitur butyrum. Ab hac planè non abludit Iouberti sententia.

Achillini & Iouberti sententia.

Densitas adipis cordis unde?

Quod autem attinet ad soliditatem ac densitatem adipis ab Anatomicis descriptæ, conflatur illa quia cor durissimum crasso ac terrestri sanguine nutritur Galeno, ex quo sevum, seu pinguedo durissima generatur, ut voluit Fernelius. Cujus etiam sanguinis parte tenuiore consumptâ ab ingenti cordis æstu, quæ remanet portio sanguinis, multò terrestrior ac durior evadit. Ita Riolanus Anthropol.l. 3, c. 12.

Petri Ioannis Fabri sententia.

Petrus verò Ioannes Faber in Palladio Spagyrico c.13.pag.172. nativæ ad cor adipis hanc tradidit causam generationis, quia cor, ait, in animantibus omnibus perfectis, quod vitæ sit principium & unicus fons, ideò præ cæteris corporis animalis partibus copiosiori utitur alimento & meliori, & quod uberiori utatur vitali nectare, ideò etiam adhæret illi copiosus adeps tanquam interioris pinguedinis, qua nutritur excrementum rejectaneum. Adeps autem ibi conservatur tanquam excrementum utile; nam penuria alimenti partes omnes adipe refocillantur, & sugunt iterum illum & coquunt & sibi assimilant. &c.

Laurentii Iouberti sententia.

Longè subtiliorem aliam sententiam viamque tenuit Laurentius Ioubertus, qui Decad.1. parad. 7. sicut generalem & universam adipis in animantibus generationé fieri dixit præcipuâ membranarum obtegentium densitate, quæ permeantem halitus adiposi tenacem [illegible] orem in exitu comprimit atque cogit concoctione densatum, ita ut eam quæ circa cor visitur. Quam adipis gignendi rationem & Aristoteles interpretatur l. 3. de part. animal. cap. 3. conceptis verbis de omento differentis

rentis. quæ ſunt: Propter membranæ denſitatem, quod ſanguinei alimenti transmiſſum, colatumque eſt, id pingue ſit neceſſum eſt. Tenuiſſimum enim hoc eſt, & calore loci iſtius concoctum pro carnoſa & ſanguinea coagmentatione in ſevum atque adipem evadere neceſſe eſt. Hæc Philoſophus. Vniverſæ igitur adipeæ generationis illa eſt ſumma. Materia quidem ſanguinis portio tenuiſſima quippe aërea, levis & oleaginoſa, quæ vaporatur ſublevatore modico calore. Ratio verò mediaque reſolutæ materiæ calentis permeatio atque transfuſio, effectionis verò atque compactionis συναίτιον membranæ denſitas & obſiſtentia ultrà quam ipſa extat transcurſu negato: effector verò præcipuus eſt calor, qui percoquens aſſiduè materiam & abſolvens ſtipat demùm firmato: formæ denique conſummator adipis ipſa compages per omnes promiſcuè membranas firmiuſcula, per baſim verò cordis arduâ caloris ſubactione longè ſolutiſſimâ Verùm de omni re ſatius eſt apud autorem apprehendere.

Adipis cordis præcipua cauſa efficiens calor.

Cui quidem decreto difficilè non eſſet adſtipulari, niſi quod obſiſtentem diffugientemque materiam qualis aërea unicè vaporabilis eſt, voluit calore ſubigi & compingi. Quod ἄτοπον admiror perſpicaciſſimum alioquin hominem non prævidiſſe; fuiſſet autem huic vitio facilè mederi, ſi minus ſinceram aëream verùm terreâ modica commiſtam portionē conſtituiſſet. Cuius terræ tenuioris videlicet occaſione concrementū̃ſ facilè cōpoſuiſſe. Verùm tamen intentus is ſoli permeationis miniſterio per denſam membranæ ſubſtantiam, cætera offendicula non ſpectavit. Jam verò quid vetet admiſtum quidpiam acutioris terræ, pervadere per eandem membranæ compaginem, præſertim quando robur & firmitatem portio ſolidior fugaci cæteroque valeret; quin etiam impulſum atomis terrenis plurimum ſuggeri poteſt; infimum enim ſublimatum, ut ita dicam, acumen magis proferat quàm aqua vel aër, neceſſum eſt. Quòd ſi pyramideus aditus eſt igni, futurus hic herclè validior exactioris paxillo terræ.

Iaſolini negligentia notatur.

Si placeat igitur adhærere Iouberti judicio, ſalves huius offenſionem illo quod expoſuimus coagmento. Cuius viri ſententiæ alioquin non ἄτοπαι illud inſuper pro epidorpide ſubjici licet, quæ efficaciſſimæ eſt naturæ lubentia atque poteſtas, de qua nos alibi ſæpe. Hoc autem eſto ſuffragium, quod ex ſanguine per umbilicam venam ad formandum fœtuſculum advecto, poſtquam & vaſcula meſaræi, & venæ cavæ propagines efformatæ fuerint, parenchyma jecinoris conflatur concretu certè non frigore, quod nec unde eſt, verùm opifice tantummodo caloris & ſpiritus ſubſidiis, qua ipſa ratione & adeps coronarius conſtituatur. At de hoc parergo ſatis.

Iaſolinus quomodo ſalvandus.

Adipis cordis usus cõsideratur.

Nunc quod pertinet ad adipis usum, hic non simplex, aut similaris, sed certè organicus visus est, pertinens, inquam, ad formam, quæ proximè functionem spectat finalem. Minimè autem placet affirmare supremam illam opimam Zonam ordinatam, ut calidi nativi fomento sit. Namque aliàs habet ingenitus calor unde alatur, ac detineatur solidè semper ἀπαντακλῶ, quod vidus Vidius l. 6. Anatomes etiam adnotavit, constante flammæ in fomite ardentis analogia, quam nemo Professor ad hanc diem usus est tergiversari. Porrò perpetuus est, ajente philosopho, in quacunque natura effectoris & materiæ coitus.

Effector perpetuò cum substracta materia coit, Aristoteli, Hippocratique.

Itaque M. Hippocrates in l. de diæta, ignem & aquam elementa universi præcipuè verò hominis posuit. Momentum igitur ad omnem calidi alimoniam, & cõservationem adipis foret coronaria portiuncula, cujus modiculæ micellæ, & nunc quidem extantis, nunc non extantis usum minimum, quid opus est omninò constituere? quando & iunioribus hic nullus est, in quibus nihilominus est calidum multò maximum; quod adipis fortuita & præter naturæ institutum videri potest procreatio, præsertim si sit ad essentialem non accidentalem usum excogitata. Præterea neque in animantibus omnibus observari suppetit adipeam hanc epicardiam substantiam, multò autem plurima pars ipsorum, quibus cordis basis adeps succingitur, quàm quibus non succingitur. Alimentum autem hoc committi decet cum ordine rerum & genere fermè perpetuo. Perpetuum fortasse fuerit, quòd quoties augeatur animanti calor, hic subinde paratam sibi materiam construat & munimentum. Quod verbi quodve placiti mei rationem declaro equidem ad hunc modum.

Expositio nostri decreti.

Est cor omniũ consensione fons caloris nativi, quem debet ope naturæ fovere, & conservare; quod ut efficiat, quoiam impuritate & conculcatione superfluitatum posset id laborare, propterea perenni motu sublationis & depressionis ventilat, & depurgat; quam utramque operam debet conficere pro necessitate, & pro modo caloris, non minori vel debiliori mensurâ.

Perpetui cordis motus adiumenta munimenta, que necessaria.

Ad quem motum perpetuò tuendum adjuvent oportet aliqua firmamenta, nec nimia, scil. illa concitatione quidpiam incommodi perpetiatur cor. Sic pro caloris majoris & acutioris usu munimenta item intrinsecus, & extrinsecus idem exigit. Intrinsecus intexti fuêre villi membranei vel nervei, veluti funiculi è latere ad latus distenti, & cum lacertulis appensi. Extrinsecus verò quâ maximè parte cõcutitur. Fuit & instruendũ accõmodato aliquo corpore, quo se viscus ab agitationis continuæ laslamentis & offensamentis tueretur. Hæc requirebatur quidẽ solida & firma, sed nõ sic, ut atteri rumpivè posset. Huius autẽ conditionis est cartilago. Verum quia nimium hæc arens, & minimè coaptabilis carni, & concremento cordis; ob id natura voluit mollius & propinquius carni. Huic

autem

autem proximum atque consentiens & cohærens est sevum. Quod quia & alio insuper nomine subservire valebat, hoc unum non deposuit conditrix, verum amplius complexa est, quod nedum agitabile viscus erat tuendum, verum etiam actio adjuvanda atque expedienda: hæc enim utraque curanda; quod autem ad prius commodum attinet, accepta adipea portio jure necessario porro lenita lentore rota, quæ circumvertendo vertat, agilius sese proripit, sed & articulorum fragminibus indidit natura lentorem oleosum, quo medio facilè circumaguntur; de qua re lege quæ Hippocrates scripsit initio libri de articulis. Sic corpus adstruens cartilagine mollius, & sequacius, sevo vero firmius & solidius calleã quandã adipẽ vel adipẽ certè callosam commenta est, & architectata; cartilagineum idem munimentum autore Galeno 6. us. part. c. 19. natura sagax imposuit homini, majoribus verò animantibus ad summam cordis basin, os, ubi firmiter illigantur vasa, quæ aut in cor penetrant, aut in ipsum ingrediuntur. Talis in mentem venit fuisse lapis adipeus, quem circa lienem obductum vidisse narrat. Vesalius l. 15. anat. 9. candidissimi durissimique lapidis in modum, & qualem nos circa oculos animantium omnium observamus. Sed neque mireris novitatem utriusque adipis commemorati; nempe cochleæ terrestris adeps in pulverem exigi licet, si libet, ut in Zootomias nostræ parte 4. quâ de cochlea pag. 331. Quin Riolanus in animadvers. ad Laurent. pag. 214. F. meminit in fœtu seu quidem uterino, seu recens edito, compertæ sæpè glandulæ; dicat licet autem seviformis, aut adipis glandulæ formis admirationis eò rarioris, quod ea species in tenerioribus puerorum, & in ovillis, in adultis non item. Quinidem Riolanus in Animadv. ad Bauhinum, p. 287. cum Bauh. in Theat. Anat. pag. 218. narrarunt, repertum in dissectis cordis conclavibus concrementa quædam seviformia, quæ subdidit Riolanus plerisque mortifera fuisse asphyctis & lypopsychis, & cum angore coitis. Sed in porco, quod animal est omnium humidissimum & pinguissimum paniceas observavi, cui obductũ potius, quàm adipem dixero, sevum adeo solidum & prædurum, ut appareret par cereæ candelæ. Sed neque dubito in animantium natura pluribus, quàm recensui, partibus ejus soliditatis sevum reperiri, cujus jam notæ descriptæ. Conditor enim omnipotens magni Campanellæ mei popularis, & præceptoris oraculo, quod volet id continuò valet, nedum ut finita potestas, volet tamen id quod valet. At neque solus ego super hac re conditorem allego, M. item Gasp. Hofmannus l. 2. Instit. Med. c. 130. Pinguedo (distinxit) est duplex; altera conditoris providentia, quæ ob id consistit intra terminos suos, ut in corde; altera est à certo caloris gradu sine certa lege, & circumscriptione.

Accommodarissima ratio extranei cardiaci firmamenti.

Singularis miscella binarum substantiarum notatur.

Per lapidem Vesalii adipeum quid intelligat autor.

Observatio in cochleis.

Observatio nostra in sevo porcino.

Verum

Verum tamen, ut rationem physicam, & viro dignam ingenii socordia non detractemus, sed generosè pertractemus, charactere utemur Hermeticorum, qui nihil vetiti, quod assiduo calore præsente nulla vis frigidi testet, quæ vapores sanguinis præpingues valeat ad concretionem perducere; contendunt nihilominus, quod compressos agitatione firma caloris inquilini vagos halitus sal armoniacus, qui non deest officinæ vitalis archæo, naturæ acido virtuteque coagulativa benè poterit fluores illos sulphureos coagulare atque fixare. Nimirum plus hæc vis obtinere potest quam valatilis obsistentia. De re paris exempli lege libellum Josephi Quercetani de signaturis rerum internis pag. Aureliensi 127. Præterquam, quod & caloris quoque forma valet per se ipsam aliqua condensare, ut de portione aluminis calida monstravit clariss. Petrus Poterius Andegavensis in Pharmacop. Spagyr. l. 2. c, 7. § de alumine. His jam de adipis usibus nostra quidem opinione monstratis, cæterum eam utilitatem, quam commentus est præceptor, licebit item eventilare. Credidit enim paratum nativi caloris alisconi, vel potius calidi nativi, ne dissipetur, prohibitioni. Quod cum crediderit ante Julium Bacchinus, hunc porrò corrigens G. Hofmannus inimaginabile τὸ πρᾶγμα dicit in observatione 49. cap. 116. l. 11. quod id quod caloris nativi videtur excrementum, eiusdem videri non potest alimentum: Atque cordis adeps à plerisque omnibus ponitur excrementum: igitur non alimentum, quippe quod idem esse nequit eiusdem opificis excrementum & alimentum. Deinde, alimentum commodè debet adhærescere, & adiacere alibili objecto, non forinsecus spectare Aristotele teste. At vero locus nativi coloris corde conditur intimo, non extimo. Adeps verò cum derivantibus venis est extimus, non intimus; igitur &c. Tertio, quid cor mutasset materiam prius in sanguinē, mox in adipem, ut esset, inquam, prius alimentū calidū & aptum, mox frigidum & ineptum. Quarto, Alimentum debet esse simile in potentia, Arist. l. de ortu & interitu; verum hoc est absimile, quandoquidem non potest adeps natura rejectaneum esse caloris & ignis ætherei nutrimentum; rejectaneum, inquam, quod non provenit ex necessitate materiæ, non instituto præcipuè. Quinto, nullius partis nutrimentum est pars circumscripta corporis, siquidem hæc esset pars & non pars. Atqui cordis adeps est pars; igitur adeps non est cordis aut cuiusvis eius partis nutrimentum. Si dices non partem, sed excrementū; tunc recipiam, excrementum est rejectaneum; adeps cordis est excrementum; ergo cor utetur suo rejectaneo.

Chymica rationis nostræ explicatio.

Adipis cordis utilitates recensentur.

Tantum autem abest ut cordis calor utatur adipe in suiipsius beneficium & adiectionem, ut potius adeps sit rejectamentum per venam coronariam

Conclusio & sententiæ cōfirmatio.

tonariam ſuperfluæ ſubſtantiæ, quæ evaporatione & adhæſu, quæ pericardio concreſcit & obdureſcit πιμελώδη, ϗ παχὴν ὑμένα pericardiam vocat in brutis Ariſtot. l.1. hiſt. animal. c. 15. in hominis corde jam talis eſt Hofmanno 328. pag. 100. l.6. uſ. part. Ita non inſtitutus videtur adeps cordis ad hujus ejusdem alimoniam, & fomentum, ut magiſter ſibi perſuaſit, qui degat in ſuperis beatus, inde vero nobis imploret plenam lucem veritatis.

His omnibus jam habes, quæ qualisve ſit adipis idea, materia, generatio, principium & uſus, quæ de hac omni re videntur ſatis.

Epidocha III. De Poris Cholidochis.

In Iulii Iaſolini Hipponiatæ Quæſtionem Anatomicam de Poris cholidochis ἐπιδοχὴ III.

Marci Aurelij Severini Profeſſoris Anatomici Neapolitani.

INter omnes artes naturæ contemplatrices, nulla, meo quidem judicio præſtantior, aut major anatomicâ exercitatione reperitur. Cujus equidem rei cùm demonſtrationem plenam lib. 2. Zootomiæ expoſui, tùm illud mihi ſingulare argumentum viſum eſt, quod divinæ Syntheſeos pediſſequa hæc illi reſpondentem exequitur analyſin. Eadem deinde, certiſſimis ex facultatibus, animæ portionis diviniſſimæ domicilium ad unguem introſpicit, ac fabricæ rationem omnem quaſi nucleum excutit penitiorē. Mitto quòd in Dei templo (cuius appellatione homines cenſentur) à morbis, & à morte vindicando, ingens apparet anatomes neceſſitas, ſicce quidem ægra corpora intrinſecus ſive extrinſecus ſint reficienda. Diſciplinis autē plerisq; omnibus quanto ſit uſui, ſuo loco à nobis eſt declaratū. In qua amplitudine, & ſplendore ſuo injuriā, ne quid vehementius dicam, non diſſimulabilem ab iis accepit profeſſoribus, qui alumnam hanc excoluerunt: quorum plurimi ſuapte libidine ac procacitate, nec ad diſciplinæ decus, nec ad ſolidam veritatē attendentes, ſed propriæ potiùs gloriolæ ſervientes è cōpoſito conſueverunt anteceſſoribus inſidiari, & eorum obſervata caluminari, ſic, ut apertis & planis ſæpè theorematis tergiverſentur; quomodo Galeno Veſalius, Veſalio Fallopius, Fallopio juniores, & his alii deinceps invicem adverſati fuêre. Jam verò cùm duo Galeni adverſione, anatomes univerſæ ſint diſcrimina, utpotè cuius altera pars ſimplex, & medici uſus, altera ſubtilior, & non tam medendi ratione, quâm phyſicæ veſtigationi ſubſerviens eſt: hanc profectò, quæ ſplendidior erat, tot ambagibus, atque nebulis obduxe-

Inſinuatio & Anatomicæ Analyſeos commendatio.

Anatomiæ neceſſitas.

Adverſus Anatomen iniuria.

Succeſſiva Profeſſorū Anatomicorum tergiverſatio & diuexatio.

Anatomes obtenebratio.

duxerunt, ut bonos pigeat eius obscuritatis, quod & de stirpium multifariè controversarum respondente ad amussim confusione queri soliti sumus. Ea scil. est prurigo, &, ut Satyrographus ait, cacoëthes innovandi, non tàm quidem ad ampliandas & illustrandas disciplinas, neque ad eruendam rerum lucem genuinam, quàm ad lucem ipsam offuscandam, & sua cuiusque scitamenta ostentenda.

Galenicæ & Fallopianæ sententiæ recitatio.

Hæc cum in plerisque facultatis dissectricis partibus sint orta dissidia gravissima, & in judicio de cholidochis poris extitit jam diu conflictatio, aliud quidem professo primùm principe Galeno, aliud arbitrato Fallopio; qui, utinam tàm verè fuisset opinatus, quàm ex animi protervia & ambitionis æstu contrà nixus est.

Tertius sese inter hos inseruit, doctor olim meus Julius Jasolinus, quem jure meritò doctissimum censuit eximii planè judicii vir Hermannus Conringius. Longè verò priores magni fecerunt, & ex eo pleraque transtulerunt Gasp. Bacchinus, & A. Picolominæus, & Ioannes Riolanus, & Gasp. Bartholinus Scriptores omnes præclarissimi, cuius Jasolini scriptum rursus quasi cribrando resumere instituimus. Hæc eius est summa & anacephalæosis, falsam Gabrielis Fallopii sententiam affirmãtis poros cholidochos qui per hepar disseminantes in unum collectos per rectum meatum ferri ad intestinum duodenum, rectoque tramite, & continuò in illud bilem flavam ad usus oportunos exonerare. Sed quia chyli ministeria quandoque præpediunt aditum ad intestinum, ideò diverticulum fecit natura, (χολιδόχον puta) in quod bilis à proprio suo cursu recurreret asservanda tantisper in ea cistula, donec expeditio & opportunitas transmigrandi foret paratis à natura recurrendi viâ nedum prima, sed etiam secunda, quas anatome docet & autopsia.

Enarratur summa pertractatorũ à I. Iasolino Iulii Iasolini adversus Fallopiũ contradictio.

Quam viri Mutinensis aberrationem ostendit Hippocrates noster tùm suis quidem rationibus, tùm Galeni testimoniis, tùm sensus critorio. C. II.

Per exigua cystæ vascula synceram per ampliora permistam attrahi bilem.

I. Iasolini rationes adversus Fallopium.

Rationes illæ sunt: triplicẽ extare facultatem triplici fibrarũ generi respondentẽ, attractricẽ, contentricem & expultricẽ. Quomodo bilis ex hepatis domicilio attrahatur à vesicula. pag. 34. Per vesiculam bilis non attrahi solùm, sed expelli bilem, p. 38. Quòd bilis expurgatur à facultate fibrarum vesiculæ bilis, non hepatis compressione. Non rectum esse iter vesiculæ ad hepar, pag. 56. Cholidochum ad duodenum amplum latumque esse monstrante experimento. Denique verus cholidochi usus ostensionibus & anatomicâ pragmatiâ demonstratur.

Est

Est hæc ferè tota συλλέψις Jasolini Galenici dogmatis assertrix, Fallopii oppugnatrix.

Folliculi partes.

Enimvero cum constet utriculus bilarius duabus præcipuè partibus, conceptaculo & meatibus; hi porro spectant duplicibus terminis tùm ad superiora, quorum unum est hepar, tum ad inferiora, quæ sunt intestina, potissimum vero dodecadactylon. Sic bilis utriculo contenta dubium utrique disceptatori fuit, num impulsa de superioribus ad inferiora detruderetur, ad quem modum existimavit Vir Mutinensis, an ab inferioribus attraheretur, cujus sententiæ Pergamenus dictator fuit. Ad quem arbitrator accedens noster homo Locrus, Galenum sequutus, ac tutatus est; Fallopii decreto refragatus. Adversus quem item invecti sunt A. Laurentius, Ioannes Riolanus, & omnium novissimè atque optimè Hermann. Conringius autor Medicus, ætate nostra dignissimus. Quorum singulorum disceptationes & longum & tædiosum foret, minimeque necessarium, actum enim quid agatur recitare? Nos igitur brevi compendio, quod ex tàm confragosis tumultibus videtur amplexandum, id solum deligemus & recipiemus.

Controversia inter binos autores. Iasolinus Galeno adstipulatus, Fallopio reluctatus.

Interim hæc accipito Fallopiana: Jecur viscus est princeps, cui delegata potestas est sanguinis conficiendi, & longè lateque transmittendi, alimenti scilicet præcipui vitæ radicis & animantis autor & causa: quo contendit, hepar cum corde ipso non minus alendi necessitate, at neque cerebro cedens ipsa principii dignitate. Sicut igitur hæ superiores duæ facultates de propriis functionibus & spiritibus sollicitæ sua ipsorum excrementa non dirigunt, nec aliquo destinant ipsa, aliorum hoc assumpto ministerio, ita & hepatis consilium & provisio de alimento, non de recremento laborare debet. Hic quidèm opifex & utilissimi fluoris arbiter, ablegavit ab se recrementa; quo igitur pacto de horum utilitate sit occupatus & adeò quidem, ut hoc munus, & hæc sollicitudo videatur omni alia prior. Nimirum agitatio negotii venæ portæ præcedit id, quod venæ cavæ. Occupentur æquius alia atque illud congruenter acceptaculum, quod ea colluvie turget. Quid autem Dominis & monarchis viliorum ministeria deferre, quæ pertinet ad ministros? & vice versa non agitare ministri præsunt comparati prætERquam] minora & abjectiora. Adde, quod, sicut de bile nigra negotiatur lien; sic ad unguem de flava primò & per se deliberet cholidochos: quippe sunt hi duo condi promique quàm fieri potest pariles ac tantum non dixi gemelli. Quare de hujus utriusque natura & muneribus est animus mihi, si Deus aspirarit, finis conscribere commentariolis.

Fallopiana demonstratio à pari. A repugnantibus. A materia. A proprio. A comparatis. De cysti fellis & liene concepti libelli Severini.

Hepatici canalis verus usus.

Tertiò advertas velim, hepaticum meatum dici quidem hepatis attributive, verè autem est cystulæ ab hujus substantia diremptæ: sed sic continuò processa, quemadmodum sunt rami cum trunco; quin meatum mea quidem sententiâ positum obliquo ductu ab jecore ad intestina, ut cava pars ejusdem, quæ malis est obnoxia scatebris, indè se valeat expurgare, tùm sub sanitate quidem lata, tum sub morbis, è corrupta præsertim bile, atque hujus ichoribus, quæ satis quidem per inferiora quàm superiora contendunt.

Accommodata jecoris expurgandi proclivitas.

Quorum quæso bonos arbitros, quæ potior sit via, quam isthæc extrudendis per intestina causis morborum & apparandis vitiosis. Atque hæc etiam percommoda via est, ut catharticis commotæ superfluitates præcipites se dedant in crebras dejectiones, quæ nuncupatæ sunt faciei jecinoris interioris, aliàs simæ; qui canalis amplior Jasolino sæpè non duplex & duplicibus intestinis insertus non tàm errante me judice natura, quâ vigilanter & providè confingente in his fæctabulis è vitiosiore fortasse semine vel sanguine conformandis.

Catharticorū pro hepatis cavâ felix transcursus ad intestina.

Canalis hic duplex divinitus à Naturâ provisus.

Suffragatores nostri.

Addiderunt huic opinioni suffragii momentum Ioannis Riolanus, & Gaspar Bacchinus, ubi docuere cholera morbo plerisque qui perierant diligenti dissectione perspectis laxatum digituli crassitudine comperisse tramitem hunc, ut jam non perturbandus sis eo, quod valvulas transitus impeditrices aliàs hocce loco statuerimus.

Ad instantiā occursatio prima.

Jam enim ubi salutis recuperandæ vel tuendæ necessitas est, huic aquæ non oppetit natura. Præterquam, quod & torrentis cujusque fluvius impetus gravis viam sibi quævis impedimenta parat.

Confirmatio.

Confirmatur item bellè judicium hoc, quod bilis quidem generibus morbosæ patet hæc via, sit, ut ostensum est facile, naturali verò difficile: siquidem legitimus per cysticum & rectus est, quemadmodum audies exploratius alibi. Anguntur graviter plerique omnes & discerpuntur in varios ambages & inquisitiones, quo tempore fiat illa bilis in duodenum, aut tenue intestinum, sive enim antè cibum fiat, sive post cibum sumptum, seu cum coctio incipitur, seu absoluta coctura præ foribus sunt incommoda. Expedio me breviter: quia phœnomena ejus rei nulla habemus, sufficere debet nobis vox naturæ.

Hofmanni calculus.

Hæc dilemmata torsit Hofmannus in l. 2. Medic. Inst. c. 35. §. 8. Alexandræam, inquam, & violentam Gordonii grypi expeditionem; adeò sunt perplexæ mentes investigatorum omnium in ordinanda διαδώσει bilis inferiore.

Ex enodatione amplificatio.

Alius dissensus.

Conflictatus crebri scribētium.

Quid quod & perducta bilis huc loci neque etiam certos usus habet? Communis enim schola sentit ad suscitandum fæcum excretum institutam, quod Hofmannus & Conringius capita duo palladia non admisere, verum hanc expurgandæ pituitæ destinationem cum Alsaharabio cumque omnibus Arabistis voluere. Sed in superiore ἀναδώσει contro-

controversiæ nutatusque sunt graviores, legeris Fallopii commenta ad-
versus Galenum, Vesalium, mox Laurentium adversus Fallopium: at
contra Laurentium Riolani, & Ludovici Colladi, & si qui sunt alii, dum
per hos quæritur perpetuo, ne bilis in receptaculum comportetur; an
vero sit hoc diverticulum, & κτ̃ συνέπτωσιν asservulo paratum; per ac-
cidens, inquam, dum anadoseos chyli fiat expeditio: namque hoc locum
occupante quis possit esse aditus tibi? Efformatio igitur & instructus
constet consilii statuentis an offensæ necessitatis? quæ necessitas si fit,
vel si datur potius; nec potest, sicut Hofmannus ait, de illâ cogitari sine
expresso naturæ convitio, & quænam conditricis optimæ atque ἀμήμονως Expolitio.
prudentia? decernentis ut cruderentur fæculæ per expeditum instigato-
rem chologen, sed impeditum vitare iter, vitareque occupatorem, cui
liceat infinitè sic inhibere, ut deponat inde curã sollicitator, nec amplius
eius rei sit sollicitus. Verba objectationemque miràris? nec probabilem Compro-
arbitraris profectò tum veram tum necessariam, si animo percurreris batio enun-
omnigenas animantes perpetuæ voracitatis, & huius sive quidem natu- ciati.
ralis sive morbosæ per unum bulimum. Edacissimi totis diebus sunt vi- A signo.
vidi pueri, lupi, cervarii, sues, eque noctu diuque plenis præsepiis inglu-
viem non explentes dasypodes, gallinæ, mergi, quæ ut Alexander notat
Benedictus perpetuo veluti stirpes alimentum appetunt terris affixæ.
Quare neque inveneris in his unquam chyli vacuitatem, quæ tamen
singulis frequentissimè alvum deponunt, qui bilis extimulatum frustran- Ab absurdo
tur effectus uni, frustraque item est irritandi consilium, quando perenni
sub chyli redundantia fieri potest, ut nunquam consummetur excernen-
di oportunitas; nisi si fortasse consummetur in somno: in quo cætero-
quin non fit digestio, sed concoctio tantum. Quod autem Heurnio pla- Instantia &
cuit inst. med. l. 4. c. 11. bilem tertio quoquo die ad intestina deponi, ejus respon-
Bacchinus nec absurdum provisum hoc loco emunctorium, quando- sio.
quidem & alibi alia fixisse non oblita est natura. Indè etiam per inte-
stinum introducta bilis occurrit ad stomachum ut pricocolis, quorum Historia.
quidem adolescentem vidi unum pro hâc ætate pusionem & colore
fuscum & habitu gracilem, superiorum Capucinorum cælo natum, qui
singulis diebus manè spontè vomebat plus unica bilis amaræ; quare mi-
rum est, quod à scientissimo viro Joanne Heurnio dictum legi conceptis
verbis expressum l. 4. inst. Med. ca. 11. quod tertio fere die folliculus fel-
lis in intestina exonerare solet.

Quod quidem morbi vitio fit virtus intemperantia, succique bilio-
si redundantia, non cholidochi insertione, qui sicut alias ostensum, cum
fomentum affert & concoctionis adjumentum, indicio mihi est quod

adversoribus & Galeno & Foesio & Hofmanno suis locis non biliosis
tamen, sed & pituitiosis legatur hicce cholidochus. Horum denique sum-
Dictorum complexio. mam si subduxeris, nil videris in hac functione certum, sed fortuitum to-
tum negotium, quas credo injurias & quærimoniæ capita quæ subin-
dicans non expressit Βραχιολόγος ἢ ἐμφατικὸς noster Hofmannus.

Alia fortuitæ functionis objectatio. Jam verò fortuitum ut foret hoc omne negotium, en ab ulla non
impelli virtute commeatum bilis, verum à compressione fieri jecinoris in
rectigradis, à ventriculo vero in brutis.

Quæ spectant ad cystulam Argumenta. Hæc quidem ad hepar & ad bilis extimulatricis traductum atti-
nent argumenta: quod autem ad cystim, hæc cum diverticuli loco pro
bile ad tempus asservanda Fallopio sit, facta adstruitur per accidens, id
quod multa naturæ facta non patiuntur.

A formæ dignitate. Prima fabrefactio cholidochi instructa nervis, arteriis, fibris ter-
nis, ductibus multiplicibus, & summè variis, valvulis item & forulis, re-
misve: quas ob res tam organicum vas utique non erat principalis officii
dignitate exauctorandum suisque functionibus defraudandum.

Si enim non attrahit ex hepate bilem, neque hoc illam mittit omnem
ad cystim, sed pauculam & interpollem ad tenue intestinum, bilis ex ana-
logis multis causis ad portas & ad hepar redundans inquinabit dulcem
A consequentibus. amaritie multa sanguinem, atque indè consequenter incommoda longè
gravissima, quæ recensenda relego Galeno, & suis plerisque omnibus,
immò & Hippoc. l. 1. de morb. num. 28. & democ. epid. ad Hippocr. De-
inde, si non attrahit cholidochus, rogo quo pacto in cystula fœtus uteri-
ni, de quo problemate nos alibi. Præterea si cholidocho nulla virtus est
contentrix, quod non affluat suopte nutu bilis in ambitum undecunque,
& an supera quidem conturbabit sanguinem, ad inferiora verò chylum
infestabit amaritie? Nec formæ capacitas rotunda aut bilis exuberantia
Ab adjacentibus. sub cysti, respondere (si justos habeat expensores) potest modicis regres-
sibus impeditæ bilis, cujus affluxus in cystim longe copiosior est.

A tempore. Ad hæc & de tempore coarguam egregium Mutinensem, quoniam
enim sub eo elegit præcise, quod est chylificationis, transmittendam he-
paticæ conductori bilem, quid multò prius inferenda eadem sit, quando
chyli sugendi vel distribuendi nullum subest impedimentum, sed est e-
A causis effectricibus. jusdem plena vacuitas. Præstabat porro naturam intelligentiam non
errantem transferendæ bilis illud velle tempus, quod oportunum esset,
ac minimè detrimentosum: quid autem præcommodo & oportuno illa
A consequenti. deligere momenta, quæ forent incommoda & importuna. Nimirum,
ut indè accusanda esset à Momis optima natura, quod occasiones & a-
ctiones amasset atque spectasset præposteras. At qualis hæc pulchritudo

per

per naturam inducta commenti? quin verius humani insolentia figmenti. Insolentia, inquam, & figmentum, quæ voluit tunc temporis fieri transmissum hunc bilis quum commodum erat fictori, ut componi darique posset ille recursus. Dubitabat vero, atque cavebat homo noster, ne per impedimentum retrorsum acta bilis in hepatis domicilia rursus inveheretur: at non advertit alioquin subtilissimus anatomicus, ac fieri posset reditus in jecur, si modò naturæ consilium id fuit, interpositas ad cervicis extrema valvulas.

Refugerii abolitio.

Ita occœcatum in tota re fuit Anatomici judicium. Jam igitur cum tot ac tanta videas absurda atque delicta parata adversus inrepræhensibilem naturam, non mirari non possis, quid absolutissimus & anatomus & contemplator Fallopius ἐν αὐτόπτοις hallucinatus aberraverit. Sed dicant quid caliginis causæ? Ambitio prima invehendi novam & singularem adversionem in eo professorum genere, quos solita est gloriola transversos egisse. Cum duobus tamen perperàm adnotatis, quorum alter est, quod priores anatomes autores & descriptores hepaticum ramum appellarint, quasi quod hepatis sub jure sit hic cholidochus, qui tamen est cystis geminus. Verum, quia cystici nomen alter est nactus, expedire fortassè visum est, ut assessor nomine distingueretur; quum autem ad superiora spectat, hepaticus propterea dictus est.

Insinuatio in Fallopii paralogiã.

Causæ tres unde Fallopius impulsus.

Altera verò observatio, quæ judicium viri maximi præcipitavit, apparet illa, quod in his, quæ vesica non gaudent animantibus, in equo præcipuè, tendit ex hepate rectus meatus ad intestinum, quod naturæ factum vel ipse legit, vel vidit.

Hæ Fallopio fuerunt ansæ, quibus suam mordicus retinere paralogiam; verùm quàm fallo, quamve improbabiliter, audistis.

Pars I. Cap. I.

De Osteologiæ dignitate ac necessitate ad universam Anatomen.

INstituimus hic agere de ossibus, quorum tractatio in anatome semper præmittitur, tùm quidem naturæ ordinem sequentibus, tùm doctrinæ naturæ; scilicet quoniam ossa sunt fundamenta, super quibus extruitur tota humana fabrica. Id quod apertè monstravit Hippoc. l. de ossium nat. dicens; ossa còrpori stabilitatem, rectitudinem, & formam exhibent. Quæ divini Senis verba, si mea me interpretatio non fallit,

Osteologię primordiũ.

Hippocrates.

usus ossiũ.

Stabilitas necessaria carnibus, & visceribus. Galenus.

lit, maximos tres ossium usus refert. Primus communissimus stabilitas est corporis, dum ea nativo robore rigentia carnis, & viscera, quæ itare per se cæteroquin non possent, sustinent; & de loco ad locum transferunt bajulantia, non ut Galenus inquit prim. de adm. anat. c. 2. quod in tentoriis præstant pali, quod in ædibus parietes, id in animantibus præstat ossium substantia. Quod ut expressum cernatis oculis; proponite animo qualis esset videri puer ille exossis apud Hippoc. 2. epid. præcipuis corporis partibus discretus, qui parum vixit & perpusillus. Post hanc est rectitudo corporis, ne, sicut inquit Fernel. vermium & serpentum more, rerum princeps reperet homo. Verùm tamen cum rectitudine flexio comprehenditur, ut curvari, vertique posset homo quoquo oporteret, atque ad hunc finem animanti data plura sunt ossa.

Puer exossis Hipp. Rectitudinis usus. Cum rectitudine flexio.

Magnitudo figura. Magnitudo capitis. Thoracis. Maxillæ. Numerus.

Postremò est & penes ossa reliquarum partium magnitudo, & figura, quin ab ossibus corporis proceritas, & incrementi meta dependet. Quibus enim caput magnum, his cerebrum amplissimum; quibus thorax angustus, his & pulmo, & viscera contractiora: quibus maxillæ parvæ, item & musculi parvi. Addit Ingrassias quòd & ossium numerũ partium quoque suus numerus, sequitur.

Venæ, arteriæ nervi, tendines ligamenta numerum sequuntur ossium.

Nam si manus aut pedis digiti quaterni aut seni fuerint, quaterni aut seni fuerint quoque ipsorum musculi. Nec minus etiam venarum, arteriarum, nervorum, tendinum, ligamentorum numerus augetur aut minuetur, si numerus ossium auctus fuerit, aut minutus: tanta scilicet est ossium potestas. Adhuc & multorum situs ab ossium situ variatur ita, & musculorum exortus insertusque venarum ductus, arteriarum divortia, & nervorum diremptus ossa sequuntur, & siccè quidem in optimâ corporis conformatione quæ secundum naturam, sive in perversa & præter naturam se habente, exempla vos observate in multis quæ se offerent. Rursus & doctrinæ ordine necessum est tradi primò ossa, siquidem facilius per hæc cætera intelliguntur. Quo factum est, ut veteres in schola Alexandrina, cuius maximam fuisse anatomes perfectionem memorat Gal. l. prim. de administrat. anat. non aliud pro addiscentibus proponerent, quàm resiccata ossa, quod sceleton vocant. Ad extremum ossium notitia nedum ad Ethiologiam addiscendam requiritur, sed ad therapeuticam; ut scilicet rectè curentur Luxationes articulorum, & ossium fracturæ confirmationes, Gal. initio l. de ossibus. Quin & ante hunc Hipp. in epist. ad Hessalum filiũ inquit ad multiplicẽ ossium affectionẽ, & articulorum luxationem, repositionem, & ossium contritorũ resectionem, & perforationẽ, & compositionẽ & detractionem, & reliquam curationem majorem industriam veterum fuisse, qui noverint qualis est lo-

Doctrinæ etiam ordine prima tractatu Osteologia. Osteologię necessitas ad therapeusin.

cus. & quale os laxatum est. Rationem addit ferè Gal. loc. cit. cũ ait, ossa singula per se qualia sint, & quam invicem syntaxim habeant novisse arbitror medicum oportet, si rectè ipsorum fracturas, & luxationes curaturus est; siquidem in omnibus quæ ad Medicinam spectant perspicuum est, quod secundum naturam est tanquam scopum habendum esse. Quam rem qui ignorat, minimè intelliget, aut ubi partes affectæ à sua natura distrahuntur, aut qua ratione ad id quod secundum naturam est reduci debeant. Galenus.

Hæc satis de Osteologiæ necessitate.

CAPVT II.

De natura ossium, generatione, & causis.

CVm plurima sint quæ de ossibus tractari possint, principio quidem videndum est de natura. Hæc autem duplex: Altera est materia generationis ex qua constant ossa; altera est materia nutritionis, ex qua & aluntur intrinsecè ut augeantur in iunioribus, & vegetent in grandioribus, & restituantur extrinsecè, ne continuò absumantur à motu. De priori quidem materia videndum, quæ sit. De hac itaque disserens Arist. l. 2. de generat. animal. cap. 4. dicit, seminalis materiæ duas esse partes præstantiores; alteram quidem tenuioris substantiæ, ex qua conflantur partes præstantiores, ut carnes, & viscera; alteram verò crassæ substantiæ, quæ prioris est excrementũ, & ex hac conflantur ossa. Simile quid in l. 4. meteor. ubi habet, ossa correspondere terræ, quod dicit, ossa fieri ex parte illa seminis terrestri. Hoc fortasse desumpsit ex Hippoc. l. de genitura, ubi dixit Senex, fieri ossa ex parte seminis duriori; per durum autem intelligit crassum, quamvis neq; sola crassities materiæ ossi formando sufficit, sed requiritur etiam pinguedo, ut idem est author Hipp. in l. de carnibus, cùm inquit, quod quidem in his pingue fuit celerrimè exustũ est, & factum os. Verùm neque dùm Hippoc. caret ratione, quinimmò patebit necessarium hoc esse ex sufficienti divisione materiarum, quæ attribui possent ossi: namque hæc materia quæ ut prima patuit, est quid terreum, & hoc vel simplex vel mixtũ. Non simplex, quia ex terra nil fit, si mistum, vel igneum, vel aqueum, vel aereum: non igneum, siquidem ex igne nil fit, non aqueum, igitur aereum & pingue: Vel dic, materia ossis terrea crassa, vel est exusta, vel non exusta. Si non exusta vel cum humiditate aquea vel aërea. Non

Seminis partes binæ, tenuis & crassa.

Ossa respondent terræ.

Ossa sunt ex parte seminis durã.

Crassum simul & pingue, os.

Os terreum & aereum.

quidem à terra exusta: nam ex terra, & igne per omnes Philosophos nullius est generatio. Præterea non ab humiditate aquea, quia tunc fit materia viscida ac tenax ex qua fiunt potiùs nervi, & vincula; ergò à materia aërea quæ certè est pinguis. Hactenus de materia generationis. Cæterùm materia nutritionis duplex, proxima & remota secundum Medicos scilicet ut 3. de facultatibus naturæ c. 15. & 6. method. remota ut sanguis.

An ossa nutriantur medulla, quæstio prima.

Proxima verò à Medicis tantum assignatur, quæ est medulla in ossibus contenta, quæ tamen non admittitur à Philosophis: unde hi acriter pugnant adversus Medicos, probantes non esse medullam nutrimentū. Sic primò nullum excrementum potest nutrimentum, sed medulla excrementum, ergo &c. Minor probatur sic: quod habet proprias cavitates excrementorum paratas, illud est excrementum, sed medulla proprias cavitates habet, ergo &c. Maior patet, nam urina, feces, bilis, &c. habent proprias cavitates, ut patet. Adde, quòd omne nutrimentum est in substantia partium, non autem in cavitate distincta.

Adhuc secundò animantia omnia excrementosa multa gaudent medulla: Signum ergò, quod medulla excrementū est. Tertiò de ratione alimenti est, ut facilè transire possit in substantiam aliti, sicut aptum nutrimentum nervi est sanguis crassus, & pituitosus: sic ossis debet esse alimentum proportionatum. Huiusmodi non est medulla cùm sit calida & humida; os verò frigidum & siccum, &c. Quartò. In Puerorum ossibus non apparet medulla, ergò medulla non est ossium nutrimentū. Nam si nutrimentum esset, non deficeret, ergò magis quòd eorum substantia tunc maximè restituitur: Sequitur igitur, quod sit excrementū. Quod si medici dixerint hanc esse medullam rudem & imperfectam, obstant Philosophi, quod ossa constant ex sanguine, propterea quod apparet his ipsis esse consanguineum concrementum, cùm pueri sint excrementosi. Hæc quidem philosophi.

Ex adverso nos qui Galeni doctrinam sequimur respondemus primo, distinguendo cavitates intimas, & extimas excrementum quidem continetur in cavitatibus extimis, ut urina in vesica, feces in intestinis, fel in cysti; in cavitatibus verò abditis intra substantiam alicuius partis non est reperire excrementum. Et cum inquiunt; nutrimentum est in substantia partium non autem in cavitate distinctâ. Responde, quod si sunt boni Anatomici, videbunt partim ossa in suis porositatibus habere hoc nutrimentum, ut est in processibus ossium multorum, & in meditullio cranei; partim etiam animadverterent cavitatem istam distinctam in aliqua parte ossium esse naturæ quodam solertissimo consilio, ut solidiora

solidiora essent, & prætereà ne in vastam molem excrescerent eadem.

Ad secundum cum objiciunt animalia excrementosa gaudere nimia medulla: dicemus quidem id accidere non ea ratione, sed quia frigida: talia enim cum sint, convertere non possunt in medullam in os.

Ad tertium cum agunt de symboleitate nutrimenti, dicimus medullæ materiam esse terrestrem, & quamvis videatur calida hoc est ab impressione caloris mutantis substantiam, ac deinde in transmutatione ossis evanescit recedente videlicet aereo ac remanente terreo.

Ad Quartum ubi opponunt, in iis qui crescunt paucam esse medullam, nullam tamen in recens ortis, sed sanguineum excrementum: contrarium autem esse deberet: igitur dico, quod ad nutritionem crescentium ossium non necessarium est ut appareat nimis copiosa portio medulla, sed à natura suppeditatur quæ necessaria. Quod verò ad recens ortos, dico esse veram medullam: quod autem sit sanguinea substantia, id quidem fit quia cum recentes sunt fœtus, sapiunt naturam ejus principii, ex quo sunt geniti, id autem sanguis est. Jam verò si medulla esset excrementum, sequeretur in senibus qui sunt excrementosi, magis adfluxurum; in junioribus verò defecturum, quod tamen non est, sed prorsus contrarium.

Prætereà sequeretur ab excremento tamdiu retento fere ossa corruptum iri, quod falsum est.

Ad hæc excrementa omnia effluxum, & effluxus cavitatem habent, medulla non habet, igitur non excrementum.

Adhuc quoque medulla tegitur duplici tunica, ergo non excrementum.

Confirmor in hac sententia: nam partes omnes nostri corporis nutriuntur, caro quidē sanguine, nervus crasso muco, membrana consimili lentore. Igitur & ossa suo nutrimento gaudebunt: nullum autem potest esse aliud quam medulla, ergò medulla erit &c.

Denique ex iisdem nutritur pars, ex quibus constat, sed constat terreo pingui, igitur terreo pingui, qualle medulla est, nutritur. Minor hujus, ut secunda patuit, est Hippocratis. Quare &c.

Hactenus de materia nutritionis ossium jam dictum est.

Quod ad affectricem causam ossis, hanc Plato retulit Deum Opt. Max. qui terram puram levemque accipiens perforavit, mox igne supposito adussit, bis aut ter in aquam mergens. Porro similitudo hæc ducta est à fabris ferrariis, dum ferrum vicissim in fornacem immittitur, mox conformant malleo & in aquam deponunt. Cum hoc sit, cumque terra hæc Platoni sæpius confirmetur, porrò mens ejus est, terram hanc *ossis opifex & materia Platoni.*

ductilem pinguemque esse: agentem verò caloremesse. Quam sententiam fortasse imitatus aut suffuratus est Plato à communi omnium magno Hippocrate, qui lib. de carnibus, Calidum dixit omnium effectorem: ossa vero ex terreo pingui formari &c. quamvis per calidum Hippocrates Deum non intellexit opificem, sed vel spiritum, vel animam voluit. Non dissimilem ab Hippocrate sententiam habuit Arist. qui in l. 11. de generatione animalium c. 4. scripsit calorem insitum id est spiritum in semine contentum esse opificem.

Hippocrati ossis materia & formatio. Aristoteli spiritus semini insitus opifex. Galenus varius in opifice asserendo.

At quid de his Galenus? Ipse quidem varius hâc in re fuit, nunc dicens opificem spiritum, nunc facultatem, neque sibi dissentit; nam spiritum frequentissimè statuit instrumentum omnium animæ functionū, sed immediatum quidem ac proximum, facultatem verò primum actionis motorem atque auctorem. Atque hæc de ista difficultate jam satis.

Ossis forma.

Quod vero ad formam attinet, hæc nulli comperta est, sed penitus ignota, qualis ultima differentia nisi tamen dicamus ejus formam esse robur, quod in osse visitur.

Finis.

Quod ad finem sive ad usus attinet: usus ossium est multiplex; Primus ut molles ab his partes sustententur: secundus, ut tutela sint partibus principalibus, tum ex Galeno lib. 16. de usu part. c. 20. tum ex Arist. l. 2. de part. animal. c. 4. Tertius est ad motum progressivum: Confirmatur: nam ossibus carentia animalia difficilè progrediantur, ut vermis, quamvis revera non simpliciter ad progressionem necessaria sint, sed plurima ex parte utilia. Quartus ad conformationem & configurationem partium, quæ applicantur ipsis. Id quod patet: nam exempto aliquo osse forma & figura partis continuò depravatur, nt in naso.

Epilogus.

His multis ossium notationibus simul collectis construunt nonnulli descriptionem, quæ sic habet: Os est pars similaris corporis animati ex pingui terreo per calorem insitum genita, soliditate & robore partibus mollibus pro sustentamento, partibus verò cæteris pro conformatione & motu. Est hæc definitio causalis per omnia causarum genera tradita, quæ suprà sunt explicatæ.

Definitio.

Cæterùm haud reprehendendus est Galenus quasi mancam ossis definitionem produxerit initio lib. de ossibus ad Tyrones, dicens: ossa sunt partes corporis frigidissimæ ac siccissimæ ac maximè terrestres. Reprehenderunt quidem ejus culpæ Galenum parati Calumniatores duo quos scitis, Vesalius nempè & Columbus: verùm quam iniquè & stultè, jam audite. Enim verò non vident eam non fuisse Galeni mentem, ut definiret: quia aliam ut quædam anteà constitueret: ut probaret postea

steà esse ossa natura procreata ad stabilimentum & firmamentum corporis totius & partium argumento est, quòd cum dixerit statim subjungit. Hæc tanquam fundamenta quædam ad universam corporis fabricam sustinendum subjiciuntur, hisque omnia adnascuntur & constabiliuntur. Confirmatur autoritate Fallopii scriptoris in arte præcellentis, qui formam essentialem ossis tradidit robur & soliditatem ipsius ejusdem esse, quæ in tota sui substantia sibi ipsi similis est. Taceo, quod ad definitionem rectam assumptum fuisset ossis non ossium nomen. Hic quidem germanus Galeni fuerat sensus.

Dicam nunc pauca de proprietatibus seu passionibus ossis, & hæ quidem sunt in duplici differentia, aliæ naturales, & aliæ adventitiæ, quæ non naturales dici possunt, quod sæpè destruant naturales. Proprietates.

Prima proprietas est durities pinguis, ut sevum concretum, quæ quidem pinguedo tum magis apparet cum os aridum fit vi aliqua ulceris aut morbi. Hæc omni, soli, & semper est. Secunda proprietas est albedo ex calore videlicet inducta, quemadmodum ex viridi ligno fit cinis. Hæc omni, & semper, sed non soli. Tertia proprietas est insensibilitas. Hæc neque omni, neque soli, sed semper. Non omni quidem, quia dentes sentiunt, non soli verò, quia neque cartilagines sentiunt. Quartò sunt etiam fractuosa, & cava, vel omninò, vel ex aliqua parte; neque sine his anfractibus, vel cavernulis, quæ variæ ac variæ sunt, extat inter tot vel unum solum. Quintò gaudent crustâ quadam cartilagineâ ad partium extrema, ut 11. de usu part. cap. 18. Sextò vestiantur periostio, id est, circumossali membrana, quæ ubique quidem ipsa involvit, præterquàm ubi superstruatur cartilago. Hæ proprietates seu passiones naturales cum exolvuntur, vi aliqua solvuntur: atque dehinc incipiunt non naturales denominari. Epilogus.

Cæterum ad formam ossium figura, superficies, cavitas, magnitudo, numerus, situs, pertinent.

Figura ossium varia est: in aliis triangula, ut in scapulis, in aliis quadrangula, ut in vertice, hoc cuneum repræsentat, hoc jugum boum.

Superficies ossium lævis in articulis ad horum agilitatem, aspera vero ad stabilitatem partium, quæ adhæsura sunt ossibus. Ad cavitatem ossium attinent & foramina, quæ vel magna sunt ut in occipitio, & ossibus ilium, vel parva, ut in summo naso, vel mediocria, quæ venis arteriis, nervis transeuntibus patent. Istorum vero usus vel ad levitatem ut illa in ossibus ilium, vel ut egressum pra beant aliis partibus corporis, vel denique ad immissionem, emissionemque substantiæ extraneæ, qualia

lia sunt foramina ossis cujusdam cribriformis in summo naso, per quæ cerebrum odores & aerem attrahit, & muccos depellit. Situs, magnitudo, & numerus ossium commodius per partes singulas corporis explicari licebit.



CAP. III.

De partibus ossium, & de quibusdam eorum appellationibus.

HActenus hæc de natura ossium universa: cæterum antequam alia pertractemus: operæ pretium fuerit hic exponi partes singulas ossium, & varias, quæ his accidunt appellationes; quibus sic ordinatis, faciliores fuerint, quæ sequuntur. In fabrica ossium duo sunt spectanda, videlicet partes eorundem, & insessus, dùm alterum alteri applicatur. Ossis pars omnis est triplex. Una inominata Veteribus, quæ corpus nobis dicetur ossis, pars eiusdem maxima, ac præcipua aliarum veluti truncus in medio sita.

Altera pars extremo ossis à natura agglutinata Epiphisis dicta Græcis, appendix verò, & additamentum Latinis, estque hæc autore Vesalio os alteri ossi adnatum, & peculiarem obtinens circumscriptionem, neque illius ossis, cui committitur vera portio.

Tertia pars est legitima ossis extremi suprà communem æqualitatem eiusdem extuberans: estque hæc eodem Vesalio describente ossis pars nihil à suo osse differens, nisi quod tuberculi, seu gibbi instar ex osse procedit, quemadmodum ex arboris trunco radices, & rami extuberare procedereque videntur.

Porrò corpus ossis Anatomicorum ferè omnium consensu, omniũ est durissimum, quod propugnaculi instar impetum injuriarum sustinere debuerat. Quamobrem Vesalius & Columbus in obtrectando concordes Galenum accusant insolentiæ, qui in l. x I. de usu partium, c. xvIII. professus fuerit appendicem ossis durissimam partem esse. Sed mira est, inquam, istorum calumniandi cupiditas erga summum & communem magistrum; quippe sententiam qualem ipsi proferunt, nusquam est reperire apud Gal. eodem cap. nisi quod dura & densa, ut quæ assiduè forent movenda, atque inter sese atterenda, nulla verò facta ad duritiem ossis reliqui comparatur, nisi fortasse ad raritudinem, & laxitatem partis pumicosæ ossis, quam hesternâ die commemoravimus. Quare irritus

est

est istorum adversum Galenum conatus, sed manifesta impostura. Addit tamen Columbus, quòd neque hæc ficuritas appendicis à motu, & attritione perpetua est ab esse: quin potiùs à cartilagine. Sed Deus bone, neque hoc inficiatur Galenus, & nihilominùs vult, omninò firmas esse appendices, ad substinendos & motus & attractiones perpetuas tùm cartilaginis, tùm suâ osfis parte compactas.

Alia quoque est istorum ergà Galenum contumelia. Nam ubi Gal. XI. de usu partium credidit excogitatus à natura appendicis, ut operculi vice essent, ad medullarem ossis partem tuendam; quasi verò, inquit Vesal. appendicum cavernulæ medullâ, aut succo ipsi prorsus simili destituerentur, ac non quamplurima ossa senibus, quibus medulla assuetis fibris non intertexta continetur carentia, appendicem adsciscerent. Exempla proponit hæc. Primum enim toti ossis ilium clivo, & toti infimæ sedi ossis coxendicis, & scapulæ, & vertebris dorsi, & processibus vertebrarum thoracis, & lumborum, & radici costarum appendices datæ sunt. Deinde, quam reliquit partem Vesalius memorabimus eidem & nos: nimirum quæ medulla non carent ossa appendice distitui, qualis Galeno etiam testificante maxilla est inferior: verum hæc atque alia quæcunque volet adversator Vesalius, nihilominus inanis est tota ejus oblatratio, si cum Fallopio primo Galeni discipulo respondeamus, Galenum illic locutum esse præcise de ossibus artuum, magnisque ossibus, quibus appendices sunt veluti opercula; cum non explicet facta (inquit Fallopius) primarium ad hunc usum, vel secus: sed interim proferat simpliciter utilitatem: quasi diceret Fallopius magno cuique ossi contingere appendices, quatenus omni & semper non est, ut soli.

Hic igitur primus ex Galeno appendicum est usus; sequitur secundus, quem nescio quâ imprudentia arrogarit sibi l. 1. c. 2. Columbus, ratus fortasse aut fascinaturum se nos suis verbis, aut non lecturos nos esse Galeni commentarios. Certe Galenus (id adnotante doctisimo antecessore meo Ingrasia) l. 2. de usu partium c. 15. c. F. scripsit. Quin etiam ligamenta quædam membranosa, valida in appendicum locis orientia conjungunt, & constringunt circumplectentia totam articulationem in orbem: quasi diceret Galenus adnexas ossibus appendices, ut ex eâ conjunctione ligamenta possent, quæ articulos circumligant ac firmant, oriri.

Tertius usus Anatomicis posterioribus observatus est, ut ex appendicibus exurgerent ligamenta ad præcipuum musculorum exortum. Quem usum neque Galenus ignorasse videtur mihi, quum l. de bonita-

te, &

te, & vitio succorum tradiderit ligamenta ex ossibus initium habentia in musculorum capita distribui.

Sunt & alii præter hos usus à posterioribus præsertim ab Ingrassia recensiti, quos ne superfluum sit prædictis adjungere, mitto vos ad Philippum comment. de oss. text. 6. Vnum non tacebo usum à Laurentio Hippocrati tributum volenti esse epiphises, quasi ventres ossium, in quibus concoquatur ossium alimentum, quod sensim in eorũ cavernas percoletur. Hæc de appendicibus.

Cæterum processuum usus est ad partium quarundam musculorum præsertim exortus, & insertionis necessitatem cognoscitis. Vbi enim sima ad hunc modum non essent ossa, nec ligamenta, nec musculi commodè nascerentur ex his. Præter hunc usum, est & alter, videlicet ut partibus quibusdam quasi sint propugnaculo, quod in vertebrarum & scapularum processibus observare licet.

Sunt autem & aliquæ processuum, & appendicum differentiæ, figuram varie captantes: nam si rotundo tubere promineat ossis extremum caput dicitur; sive quidem illa appendix sit sive processus. Si verò ex angusto exortu sensim grandescat cervicis in modum, cervix vocabitur. Atque hæc processus tantummodò tribuitur. Ubi verò in acutum desinat, κορώνη Græcis, nobis egestatu nominis aut acutus processus, aut corniculum appellare licebit: quod modò styli, modò anchoræ finium aduncorum, aliàs rostri corvini, alias mammarum capituli figuram exprimit. Hi verò processus, qui labrorum aut superciliorum ritu exculpti fuerint, labra aut supercilia nominari consueverunt.

Sed & caput duplex est. Alterum oblongum & celsum, quale est ossis femoris extremum: hoc absolutè dicitur caput: alterum depressum & vix exurgens condylon appellatur. Jam insessus, & cavitatis modos in ossibus distinguamus. Cavitas duplex: altera profunda, ut ossis ichii: hæc acetabulum nostris dicitur, κοτύλη Græcis: altera superficiaria, ut illa quæ cervicem maxillæ inferioris recipit: glene dicitur græco vocabulo non adhuc donata latino. Cuiusmodi verò sinus cum multis in locis corporis, tum in primâ cervicis vertebra apparent gemini excipientes capita secunda vertebræ. Hæc de processibus & sinubus respondentibus satis.

CAPVT IV.

De differentiis ossium.

UT methodo colligamus omnes ossium differentias, utemur Galeni præcepto, qui docet petendas esse ab iis quæ essentiam consequuntur, & ab iis, quæ accidunt.

Ossis essentiam, quæ nihil aliud est quam intemperies frigida & sicca, sequuntur qualitates tangibiles, quæ sunt durities, mollities, densitas, raritas. Accidentia verò sunt, magnitudo, figura, situs, motus, sensus &c.

A duritie igitur differentiæ erunt istæ. Alia sunt durissima, ut quæ lapidosa dicuntur, & dentes, alia mollia respectivè, ut Ethmoidea, & epiphyses, alia dura simpliciter, ut communiter omnia.

At verò cum magnitudo triplex sit, longa, lata, profunda, triplex ab illis differentia desumetur, alia longa, ut os fœmoris, alia brevia, ut ossa digitorum extremorum. Secundo alia lata & ampla, ut scapularum, ilium, & os sacrum, alia angusta, ut os fibulæ, processus styloides &c. Tertio alia crassa, ut os calcis & rotulæ seu patellæ, alia tenuia, ut ossa nasi.

A figura multæ sunt differentiæ: alia plana, ut dentes incisorii, alia rotunda, ut os frontis, quædam trilatera, ut os lambdoide comprehensum; quædam quadrilatera, ut os tali; Item quæ scapulæ, malleoli, incudis, stapedis, & cubiti similitudinem referunt.

Ad figuram quoque si meatus, lævitatem & asperitatem referas, ut multi solent; alia dices ossa solida, ut dentes, alia cavernosa, ut mandibula inferior. Rursus solida aut omnino sic apparent, & verè sunt, ut ossicula auris internæ, sesamoidea, &c. Alia quæ apparent tantum, & non sunt, ut vertebræ. A situ, alia anteriora, posteriora, superiora, inferiora. A connexu alia per musculos, alia per ligamenta, alia per cartilagines nectuntur.

A motu, quædam moventur, ut in diarthrosi, quædam non moventur, ut in Synarthrosi, & quæ moventur, vel motu manifesto, vel obscuro.

A sensu, quædam sentiunt, ut dentes, quædam secus, ut cætera omnia.

A generationis ordine, quædam à principio perfecta, ut omnium ossicula, quædam imperfecta, ut capitis ossa.

A generatione, alia regenerantur, ut dentes, alia secus.

Rursus ossium aliæ differentiæ à processibus, ab appendicibus, cartilaginibus, cervicibus, capitibus soliditate, cavitatibus, superciliis, à consistentia, magnitudine, numero, fiugurâ, situ, & accidentibus aliis sumptæ, quas singulas voce non vacat enarrare, ne tempus quod abundè non est, abundè conteramus in his.

A cavitate quæ est differentia, hæc quidem à me enarrari non omittetur; siquidem non omittere velim Galeni defensionem graviter ab invidis anatomiæ novatoribus lacessiti; dum in l. de ossibus hæc proposuit: ex ossibus quædam grandia & ampliter concava sunt ac medulla plena, quædam parva ac solida, & sine medulla neque succi quicquam, quod sensu dignosci queat, in se habent.

Nimirum hæc statim falso coarguit Vesalius nulli unquam diligentiæ parcens, ut palmam Galeno præripiat, dicens quod parva quædam ossa & cavitatem & medullam habent, ut ossa digitorum sive manuum sive pedum, & rursus alia quædam magna tum cavitate tum medulla carent, ut os ischii, tum medulla solum, licet non cavitate, ut os frontis. Hæc ferè Vesalius.

Objecta hæc auditores Osteologiæ cupidi & Galeni amici licet aspectu primo probabilitatis aliquam speciem præ se ferre videantur; nihilominus tamen nulla sunt veræ, ut triplex ad illa sit responsio: sive divisionem hanc Galeni ita accipiamus, ut trina partis utriusque membra seorsum sibi, & quasi per parallelum respondeat; & hoc pacto triplex etiam fiet divisio à magnitudine, à cavitate à medulla desumenda ad hunc modum; 1. ossa alia magna, alia parva: 2. alia cava, alia solida: 3. alia medullosa, alia secus. Hanc dividendi rationem excogitavit Jacobus Sylvius studiosissimus, & primus omnium Galeni defensor, cui postea suffragati sunt, & Laurentius & Riolanus Galli omnes disertissimi; qua horum ratione sic constante, cognoscitis apertè nullas reddi Vesalii calumnias, sivè hanc eandem divisionem accipiamus, quæ à suo authore proposita ac disposita est, sive secus.

Propterea aliam huic oppositam rationem excogitavit solertissimus Fallopius, qui comment. de ossibus cap. x. hac ingressus est via. Primò statuit hanc à Galeno productam non tàm esse divisionem quàm definitionem, vel suprà divisionem collocatam definitionem ossium magnorum; veluti si pronunciaret Galenus ad hunc modum fere ex ossibus ea sunt grandia, quæ cava & plena medulla, ea verò parva quæ solida & sine medulla: Ex ossibus quædam sunt grandia, quædam parva, grandia quidem, quæ cava sunt & plena medullæ; parva verò quæ solida sunt & sine medulla; quasi grandia & parva sint prædicatum, cætera quæ utriq; adnectuntur, subjectum. 2. statuit magna non dici ea solum ossa, quod in communem rerum omnium dimensionem longitudinis, latitudinis, crassitudinis tollantur, sed dici etiamnum magna præcise propter id quod cavitatem amplam & medullam plurimam habent; ex adverso parva dici quòd aut cavitate aut medulla non abundent. Sic igitur magna

erunt

erunt ossa artuum principum; parva verò ut ossa carpi aliàs brachialis dicti, ossa sesamoidea, ac dentes. Cætera omnia quæ præter hæc genera sunt, media.

Itaque cum objicit adversarius ossa digitorum esse parva, negat continuo Fallopius, & si enim sint mole parva, nihilominus quia supersunt his conditiones magni, vel non desunt omnino; propterea dicentur media. Cumque objiciet rursus ille, ossa scapularum & coxendicis esse magna; negabit & hoc Fallopius quandoquidem desunt his & cavitatis amplæ & medullæ copiosæ conditiones; quamobrem dicit esse media.

Instantia.

Horum autem ossium quantitate mediocrium, ne mirum quidem est, quod autor hujus libelli non meminerit, studio scilicet brevitatis, atque compendiii. At his auditis, statim mirabitur quispiam, dicens, undè nuper Galeno studium brevitatis, qui ob profusam dicendi ubertatem Asiaticè loqui dictus est judicio medicorum omnium. Sed hæc nihili habentur. Nam Galeno dicendi genus erat duplex diexordicum & synopticum, hoc concisum, illud profusum est; certè diexodico genere usus est Galenus ferè perpetuò solùm in arte parva, in arte therapeutica ad Glauconem, in synopsi, de pulsibus, & denique in hoc de ossibus ad tyrones.

Responsio.

De Fallopii interpretatione iudicium.

Hanc Fallopii intentionem non approbavit Laurentius l. 2. quæst. 4. nequaquam patiens; ossa scapularum & Ischii magna negari, cum quo vacillat & Riolanus, certè ambo Sylvium sequentes. Verùm ne dubitent boni viri Ischii & scapularum ossa magna esse negare, quandoquidem ossa Ischii conflata ex tribus segmentis sunt, ut norunt omnes: ossa verò scapularum præterquàm quòd gracilia sunt, neque mole sunt magna. Magna ossa meâ quidem sententiâ intelligenda sunt, quæ in omnibus æquè speciebus animantium sunt magna; Ischii verò in plerisque, & in simia etiam sunt exigua. Confirmatur verò per me dicta Fallopii opinio ex postremis Galeni verbis in dicto textu, quæ sunt: Nullamque sensibilem habent cavitatem. Per hæc enim fit perspicuum, exclusa ossa media, quando hæc sensibilem habent cavitatem.

Confirmantur Laurentius & Riolanus.

Magna quæ verè ossa.

Opinionis Fallopii confirmatio.

Interpretatio nostra.

Contradictio Galeni.

Hactenus hæ quidem fuere clarissimorum virorum pro Galeno defensiones, ac rationes. Cæterùm non dubitabo equidem, ut meas proponere positas in una distinctione medullæ atque cavitatis: elicitum est scriptis ejusdem Gal. sicut intelligetis. Posteà quam rem antequàm fecerim, sciendum est de nutritione ossis extare Galeni contradictionem; namque in hoc lib. & lib. XI. de usu partium, c. 18. quædam ossa statuere videtur non nutriri, cum eadem cavitate & medulla faciat carentia; aliàs vero in l. 3. de natural. facult. cap. XV. tradit ossa omnia nutriri, si-

quidem hic, quo nutriantur, inquit, ossa numerosa, quæ intercedat, mutatione indigent, estque qualis carnibus sanguis, talis ossibus medulla, quæ binorum locorum contradictio putata est non levis, sed conciliatur: namque ex eo ipso loco de natur. facult. duplex est concavitas, altera intercisa & foraminulenta, quæ disjectam ac discissam in partes habent medullam; altera quæ quodam quasi cubulo sive fistula producta collocatam in se ipsa continent medullam.

Conciliatio

Cavitas ossium duplex.

Hæc concavitatis quia duplex est forma, adhuc duplex est forma medullæ, quæ & prædictos duos cavitatis apparatus continenter sequitur. Namque altera est acervata, & longo quasi funiculo protenta, colore alba, substantiâ crassa & pinguis: hæc verè & propriè medulla dicitur, quam Galenus & hoc lib. & XI. de usu partium inesse magnis ossibus tradidit: altera vero communiter & æquivocè dicta sponciformibus ossium cavernulis intercepta, succus est verius quam medulla, quam dicto 3. de natur. facult. expressit. Nunc igitur ad Vesalium: cum objicit ossa parva gaudere cavitate, gaudere medulla, concedimus, cavitate sponciformi negamus, fistulari, medullari vero succo, non medullâ.

Duplex medullæ forma.

Ad Vesalium responsio.

Rursus autem cum objicitur, ossa Ischii alioquin magna neque cavitatem neque medullam habere; Respondeo, magnitudinem ossium Galeno accipi secundùm longitudinem & rectitudinem corporis, non secundum latitudinem, quod corpus Hippocrati & omnibus ex longitudine magnum dicitur, aphor. ult. l. 2. Magnitudo corporis inventæ quidem neque indecens neque illiberalis: senectæ verò inutilis, & deterior parvitate. Porrò magnitudinem Galenus expresse interpretatur longitudinem corporis. Sed Hippocrates, quod magis mirum est, non magnitudinem, & parvitatem: sed magnitudines, & parvitates dixit in græca literatura, & quod prætereà summum esse non corporum, sed corporis quasi innueret de ossium propriis magnitudinibus, & parvitatibus: hæ enim ipsæ sunt, quæ magnitudinem aut parvitatem assignant, efficiuntque corpori, ut & lib. de ossib. pronunciatum ab eo diximus anteà. Qua autem ratione de universo corpore, ita & de partibus ejusdem pronunciari solitum est: nam manum dicimus grandem, & pedem grandem, quæ sola longitudine excedant.

Quantum ad os Ischii.

Magnitudo Hippocrati quæ?

Similiter & in genere vegetantium arbore truncum habente humilem licet crassiorem, ramos verò longè protensos: hos quidem magnos vocamus, truncum non ita. Hæc autem cum ita se habeant omnia, constare utique potest, ossa Ischii non videri magna, præsertim absolutè, verùm absolutè magna esse artuum. Sic enim & radium, & suram magna esse statuit Galenus. Sic igitur equidem Galenum interpretor. Satis de his.

CAP

CAPVT V.

De compositione & syntaxi ossium.

PErvenimus jam Deo duce ad præcipuam & maximam Osteologiæ partem, de Syntaxi ossium inscriptam; quæ contemplationis nostræ de his universim traditæ, ut est ordine postrema, ita sanè intentione ac dignitate est prima.

Ita ad hanc rem processêre nonnulla, quot, & quæ dictata per nos excepistis. Quam rem quidem si pari dexteritate, si quâ decet ratione ac judicio exequuti fuerimus, existimate auditores, negocium ex tota anatome difficillimum absolvisse provinciamque magnorũ virorum humeris formidabilem sustinuisse. Exegesis.

Hic enim primus Hippocratis fuit labor: hoc novum, quod per Sceleton æneum Apollini Delphico dicavit. Hæc Galeni ad Alexandriã usque peregrinati prima & propria fuit occupatio. Huc posteriorum adversus veteres confertæ acies: huc propugnatorum advertitur amica classis. Insidiæ, clades, victoriæ nunc speratæ, nunc habitæ undique per hunc casum visuntur, & decernuntur. Adeste animis dùm rem expono.

Est homo (sicut & Galenus toto ferè opere de usu part. & omnes cum eo tùm priores, tùm posteriores philosophi censuêre) animal præ cæteris sapientissimum, sivè, ut lib. de Natura Deorum explicat Cicero, plenum rationis atque consilij. Quæ ratio Galeno autore lib. 1. eiusdem operis ca. 4. est ars ante artes. Quamobrem hominis corpus sivè vivens, vitâ cassum quatenus ab Anatomico consideratur, quùm organicum est ex verbo Philosophi l. 2. de anima, sic est instrumentum animæ instigantis, & commoventis ad proprias homini functiones. Instrumentum autem omne cùm sit ad motum, hic profectò sub contemplationis anatomicæ finibus, localis sit oportet: abjectis scilicet cæteris motus generibus, quæ ad Philosophos pertinent. Verùm quia localis motus communis est & brutis: propterea voluntarius est homini præscribendus: qui & rationalis, artificiosusque aliàs dici poterit. Hæc porrò nobis formalis ratio ponitur, sub qua spectatur ab anatomico corpus hominis. Eò igitur pulcriori atque exornatiori, quàm & cætera animantia donandum erat opificis tùm partium quidem omnium, tùm maximè ossium, quæ singularum firmamenta erant futura. Igitur tùm ob localis motus causam, tum etiam ob prædictam super belluas præstantiam gaudere numerosissima, & omnibus numeris absolutissima ossium conformatione debebat homo.

Quomodo enim aliter ſedere, aut rectus ſtare, in ſublime aſcendere, deſcendereve; equitare, bellari, muſicâ tàm multa pulſare, ſcribere, texere, digladiari, luctari, in numerum ſaltare, & tam varia ludicrorum genera exercere poſſet unus homo, niſi tam multiplici varietate, & numero oſſium conſtaret? ſic in immenſum ſi quis attentè adverterit, creſcet oſſium admiratio. Neque hîc recenſeo diopatheiam, id eſt, munitum oſſium, ut uno ſcilicet fracto cætera non læderentur; non fumidorum tranſpirationem; non partium diſcriminationem, non vaſorum ingreſſum, egreſſumque commemoro: propter quæ & multa & varia oſſa requirebantur. Satis licet cognoſcere cùm tàm multa ſint, quot dixi. adhuc ex tam magno numero ſic connecti oſſa, ut unum eſſe omnia videantur in unam quaſi ſceleti formam. ſive quidem ea continua ſint ſive contigua. Vbi verô contigua ſunt, bifariam componi dicuntur: nunc κατὰ ἄρθρον græcè, hoc eſt, per cardinem oſſium, (vulgò dicimus per articulum) nunc verò per coalitum, qui græcè ſymphyſis dicitur. Eſt autem per articulum jungi, ſive articulatio nil aliud quàm naturalis oſſiũ ſtructura, in quâ duorum oſſium extrema mutuò reſpondentia ſeſe tangunt. Contra ſymphyſis eſt naturalis oſſium unio, per quam oſſa quæ duo erant continuantur. Itaque differunt in eo ſymphyſis & articulus ſive articulatio, quæ tota articulationis natura in extremorum contactu ſita eſt: ſymphyſeos verò natura in continuitate.

Dearticulationis duæ ſpecies.

Dearticulatio laxa.

Hæc quidem duo prima & ſumma compoſitionis oſſium ſunt genera. Sed articulationis duæ ſunt ſpecies. Altera quæ laxa eſt duorũ extremorum oſſium occurſatio: propterea diarthroſis Græcis eſt dicta: nomen enim διὰ abiunctionem & laxitatem quandam hâc vocum compoſitione ſignificat.

Dearticulatio adſtricta.

Etymon.

Definitio.

Altera verò quæ cohærens, & adſtricta eſt adeò, ut nulla ſit intercapedo, quare & ſynarthroſis huic nomen eſt. Illud σὺν enim latinè cum, aut con græca præpoſitio arctitudinis, colligationis, & adhæſus firmioris eſt nota. Vt ſyncategorema, ſi diceres, aut ſymphoteia, ſyndrome, &c. Eſt ergo diarthroſis Galeno lib. de oſſibus articulorum, ſeu commiſſura naturalis inter ſe motum evidentem habentium. Vel ut definit Gorræus lib. definit. med. eſt oſſium connexio omninò laxior, ſic ut evidens, facilis, magnusque motus ſit: cuiusmodi in brachiis, manibus, pedibus habetur.

Synarthroſis obſcuro motu.

Synarthroſis verò (eodem definiente Galeno) eſt articulatio oſſium, quæ nec validè, nec manifeſtè, ſed obſcurè & difficulter moventur.

Dearthroſis & ſynar-

Porrò hic præmonendi videntur auditores mei, alias diarthroſeos, & ſynarthroſeos acceptiones generatim aliquando poſitas eſſe Galeno

tùm lib. de usu partium, tùm in comment. in libros Hippocratis pro omni videlicet ossium compositione ad motum voluntarium comparatâ.

Item illud sciri volo, hanc eandem articulationis speciem ab Hippocrate dici pro sarthrosi adnotante Gorræo, ac Sylvio. Deinde diarthroseos species sunt tres. Enarthrosis, arthrodia, ginglymos.

Sed enarthrosis est, cùm cavitas articulum recipiens admodum profunda est, caputque quod in eam inseritur oblongum. Eius pauca sunt exempla, ut cruris cum ischio, & fortasse tali cum osse scaphoide. Ita Gorræus ex Galeno.

Arthrodia est diarthrosis, in qua ossis cavitas articulum excipiens superficiaria est, caputque quod in eam inseritur humile atque depressum: ut in occipite, cùm prima colli vertebra in genæ inferna cum osse lythoide. Gorræus ex Galeno.

Ginglymos est diarthrosis, per quam ossa sese invicem ingredientia ita secum conjunguntur, ut unius caput in alterius cavitatem recondantur, & vicissim huius caput in illius sinum excipiatur. Est enim hæc diarthrosis plerisque ostiorum cardinibus similis, in quibus ferramenti utriusque (quod à Græcis propriè ginglymos appellatur) tùm eius quod parieti infixum est, tùm alterius quod ostio adhæret, pectinis mutuo implexu sese subeunt. Plura autem ossa in corpore ginglymo cõnectuntur, ut cubitus cum brachio, crus cum tibia, tibia cum osse tali, talus cum calce. Vertebræ similiter, quamquam, ut Galenus ait, in his quædam sit differentia, ut suo nos loco exponemus.

Sequuntur species Synarthroseos. Prima sutura sic dicta, quoniam est ossium compositio quædam consutis pannis similis, quæ in capitis ossibus visitur, & hæc duplex est, ut suo loco de capitis ossibus explicabimus.

Altera Gomphosis sic dicta, quod os ossi clavi modo infigitur: Hæc ferè dentium est propria. Dixique ferè, nam vult Gorræus per gomphosin quoque juncta quædam ossa dici posse in carpo, metacarpio, tarso, pedio, & aliis quibusdam partibus. Synarthrosis enarthrosi & arthrodiæ similes, sola motuum magnitudine ab ea differentes.

Tertia Harmonia ossium est compositio secundùm lineam simplicem, tum & rectam Gorræo; obliquam etiam & circularem Laurentio.

Dicitur autem harmonia à verbo græco ἁρμόττειν hoc capite cohærere, coagmentari. Enimvero mirum est quomodo tam simplici ossium compositione nihilominus coaptata & firma maneant duo ossa: quamobrem & translato vocabulo dictæ sunt harmoniæ etiam suturæ Galeno autore ad finem comm. 3. in l. Hippocrat. de offic. Medic. Junguntur

appellationes generales.

Arthrodia.

Ginglymos similis ginglymos cardinibus.

Species Synarthroseos prima sutura.

Gomphosis.

Harmonia secundum lineam cõpositio.

tur autem per harmoniam maxillæ superioris ossa, pars occipitis infima, ossa nasi, carpi, tarsi &c.

Symphisis unio naturalis. Adhuc Symphisis genus alterum subalternum compositionis ossium, dicta hæc est naturalis ossium unio propter fracturas ossium, quæ cum inducto callo coaluerint, haud secundùm naturam unita dicuntur, similiter & luxata sivè parum sivè omnino. Hujus duæ sunt differentiæ. Nam aliqua ossa sibi invicem connascuntur: alia materiæ alterius interventu. Quæ enim fungosiora molliora que sunt, mutuo inter se coalescunt, sicciora vero & duriora aliorum interventu.

Symphisis species. Rursus eorum quæ per alia coalescunt tres sunt differentiæ, Synchondrosis, synneurosis, syssarcosis. Synchondrosis quidem est ossium siccorum durorumque symphysis per cartilaginem. Sic pubis ossa cartilaginis interventu connectuntur, & ossa medii pectoris primis annis: ætatis namque progressu ea per quam uniuntur cartilago, ossis in modum indurescit. Similiter & ossium appendices in pueritia cum suis ossibus connasuntur glutinatarum cartilaginum beneficio.

Synneurosis est siccorum durorumque ossium coalitus nervorum beneficio. Nervos autem intelligere oportet non veros: siquidem nulla ossa istorum interventu coalescunt, sed tendines, ligamenta, & alia nervosa, membranosaque corpora. Nam & tendones, qui nervi etiam nomine continentur, sæpè ad articulos dilatati ipsos firmant; ligamenta quoque nervosa tibiam cruri, & crus ischio firmissimè alligantur.

Syssarcosis est duorum siccorumque ossium coalitus carnis interjectu. Hujus exemplum nullum, ut & synneuroseos, unquam se reperisse Fallopius ingenuè pronunciavit diffisus Galenicæ partitioni: quamobrem Galenum deserens, adhæsit Vesalio, qui similiter hæc duo portionis membra negaverat. Sed ne pro levi re clypeum mutes Fallopi. Siquidem enim ad dentes gingivarum tollis syssarcosin, quarum laxitate sunt isti mobiles, adstrictione stabiles: at quomodo non meminisse ossis hyoidis & scapularum, quæ non alia planè ratione, quàm per Syssarcosin agglutinantur corpori?

Per carnium enim colligatum musculos intellexit Galenus, carnes appellaverat Hippocrates 2. de carnibus. Pari autem ratione cùm nervorum inficiatur coalitum, ligamentales intelligit Galenus distinctione propositâ, quòd alij à cerebro nervi oriuntur voluntarii cognominationis, alii à musculis tendines, alii ab ossibus copulæ appellati.

Hæ universæ syntaxeos ossium Galeni fuere partitiones. Cæterùm quæ semper magna adversus hunc fuit invidorum Anatomicorum insultatio: in hac quidem r: fuit singularis maxima. Quippe hinc illum exercet

exercet Vesalius, hinc Columbus & qui utrisque succenturientur etiam, non desunt.

Certè Vesalius Galenum in proposita articulationis divisione sic arguit, primò quidem contradictionis; siquidem synarthrosin definiens dixerat articulationem hanc esse ossium, quæ obscurum & difficilem haberent motum: mox verò huic generi sic definito substituit species, quæ cum nullo unquam sunt motu: sutura inquam gomphosi harmonica. Hæc quæ ad synarthrosin.

Quod verò ad symphysin; Galenum insimulat falsi, quòd scripserit ossa mollia & fungosa præter medium uniri; sicca autem & dura ut uniantur opus habere. Contrà enim objicit Vesalius, ossa pubis & maxillæ pueris certè sunt mollia, attamen cartilagine intercedente coalescunt. Grandioribus verò natu & senioribus, cùm duratæ per siccitatem sint tùm cartilagines, tùm ossa, nihilominùs absque medio coalescunt. Adhuc negat constanter Vesalius uniri aliquandò ossa per cartilaginem, uniri per carnem.

Quas ob causas cùm non placeat Galeni partitio, novam commẽtus est Vesalius perperam à Galenica concussam transformatamque, dicens, ossium structura vel cum motu est, diarthrosis dicta: vel sine motu synarthrosis appellata. Diarthrosis duplex; altera cum motu evidenti: cuius species sunt enarthrosis, arthrodia, ginglymos, vel cum motu obscuro, cuius totidem sunt & similes species, enarthrosis, artherodia ginglymos. Synarthroseos quatuor sunt species: sutura, gomphosis, armonia, symphysis. In his autem speciebus omnibus committuntur ossa vel sine medio cùm mollia sunt & fungosa, vel medio quodam interveniente, quod est cartilago, ligamentum, caro. Hæc Vesalii fuit partitio, (si Diis placet) Galenica probatior atque præstantior. Differens tamen à Galeno in his, &c.

Quæ tamen Vesalii sententia, ut & æmulatorum mos neque Columbo placuit: quin hanc, & Galeni alteram pariter evertere conatus est. Galenicam quidem tùm propter à Velasio productas causas contradictionis in synarthrosi, tùm quòd in symphysi nonnulla contendat esse à vero dissentanea, denique quod vel manca & mutila sit eiusdem divisio, vel perversa. Quùm enim, inquit, articuli omnes ligamentorũ ope uniuntur, vel hunc, Galene, modum unitionis omisisti, vel ad symphisin retulisti: referri autem ad symphysin ea quæ sunt articuli non possunt: quia articulus & symphysis sunt contraria. Ergò.

Adhuc asseruisti, fungosa & mollia nullius rei interventu connecti: at nos apertè videmus, ossa, quæ sternum & quæ sacrum constituunt fungosa cæteroquin & mollia per cartilaginem uniri. Ergò

Præterea in lib. introductorio medicinæ maxillæ superioris unitionem sub symphysi posuisti: in lib. verò de ossibus ad armoniam retulisti: igitur aut tibimet ipsi contradixisti, aut artis tuæ vocabula cõfudisti.

Ad summam variæ sunt articulationis species, quæ nec ad diarthrosin tuam, Galene, nec ad synarthrosin abs te traditam referri queant. Etenim costarum ad vertebras carpi, & pedii ossium articulatio est te authore diarthrosis; siquidem haud manifestus est eorundem motus: non etiam synarthrosis, quandoquidem non per suturam, non per gomphosin, neque per harmoniam articulantur. Ergò.

Itaque re hac sic adversus Galenum composita, visus est sibi Columbus triumphare posse, si novam ipse Syntaxeos rationem comminisceretur. Commentus est autem hanc à Galenica detortam ad hunc modum. Compositionis ossium duplex est ratio. Articulus, Symphysis. Articuli duplex genus, diarthrosis synarthrosis. Diarthrosis tres sunt species: Enarthrosis, arthrodia, ginglymos: eædem item numero pares sunt & synarthrosis: nisi quod hæ cum motu sunt obscuro, illæ verò cũ manifesto. Sed symphysis tres sunt formæ; sutura, gomphosis, harmonia. Committuntur autem omnia invicem ossa synchondrosi, syssarcosi, syndesmosi, hoc est coalitu cartilagineo, carneo, ligamentali.

Hæc Columbi fuit nova ossium coordinatio, à Vesaliana differens in eo, quòd Vesalius diarthrosis genus alterum fecit cum motu manifesto, alterum cum obscuro: Synarthrosin verò omnem prorsus motus expertem. Sic suturam, gomphosin, harmoniam, symphysin immobiles quatuor species descripsit. Ex adverso Columbus diarthrosin unicum genus posuit cum motu manifesto: Synarthrosin verò genus earũ quæ cum motu obscuro sunt articulationes. Adhuc symphysin Columbus genus fecit ad immobiles tres compositiones, quàm Vesalius fecerat speciem unam ex quatuor immobilibus. Postremò nullam sine medio corpore conjunctionem ossium fecit Columbus, sicut fieri quampiam voluit Vesalius. Ita sunt scilicet isti homines in oppugnanda veritate concordes, neque concordes tamen in proponendo falso. Quem quidem istorum errorem tempus est ut jam detegamus, ut hac re confectâ, commodè in Galeni defensionem deveniamus. Interim enim tanta visa sunt hæc objecta plerisque, ut L. Fuchsius Galeni vindex amicusque in omnibus fidelis, desetuerit in hac re facilè; ad excusationem autem levitatis hoc producit, quod liber is non sit Galeni, aut si sit quidem, in multis appareat corruptus. Fallopius, qui & ipse studiosus fuit Galeni, in hujus symphysi offensus est comment. de ossibus: in lib. verò observat. nonnihil ab eo circa hæc dissentit. Alii denique dixère curiosum vocabulorum

lorum studium non fuisse apud veteres in explicandis articulis, atque lites & controversias illas de nominibus aspernatos esse. Nihilominus ne videantur hæc diffugia potiùs, quàm vera & legitima defensionis argumenta, monstrabo equidem perspicienter, & quàm clarissimè solidissimã esse Galeni doctrinam, sibique & vero maxime consentaneam: contrà verò futilia duorum excogitata & inanes calumnias ergà præceptorem Galenum. Riolanus anthropolog. 617.

Primùm enim Vesalius, qui tantus animadversor fuit Galeni, neque animadvertit ipse articulationis se naturam ignorare, dùm articulationes vehementer adactas strictasque ut exiguum subsit ad motum spacium, quales sunt articulationes tarsi, carpi, costarum, ad diarthrosin refert: cum vel ipsum nomen diarthrosis refragetur, quòd laxam tantũ articulationem denotet per illud διὰ quod separationis & abiunctionis est nota: at in ossibus carpi, tarsique, & costarum non laxa, sed stricta est articulo adeò, ut obscurissimus sit eorumdem motus. Deinde magis in symphysi falsus est, dùm hanc ad synarthrosin refert; quæ duo etiam atque etiam diversa sunt atque longinqua. Estque symphysis eorum quæ contiguitatem habent; contrà synarthrosis eorum quæ contiguitatem, non continuitatem. Itaque Vesalia ruditate nulla maior: nam quæ maior est ignoratio quàm nominum, vocumque artis?

Post Vesalium venit & alter argutator coarguendus Columbus, non tàm quàm coluber trilinguis: qui nequicquam sapere deprehenditur, dùm legitima & recta damnans, falsa & absurda proponit. Falsum quippè est articulationis omnem naturam in motu consistere: id enim statuere videtur hic homo, dum illam in partem unam evidenter mobilem, & in alteram nullo motu participem dirimit. Profectò scire debuerat subtilis homo id tantum ad articulationis naturam spectare, ut ossium extrema structuræ quodam ingressu congressuque forent distincta; sivè motus intervenirer, sivè secus. Id enim verè sonat arthron græcè nobis articulus. Quod autem Galenus diarthrosi & synarthrosi motus hos aut illos tribuerit, id fecit, ut commodè distingueret easdem articulationes per propria quædam accidentia, quæ magis minusque participarentur ab his. Et quod majoris momenti est, hi motus redundantes deficientesve neque ab extremorum ossium conformatione dependent: sed à laxitate pressuque eorundem extremorum. Quamobrem intelligitis jam aliam esse articulationis rationem essentialem, aliam motus circumstantias in articulatione ipsa; Columbum errasse, qui motum præcise attendit in articulorum conjunctione, non conjuncturam ipsam.

O quàm benè articulationem utramque expresſit Hippocrates, cum 2. de articulis ait: maxilla immota manet, quia συναρθρῶται, non autem διαρθρῶται, hoc eſt, ſtricta urgetur commiſſura non laxa. Immobilitatem quippè & motum poſt ſtructuram conſideravit. Rurſus fallitur Columbus in ſymphyſi, quod hanc genus facit ſuturæ, gomphoſeos, armoniæ. Porrò ſymphyſis (quod & nomen ſonat) unitas quædam & coalitus duorum osſium, quem coalitum utique non obtinent ſutura, aut gomphoſis, aut harmonia; ſed ſolam compoſitionem atque adhæſum. Præterea Symphyſin non rectè privat motu, cùm ſynneuroſis in laxa articulatione frequens ſit. Vide Laurent.l 2.q.7.

Jam igitur opinionibus confutatis: reliquum eſt, ut ea quæ adverſus Galenum objiciunt, diluamus, confirmemusque eos, qui in hac Galeni doctrina titubarunt, hæſitaruntque. Primò enim quod ad Symphyſin pertinet, nulla ſunt tum quæ Veſalius, & cum eo Fallopius, tum quæ Columbus producebat. Exempla enim ſpecierum ſymphyſis, quæ Bruxellenſis & Mutinenſis dicebant ſibi incomperta eſſe, nos iſtis expoſuimus: quamquàm ubi mens Veſalio aberat, qui ſynneuroſin & ſyſſarcoſin inficiatus, has poſtea diſſimulare in ſua ſyntaxi osſium non potuit. Cui cum arguit, oſſa ſenum ſicca & dura ſine medio coaleſcere, negate vos ſtatim, hunc dici coalitum, ſed arctam & preſſam duorum intruſionem, ut duorum lignorum apta junctura, quæ forti compreſſu non appareat. Tametſi neget Ingraſſias de oſſibus numero 21. eſſe ſine medio. Adhuc autem cum objicit Columbus, oſſa puerorum alioquin mollia cartilaginis interventu coaleſcere pubis ſcilicet & maxillæ. Reſpondete, Galenum oſſa conferre inter ſe, etſi enim oſſa puerorum omnia ſint mollia, nihilominus ſunt alia aliis molliora aut ſicciora, atque hæc medio indigent, illa ſecus. Quod vero ad oſſis ſterni & ſacri Synchondroſin ſive virorum ſive puerorum objectam à Veſalio, Reſpondete cum Riolano cap. de ſymphyſi Galenum agere de osſibus adultorum, in quibus oſſa quæ in pueritia erant diviſa, coaluerunt non apparente medio obliterato, quod imaginari tamen oportet.

Quod ad articulationem verò, ſciendum eſt compoſitionis osſium varias differentias aliis autoribus ſumptas à varietate motus: aliis à varietate ſtructuræ: aliis à varietate connexionis. Hanc ſequutus eſt Avicenna, cum ſcripſit, alia oſſa habere compoſitionem laxam, in qua ſcilicet eſt motus evidens; alia ſtricta, in qua nullus; alia media, in qua obſcurus. Galenus vero compoſitionem osſium diſcrevit tum penes motus, tum penes ſtructuræ varietatem: licet compoſitionis osſium legitimæ differentiæ potius à ſtructura, quàm à motu ſint deſumendæ: tum

quia

quia figura vera est compositionis differentia, tum quia motus est consequens. His ergò præmissis, dico, absolutissimam esse Galeni traditionem hanc: & quum est in synarthrosi omnis controversia, dico & hanc rectà à Galeno propositam esse. Nam si acutè spectemus, sunt synarthrosis binæ à Galeno propositæ differentiæ. Prima synarthrosis quædam obscurum habet motum, cujus totidem cum diarthrosi sunt species; enarthrosis, arthrodia, ginglymos: secunda, quæ nullum habet motum, cujus tres sunt species; sutura, gomphosis, harmonia. Hanc autem Galeni sententiam esse ostenditur tum rationibus, tum ejusdem autoritatibus. Ratione quidem: nam cum compositiones ossium differant vel per motum, vel per structuræ varietatem, si synarthrosis à diarthrosi non differt nisi motus quantitate, ut Galenus tradidit initio lib. de ossibus, & lib. de dissect. muscul. c. 22. sub F. & cap. 13. l. de ossibus: ergo signum est, apud Galenum structuram eamdem utriusque generis esse: sed diarthrosis structura est enarthrosis, arthrodia, & ginglymos: ergo & synarthrosis eædem erunt.

Ab auctoritatibus vero & exemplis Galeni probatur, quia c. 13. l. de ossibus Galenus in synarthrosi arthrodiam describit, dicens: singulæ costarum cartilagines in tuberculum, desinentes in singulorum pectoris ossium glenem committuntur: & l. de usu partium c. 8. loquens de compositione carpi cum metacarpii ossibus, dicit. Quatuor in hac parte videbis cavitates parvas ordine sibi invicem succedentes meta carpii ossibus, quo in loco arthrodia synarthrosis describitur. Similiter cum 24. cap. lib. de ossibus, de tali osse loquens, anteriores ejusdem partes per rotundum caput ex oblonga cervice enatũ, connecti cum scapheide quod cavum est, quæso vos, quid hoc est aliud, quàm enarthrosia synarthrosis. Denique ginglymum in synarthrosi reperiri facile apparet in malleo cum incude osiculis meatus auditorii. Hæc, diceris, vera sunt: at quando tamen Galenus has tacuit synarthrosis differentias obscurum habentes motum? Respondeo brevitatis & compendii gratia in lib. alioquin ad memoriam confecto pro tyronibus, quippe eo præmonito quod diarthrosis & synarthrosis quantitate motus differunt: promptum erat intelligi, si motu tantùm differunt, structuram habere eandem. Veluti si dixero, statua hæc plastica non differt ab illa marmorea, nisi in materia, argumento erit esse ejusdem opificii utramque. Vel dic cum Ingrassia, mutilum esse textum Galeni. Hæc & alia plurima possem pro hac re demonstranda producere: verum his contentus, quæ satis superque sunt, cætera mitto libenter studio brevitatis. Interim quæ Vesalii vanitas, quæ Columbi garrulitas, videtis, simulque & quomodo tum horum fri-

volis objectis satisfacere, tum aliis plurimis possitis. Denique quam leves fuerint Fallopius, Fuchsius, Valverdus, & alii qui facile Galenum in hac re deseruere. Ingeniosissimos homines Philippum Ingrassiam, ejus auditorem Julium Jasolinum præceptorem posteà meum, & Hieronymum Fabricium ab Aqua pendente: qui veritatem hanc in Galeno perspicuè cognoscere, ac defendere potuere: quorum scripta legite.

DEO SIT HONOR.

Finis Disputationum de Ossibus 14. Ianuarii, 1621.

VESALIVS.

Conjunguntur ossa omnia.

Cum motu.	*Sine motu.*
Diarthr.	*Synarthr.*
2.	4.
Cum manif. enar. Arth. Ging.	*Sut. Gomph. Harm. Symph.*
Cum obscuro enar. Arth. Ging.	

Conjunguntur autem medio, sine medio, &c.

COLVMBVS.

C. O. O.

Cum motu.	*Sine motu.*
2.	*Symphisis.*
Diarthr. Synarthr.	*Sutura Gomphosis*
Vtriusq.	*Harmonia.*
Enar. Arch. Gingl.	

Conjunguntur autem medio, &c.

Index rerum notabilium, cuius primus numerus dicit Epidocham, alter paginam, tertius paragraphum.

Hypo-

FINIS.



BARTHOLOMEI CABROLII,

Monsp. Acad. Anatomici Regiiq; Chirurgi Observationes variæ.

OBSERVATIO PRINCEPS.

Venæ portæ radices in intestinis esse, ramos vero in hepate quàm multis rationibus tùm Hippocratis & Galeni authoritate comprobatur.



Adices venæ portæ esse in hepate, ramos per mesenterium, intestinaque diffundi adeò omnia anatomicorum theatra personuit, ut si quis in alia abeat omnia is sensu communi carere videri ipsis possit: mihi tamen libet hic omnibus esse contrarium, & nî fallor licet. Quid enim? nonne ut arbores radicum, quas ideo Plinius succibibulas indigitat, ut ita dicam, humorem ore bibunt alimentitium; ita jecur chylum à meseraicis haurit: ut meritò credamus ejus venæ radices in intestinis esse, ramos vero in ipso luxuriari hepate. Hæc sanè Galeni Medicorum in sexto de placitis Hippocrat. & Plat. sententia videtur. Si enim radices in hepate sunt, rami verò in intestinis jam arborem everterimus jam rami sugent, chylumq; trahent, radicibus jejunis, quo quid ineptius? Vanissimè etiam Hippocrates, huic portæ nomen fecisset, si per ramos radicibus portari pabulum credidisset. Ineptissent etiam, qui eam manum hepatis cognominarunt, quod instar manus chylum jecori porrigat, nisi dicamus chylum à radicibus mesenterio infixis sursum pellici. Hæc argumenta tantum apud me possunt, ut mihi persuadeant & in venis & per venas sanguinem fieri:

h cùm

cum & in venis mesenterii nemo unquam tam oculatus fuit, ut quicquam præter sanguinem viderit. Et quia Galeno sexto de formatione fœtus venæ priores sunt parenchymate: cum & Spermaticæ partes sint, & à natura priores visceribus omnibus conformentur. Hæc etiam ejus, qui librum de Anatomia vivorum contexuit, opinio est. Omnis enim pars inquit, componens Composito prior est, at hepar fibrarum plexibus labyrinthi instar, texitur. Ergo priusquam sit hepar, sunt venæ, & quod hinc sequitur, sanguis fit à venis, cum & prævida natura radices venæ portæ intestinis inseruerit, non autem hepati, ut hactenus creditum, & forte credetur. Quis enim

Tàm veteres avias subito de mente revellat.

OBSERVATIO II.

Nervos sensilem & conspicuam cavitatem nullam habere docuere Hippocrates & Galenus, ne quis igitur miretur, si cum illis asseram animalem Spiritum arteriis non nervis contineri.

NERVI meatu sensibus obvio destituuntur, contra quàn quibusdam placet. Soli enim compacti durique sunt, maxime cùm longius à cerebro abeunt, nec aliud quo eos à venis arteriisque secernamus occurrit, nisi hæc cavitatis carentia. Miror itaque quid iis in mentem venerit, qui animalem spiritum nervis ut canali perferri voluerunt, cum nihil appareat, quod corpori huic transitum præbeat: propius vero puto Spiritum animalem semper arteria, individua nervi comite contineri, nervumque arteriæ pro fulcro esse. Causa curita credam est, spiritus animalis præparatur in reti admirabili Galeni, qui à tenuissima spiritus vitalis parte per carotidas in illud rete delati, inde per easdem arterias summum cerebri ventriculum pervadit, ubi in plexu choroide perficitur, demum tertium quartumque ventriculum per eosdem subit meatus, nec alibi fines arteriarum quam in cute invenies. Nec rationi consentaneum videtur spiritum extra arterias ferri ut in ventriculos cerebri excrementis semper lutulentos quasi in cloacam se dimittat: Ibi enim frigore rigeret, densareturque, sensuique juxta ac motui inhabilis fieret.

OB-

OBSERVATIO III.

In qua rationibus, authoritatibus & experientiis denegatur testibus, vim σπερματοποιητικὴν *adesse.*

PENITIVS hominis membra dum rimor magnus, mihi scrupus aliquando injectus est, de testium natura & viribus. In testibus enim semini ultimam imponi manum tàm certum plerique habent, quàm quod certissimum, mihi id non incertum modo, sed & falsum esse persuasissimum est: cum quod nulla spermaticorum vasorum, seu præparantia seu deferentia sint, ullatenus testes subeant, tùm quod Aristotelem ut in naturalibus semper, ita & hæc verum vidisse autumem, cui testes non nisi pro ponderibus sunt, ut epididymides in æquilibrio teneant, facilioremque viscoso alias nec facile fluxuro semini viam faciant, ut textorum in Officinis appensos videmus temini Capides, quo subtemini faciliores sint alterni recursus. Addo serosiorem seminis partem exsugere, ut ei prolificam vim augeant. Neque negaverim in parastatibus vasorumque Cabyrinthæis anfractibus elaborationis seminis principia jaci demumque in prostatibus perfici, perfectum autem hinc inde cellulis octonis, novenisque, quarum singulæ venereum unum telum, ubi conflixeris, emittant, contineri. Jam verò in testium substantia semen non perfici argumento est, quod nemo in iis cavitatem unquam insignem, huic tamen rei pernecessariam observarit: Omnes eos fibris, pilorum instar, multoque sero plenos videmus: omniaq; vasa spermatica integris testibus à corpore revellimus. Cum ob hæc argumenta, omnium que autoritatem fluctuarem, accidit anno 1564. quod me in vado collocaret. Erat eo anno Monspelii Dominus Mommorancius, ex cujus stipatoribus cum cuidam vim faceret Virgini, Mommorancius ut fortè illac iter faciebat, audito matris clamore, reque intellecta, hominem ut erat ipso momento è fenestra suspendi juber, cada ver ejus theatro anatomico illatum. Aderant D. Saporta, Feynes, Joubertus, præsidebat D. d' Assas, omnes medicorum ævi nostri phænices. Ecce cum ad genitalia ventum stupratorem illum Plauti joco intestatum, hoc est testibus carentem tàm exterius, quàm interius invenimus. Cellulas tamen illas in eo venereos in usus arma promturas, ut in aliis notavimus. Hic omnibus rei novitate attonitis, quæstio agitari cepta, num testes generationi serviant. Negabam ego. Cum mihi Saporta, Cedo mihi Eunuchum qui genuerit? Respondi, eunuchis vasa præparantia, deferentiaque

rentiaque exsecta, quo minus mirum si soluta cellularum continuitate, nihil eis invehatur. Demum planè me confirmavit, quod Bellicadri accidit. Oblatus mihi illic, 22. annos natus adolescens, quem quia parentes intestabilem natura deprehenderant, matrimonione an ecclesiastico statui addicerent, dubitabant. Adhibitus ego in consilium, autor ei fui in leges ut maritas descenderet, dictum, factum, postuerta prosa, nixisque omnibus faventibus. Vivit etiamnum jamque complures genuit filios, testatutos mihi sine testibus se genitos.

OBSERVATIO IV.

Nervos opticos non ab anteriori ut hactenus creditum est, sed à posteriori cerebri parte nasci certum est.

MULTI dum superficie tenus tantùm rem tractant anatomicam & falluntur ipsi & alios fallunt, quis hactenus negavit opticos nervos ab anteriori cerebri parte nasci? Id verò ego nunc pernego, ajoque à posteriori prope cerebellum prodire: quod si oculatius, inverso prius cerebro, quæsieris, verum esse, tute ipse fatebere. Ego sane in oppido Pezenate id evidentissimè ostendi coram D. Connestabulo, ejusque medico Crassoto, viro doctissimo, puellam 22. annos natam cum dissecarem.

OBSERVATIO V.

Consensus aurium & Laryngis.

NERVUS quinti jugi cum per anfractus auris ossi petræo se immisit, priusquam tympani regionem pervadat, in duos abit ramos, quorum alter satis magnus, alius exilis valde. Ex magno dilatato instar membranæ fit tympanum: Alius inferiora pervadens, & quasi comes illius, qui ex sexta conjugatione derivatur, inseritur propriis laryngis musculis, quorum origo à parte superiore laryngis, insertio in inferiorem: contra quam est eorum qui à parte illius inferna orti, superiori implantantur, & nervulos à recurrentibus suscipiunt. Unde ratio desumi potest consensus illius aurium cum larynge, & cur immisso profundine in aurum auriscalpio, tussis excitetur.

OB-

OBSERVATIO VI.

Nova pori Cholidochi insertio, lienque mole & pondere horrendus.

SECANDO Comitem Ausumondianum, duo raritate commendabilia offendimus, primum porum Cholidochum, alias in ecphysin se exonerantem, proximè pylorum egressum habuisse, ita ut non minus ventriculo quàm intestinis bilem transmitteret. Quæ causa illi fuit, cur sæpius nausearet, vomeretque & quod hinc sequitur, aluo esset duriori: Natura enim nativo suo clysmate seu Rhabarbata orba, cum nihil expultricem irritaret, desidebat, unde subito Cholera diem finit. Alterum fuit. Lien quâ mole, quâ pondere visendus, amplius enim quinque libras pependit. Insuper omnibus quibus adnecti debuit ligamentis solutus erat, ideoque natabat per totam ventris cavitatem.

OBSERVATIO VII.

De quadam muliere quatuor mammas utrinque geminas easque lacte madidas gestante.

ISABELLAM Masel spectata probitate fœminam primis nuptus D. Sabourino Narbonensi medico, quatuor vidi gestare ubera utrinque gemina, omnia lac fundentia: quodq; notatu dignissimum, liquidissime patebat ramos mamillarum ab axillaribus oriri, non autem à substernica, ut quidam malè autumant; hæc enim nec trigesimam ejus, quæ in lac verti debet, materiæ partem suffecerit: Verum est substernicam soli sexto respirationis musculo nutriendo natam & parti superiori longitudinalium, in transitu mammis ramum capillarem transmittere, sed non tantum, qui lacto generando satis sit. Sunt & qui putant substernicam matrici communicare per hypogastricam: quia in re natura mirum in modum mihi genio indulsisse videtur, cum tam viris, quàm fœminis largita sit, cum tamen viris matricem, mamillasque lactiferas negaverit.

OBSERVATIO VIII.

De forti & longo musculo baltheum æmulante.

ACCERSITUS à piæ memoriæ D. Gryphio Medico Monspeliensi, ut servum, quem veneno periisse suspicio erat, secarem, ubi ad thoracem ventum est, dum externas primum partes aperio, reperi sub cute, ac

adipe, Fortem longumque utroque in latere musculum. Emergebat à superiore sterno, & parte claviculæ, ubi cum sterno jungitur. Inferebatur spuriarum costæ extremæ, instar balthei: longus duas spithamas, figura subrotunda, latus digitos duos fortibus munitus tendonibus.

OBSERVATIO IX.

A melancholia hypochondriaca juvenis quidam utriusque Juris Doctor astu ad tempus liberatur, fraude enim cognita in eundem affectum brevi relapsus est.

DOMINVS Hucherus, Varandæus & magister Gatiel, una mecum consilium inière de liberando à melancholia hypochondriaca, adolescente quodam Moyse de Marnas jure perito, cui inter cætera deliria hoc sedebat, immittendum ano cultrum rasorium toto cum manubrio, nec enim aliter fœces excerni posse. Itaque in dies bis, terve elegantem hanc sibi supponebat glandem, copiosumque sanguinem profundebat: neque nos alia omnia suadentes audire volebat, imò nobis videntibus attonitisque, sequo diximus modo lancinabat, rogatque ut exulceratam carnem cauterio inuramus. Ipse sibi matricis speculum immittit, eoq; tantopere dilatatam, ut nobis intestini horrenda vulnera in oculis essent: nos ut eum ad saniorem mentem duceremus, duobus præparatis cauteriis, candenti altero, altero tepido, priore astu subtracto, hoc immisimus. Hic ille quasi ignito tangeretur vociferari, mox convalescere, totamque hebdomadam mente constare: Demum fraude, relatione adstantis cujusdam studiosi cognita, in amentiam redit.

OBSERVATIO X.

Erisicthonea voracitate corripitur hic æger propter stomachi & intestinorum vitiatam figuram.

D. Jobertus & Magister Gilbertus Casanova, cui operam meam in tonstrino locabam, acciti ut Firminum Chaudonem Ictericia extinctum secaremus: duo in eo portenti similia reperimus: primum porum Cholidochum immani magnitudine ad hepar, ad intestinum verò meatu capillari: hinc excrementum præcluso transitu, jecur repetebat, ac inde per cavam in universum se corpus effundebat. Quæ res flavitiei ejus frigositatique causam dabat, etsi corpore omnibus aliis esset procerior. Jam verò voracitate erat Erisictonæa, cui causam præbuit quod nec

nec ſtomachi nec inteſtinorum ullam habeat figuram proportionatam, præter oeſophagum, qui ſe amplæ inſerebat capacitati, maximæ cucurbitæ fundo ſimillimæ, quæ ad latus dextrum, ſub magno hepatis labo, prope cyſtim felleam, involucrum faciebat, ſurſum tendens, retinendo diutius alimento, nec enim pylorus ullus erat: unicum deinde à pylori loco ad anum inteſtinum erat, ſine ullo anfractu, cumque aliorum inteſtina quatuordecim æquent ulnas, huius vix ad quatuor Spithamas accedebant, in forma literæ S. ſed craſſitie erant immani. Meſenterium etiam ingens erat Meſaraicis refertiſſimum: reliqua optimè ſe habebant, vixit annos 40.

OBSERVATIO XI.

Tutò cornu à fronte reſecatur.

COnvenit me Monſpelii Johannes Guy carminator, ſciſcitatur tutone à fronte cornu nuper natum poſſem reſcindere. Erat cornu ſiniſtro in latere, ſub pilis aliquantulum: hæc res anxium me habuit: tota enim baſis oſſi adhærebat, longitudo dimidiati erat pedis, craſſities pollicis, figura inæqualis, qualis in agno ſemeſtri; victus tandem patientis cornuti precibus ſerra abſtuli cornu, cumque aliter ſanguis ſiſti non poſſet, ferro uſſi, eſcharam induxi, mundavi, carnem cicatricemque adduxi. Dominus Reynac cornu mihi precibus extortum in aulam miſit, additis literis, quibus ab affine ſuo doceri cupiebat, Aulicine cuculi ſimilia ferrent cornua Monſpelienſibus.

OBSERVATIO XII.

Melancholicus D. Rondeletii induſtriâ ſanæ menti reſtituitur.

MElancholia quidam laborans hypochondriaca, ratus ſe veneno potatum, Rondeletium ſalutis cauſa acceſſiit, ajebat bolum laryngi adhærere, eo ſe in omnia momenta præfocari: Rondeletius, ut erat ingenio ſagaci, pillulam ex ſpongia cum ceræ fruſtulo paratam, filoque annexam, immitti jubet, quâ non multo poſt cum pituitæ ſanguinisque vomitu reductâ, ratus ille una venenum excidiſſe bolum, mentem valetudinemque recepit.

OBSERVATIO XIII.

A ventris inferioris vulnere transversim scinditur colon, per quod deinceps alvus se semper exoneravit.

D. Philippi præses Curiæ Monspeliensis multis mecum egit precibus, venirem curaturus Dominum Philippi de Montagnac, qui ad castra Monspeliensium bombarda ictus, in domum Domini Baronis de Castres delatus erat. Ictus erat sub osse Ilii, ad costas spurias lateris sinistri, exibat ad os pubis, rursumque in femur dextri lateris se immittebat. Ad vulneris labia, reperi colon transversim sectum omninò, omnibus, quæ illi unquam in mentem venerunt suturis usus sum, frustra labiis nimium distantibus. Itaque quod necesse erat, fistulam contraxit, unde foramem illi ad instar ani gallinacei remansit, per hac ventris onus emittit, eoque quo alii per anum strepitu pedit. Cætera sanus est, nec quicquam è tanto metu mali reliquum, quam quod cum per podicem omninò egerat nihil, multis illi perpetuo opus pannis, ut invito ipso egredientia stercora excipiat. At propter fœtorem vix ab adstantibus ferri potuit.

OBSERVATIO XIV.

Ren unicus in dissecto cadavere inventus.

UNum tantum renem in cadavere Domini Feynes Monspeliensis professoris reperi, optimè venis suis, arteriisque emulgentibus compositum, vereres nonnihil solito latiores, unus enim duorum munia obibat necessariò, ex altera parte tenuum, vreterisque nec nota nec vestigium, uno priusquam diem obiret mense, servum ejus ferro extinctum secuimus, qui & ipse unum tantum renem habuit, sed mole incredibili. Incumbabat vertebris lumborum, ac ex utroque latere dextro sinistroque infixæ erant venæ, arteriæque emulgentes, sic ut unus ren officium faceret duorum.

OBSERVATIO XV.

Lienes duo venis arteriisque referti in cujusdam adolescentis cadavere reperti.

VEnit ad Officinam meam anno 1560. dissolutissimis moribus adolescens Joannes Aurias, frigus erat tantum quantum ex eo non memini, tum ille ad me ecquid, inquit, tempus hoc sectioni aptum? aptissimum inquam, si modo Magistratus furem aliquem quorum tanta hic copia quanta muscarum cum caletur maximè, in crucem ageret. Cum ille,

ille, bono animo es, cras materiam tibi sectionis præbebo: dixit, simulq; stricto gladio (nox erat) egreditur. Egressum inimicus, qui ex insidiis ad fenestram sermonem ejus hauserat, excipit, gladiumque per ventrem exigit. Concidit exanimis Aurias. Altera, ut præsagierat luce, theatro secandus infertur. Duo illi lienes erant bellissimi, singulis suæ arteriæ venæque. Et quidem hæmorrhoidalis maxima, è medio liene progrediens: hinc quicquid erat humoris melancholici excernebatur: nec unquam per omnem vitam tristitiæ multum se dare visus, Jovis non Saturnius pullus.

OBSERVATIO XVI.

Cerebro pilâ Sclopi majoris vulnerato vox sensus, motus & memoria periêre, pilâ sublatâ symptomata omnia evanuêre.

DOmino Mommorancio Narbonam obsidente, Italus ex centuria domini Luquisse, Sclopo majore, mousquetam vocant, ictus est in bregmate, impetu maximo, ita ut pila in duas abeunte partes, una cerebro infigeretur, altera in terram cadente, momento illi vox, sensus, motus, memoriaque periêre biduò, cum improbo labore officula fracta evellerem, pars cerebri mole amygdali effluit, quæ causa fuit, ut arcendo huic fluxui laminam plumbeam, os inter duramque matrem, ponendam censuerim. Hanc triduo cùm gestasset, vidi inter cranium duramque matrem pilæ infixæ partem, quâ blande eductâ, vox subito reddita est: sed repentè gravissimis duobus cœpit conflictari syptomatibus, paralysi ejusdem partis, & convulsione oppositæ, quibus etiam post curationem toto semestri eoque amplius vexatus est: paulo ante M. Lauthierus Chirurgus Monspeliensis, alium eodem modo ictum, iisdem correptum symptomatibus, percuravit.

OBSERVATIO XVII.

Emendicato à quadam striga auxilio adversus febrem quartanam in satyriasim incidit æger, à qua mors brevi subsecuta est.

AVenionem evocatus, ut quendam majori in fœmore, Sclopo ictum curarem una cum Joberto, Guillemeo, & aliis è diverticulo ad hominem enormi laborantem satyriasi visendum accessimus. Res ita habet: Laborabat quartana æger, in qua profliganda strigæ auxilium petierat,

quæ illi poculum ex unc.j. seminis urticarum, Cantharidum semiunc.iß. sesquidrachma ceparum, aliisque concinnarat: hinc ita exarsit in venerem, ut uxor ejus per omnia sacra dejeraret, se ab binoctio octuagies septies initam, interea sæpius in lectum semen effudisse, imò nobis adstantibus brevi momento ter se polluit, pedem lecti pro fœmina subagitans: hinc in stuporem versi quicquid fieri potuit remediorum adhibuimus, sed ipse paulo post libidinariis pollinctioribusque cessit: huic affine est, quod mihi D. Chauuel Avenionensis Doctor ajebat, ille annis abhinc 32. evocatum se Caderousam ad hominem eadem satyriasi correptum in limine domus obvia fit uxor de præpostera libidine rarum in mulieribus querelæ genus, mariti expostulans, quadragies illum una nocte hortum suum fodisse, simul laceram nimio attritu ostentabat vulvam: remediumque dolori juxta ac calori quærebat. Simili potione malum æger contraxerat, quam præbuerat mulier Xenodochio ancillans, tertianæ arcendæ, qua hic in tantam amentiam versus fuit, ut catenis obsessi instar ligandus fuerit. Aderat cum Domino Chauuello sacerdos, qui cum verbis hominem solari vellet, rogabat uti se deliciis istis mori sinerent fœminæ cum linteo, oxycrato immerso cinxere: manè mortuus hianti ore membroque gangræna corrupto inventus ridenti similis est, rictu quem sardonium vocant.

OBSERVATIO XVIII.

A profundiori jecoris vulnere ægri duo sanitati restituti sunt.

ITalus quidam sub vexillis D. Mommorancii merens, hypochondrium dextrum gladio acutissimo transfoditur, vulnusque in profundam jecoris ipsius partem ferebatur. Multum fluebat sanguinis cui cum satis exitus non pateret, cavitatem ventris implebat. Sequuta tanta putrefactio, ut qui fœtorem ferre posset, esset nemo: plures itaque in consilium ivimus, omnibusque visum est, patentiorem meatum exituro sanguini facere. Et quia pars in grumos concreverat, longis cochlearibus eduximus, peluesque aliquot implevimus, interim bis, alias ter singulis diebus, donec perfectè curatus est. Idem mihi narravit Dominus Rœhus Tarraconensis Chirurgus, meus olim discipulus, se nimirum curasse Carolum Pin per musculum lumbarem in majore jecoris lobo gladio ictum, ad altitudinem trium digitorum, qui cum quatuor post mensibus ex alio thoracis vulnere exspirasset, ab eodem sectus multis adstantibus, cicatricem

qua

qua diximus magnitudine in hepate habebat, nihiloque secius commodè se habuerat.

OBSERVATIO XIX.

A tumore ventris obsessa juvencula toto quadriennio febricitavit, ita ut hydrope correptam esse putarent medici, tandem intumuit umbilicus, per quem magna puris copia tribus vermibus comitata effluxit, pauloque post convaluit.

D. Alloiis, qui multos annos in Francia, Italia, Melita, Græciaque summa cum laude medicinam fecit, narrabat vidisse se puellam Tarracone annos bis septem natam, quæ toto quadriennio febrierat cum tumore ventris, membrorumque extenuatione. Ita ut omnibus hydrope laborare putaretur: post quadriennium intumuit umbilicus, quo tumore sponte aperto multum puris totos decem menses effluxit: demum tres vermes longitudine spitha mali emersere, ea crassitie, quâ minimus digitorum est. Hinc convaluit, ac etiamnum optimè se habet, peperitque proles elegantissimas. Eodem loci temporisque juvenis annos natus novem, domo natus paupertina, post exantlatos insanos colicæ dolores, tribus sub umbilico digitis verucam habuit, in qua cum nigricans appareret vertex, suspicatus est chirurgus lumbricum subesse, eumque spithamam longum eduxit. Redibant illi per intervalla dolores, nec aliter nisi vermium eductione se ponebant. Interdum bini aliàs terni educebantur, post coibat vulnus ad sesqui mensem aliquando, dum redeuntibus doloribus ad solita recurreretur remedia.

OBSERVATIO XX.

Puella nubilis nobilis cuiusdam virginis pedissequa per ouracon lotium reddere solita, tandem dissecta crassiuscula membrana, quæ vesicæ orificio obtendebatur, perfectè curatur.

Annis abhinc quinquaginta duobus, cum D. Momorancii paris & primi Franciæ Marschalli, gubernatorisque Languedoci, aulam sequerer, sub quartam pomeridianam quibusdam festivos scloporum strepitus præ foribus dominæ variè edentibus, charta ex arenæ allisu subsiliente complures læsi sunt: hic dum nobili cuidam virgini medelam facio, tan-

cio, tantus urinæ æstus nares afflauit, ut ægre eo loci dum obligassem vulnus, me continerem. Fœtorem ciebat pedissequa, cuius patrem dimidia hæreditate sanitatem filiæ redempturum prædicabant. Adducitur sequenti luce puella, umbilicum quatuor digitos longum, cristæ Galli Indici non absimilem invenio, reddebat illa per uracum lotium, ut prius dum aluo materna contineretur. Ut vel hinc discat Paræus chirurgus, cætero qui nulli secundus, ouracon inveniri. Jamque erat ut operi me accingerem, cum hoc metum facere, actum fore de vita puellæ nisi priusquam superior meatus clauderetur, inferior patefieret: cui cùm consultum vellem, negabat filia se cuipiam concham suam ostensuram, tandem victa parentum precibus exhibuit. Ibi orificium vesicæ crassa membrana, testonem quem vocamus æquante, occlusum deprehendi, aperui, cannulam immisi plumbeam ad interiorem vesicam, urinam eo derivavi: umbilicum sequenti die obligatum, ut in enterocelis mos est, resecui, cauterio ussi, escharam induxi, demum 12. die persanavi. Expectabam ut promissam hæreditatem filia percurata acciperem, cùm mihi pro labore duplex ducatus penditur. Sic homines operas chirurgorum medicorumque illusum eunt.

OBSERVATIO XXI.

Ab Ossis bregmatis fractura totos octodecim menses vocis rationisque expers mansit æger.

ANno 1558. cum summam studiis meis manum imposuissem, subiit animum Gaillaci in patria praxeos tentandæ, & favit initiis DEUS. Incidi in Antonium Verdæzi annos natum 35. qui cum dominica die in vineam ambulaturus iret, in ea ovium gregem offendit, damnoque irritatus in pastorem sæviit: Sed magno illi stetit, Opilio enim fuste, qui pro pedo erat ipsi, sine vulnere exteriori bregma illi sinistrum contudit, à satura sagittali ad squamosam. Accersitus cùm nihil forinsecus viderem, minorem, quam erat, plagam putabam, percussumque fingere nescio quid rebar, ut vicini à quo læsus erat vineam auferret. Sed symptomata in horas graviora, inquietudo phrænitis, sopita ratio, judicium, memoria, vox demum intercepta, fidem latentis plagæ fecerunt. Bregma itaque decussatim incîdi, os fractum reperi, fragmentisque evulsis duram matrem rubere, inflammationeque tentatam vidi, quæ visa sunt adhibui. Remisere sympromata, sed longo singula intervallo primum phrænitis eum deseruit, reliquis manentibus, totos enim octodecim menses vocis rationis-

rationisque expers mansit. Biennio exacto, patrem nosse cæpit, quodque magis mirum docendus fuit loqui, primaque elementa infantium ritu, artemq; quam prius percalluerat ferrariam, adeò uno ictu omnis omnium memoria sepulta erat. Percurato ægro evenit, ut eo Dominus Rondeletius diverteret, rogavi videret hominem; videt, similem mihi de Cursolio quodam pædagogo historiam recensuit.

OBSERVATIO XXII.

Ab ictu Sclopi cum maxima utriusque bregmatis fractura magnaque substantiæ cerebri iactura liberatur miles.

DOmino Mommorancio annis ab hinc 22. Villemagnam oppidum Monspelio quatuor leucis dissitum obsidente, rem fide prope majorem vidi. Petrus Guy Arvernus sub signis D. de Rosines merens, ictus est Sclopo ad labrum superius, in regione septi, ferebaturque ad verticem per medium suturæ sagittalis, cum maxima utriusque bregmatis ossium fractura magnaque substantiæ cerebri amissione. Ut erat læsus, ad me Monspelium venit, nullo labore, collo oneri erat bombarda, lateri ensis: primo congressu quatuor magna fragmenta abstuli bregmatis, cumque viderem tantum animi roborisque esse homini, ut in bellum tanto cum vulnere rediret, adhibendos curæ alicuius nominis viros censui, ut rei incredibili fidem facerent. Adstitere Centuriones Carlinquas, & Flory militiæ laudibus celeberrimi, qui sæpe ei à me medicinam fieri in propatulo viderunt, ipsumque obligato vulnere resumpto Sclopo, ense, cæteroque instrumento Martio, pedibus redeuntem ad S. Johannem Vedas, qui tum obsidione premebatur: post quindecim dies penè confirmatus castra abeuntia secutus est, visusque est domino Carlinquas vivus valensque biennio post, fortem Gradivo navans operam.

OBSERVATIO XXIII.

Virguncula iisdem quibus puerperæ solent symptomatis diu multumque conflictata tandem crassiusculi cruoris effluvio sana fit.

AD puellam annos decem & septem natam Monspelii anno abhinc undecimo accersebar, eisdem quibus parituræ solent symptomatis conflictatam. Consternata jacebat mater, pudori filiæ vitium factum

 rata,

rata, accetsitaque obstetrice quid esset certior fieri voluit, obstetrix obstetricandi peritissima, tentata digitis matrice negavit hoc sui muneris, neq; acciendum dixit. Accessi, os vulvæ tanto sanguine menstruo occludi offendi, totis ibi novem mensibus congesto, ut uterum ferre videretur. Placuit acciri D. Saportam Medicum peritissimum, unaque consultatione habitâ placuit eam, quum longa erat vulva, incidi, secta est 12. libras crassi emisit sanguinis, aut potius humoris fæci vini, quàm sanguini similioris. Actum de vita putabat puella, post tantum cruoris effluvium, sed ope divinâ, operâque nostrâ post aliquot tempus sanitati reddita est.

OBSERVATIO XXIV.

HYdropem, quæ primis remediis cesserit redeuntem, incurabilem omnes censent; quod etsi magna ex parte verum sit, crebrò tamen fallit, cui rei fidem aliquot meæ observationes facient, locumque quo derivetur aqua edocebunt.

OBSERVATIO XXV.

Decocto rusci sæpiùs repetito hydroposis curatur, quæ quum paucis ab hinc annis repetiisset paracentesi adhibita planè convaluit ægra.

JAnam Janinam, Jani Janini Monspelii pellionis filiam anno ab hinc vigesimo invisi ascite indubiè laborantem. Quænam cavitas aquam contineret, hoc verò non mediocriter me conturbabat, uterus ne an ventres. Verum cum ex menstruis uterum esse in officio adverterem, ventrem refertum certò comperi. Jamque erat, ut paracentesin tentarem, cum alia prius experiri libuit. Aquam cui Ruscus plurimus incoctus erat matutinam vespertinamque bibere jussi, eadem vinum dilui, farinam ad panem subigi. Vix triginta dies ■tebatur, cum se venter exonerare cœpit, per vulvam totum diem naturalem, ad quinquaginta circiter libras, ut nec momento cessaret fluxio. Tanta aquæ copia, primum planè ne sibi esset reddita dubitare coegit, quanā verò effluxisset per vesicamne an uterum, hoc vero anxium me valde habuit. Duo tamen fecerunt, ut crederem ab utero manasse, primo quia magno impetu & jugiter fluxerat. Secundo, quia superioribus diebus ter, quater cathetere illi applicito nunquam plus solito urinæ eduxi. Tam subitâ evacuatione, quod necesse erat, mirum in modum languit Janina, demum tamen valetudinem recuperavit, eâque trienium fruita est. Exinde ut prius venter in-

intumuit, totumque annum hydrope laboravit. Revocor: pertentato ventre insignitè tumere umbilicum invenio, in medioque nonnihil excoriatum, ego motum naturæ juvandum ratus, hac illam aperiendam censui. Tutior enim ut hoc obiter dicam, hoc in loco parachentesis est, quàm ubi vulgo quatuor sub umbilico ad latus, fit digitis. Adde quod & expeditior sit, secta enim cute statim umbilicalia vasa aperta invenis sero scaturientia, eoque tutior, quia nullum ægri impedit decubitum. Et sane priscos hanc molitos patet ex Celsi lib. 7. cap. 15. Itaque secui, copiosioremque fide aquam eduxi, peluibus excepi, eam D. Huchero, & Andreæ Laurentio medicis doctissimis ostensurus, quibus mirissimum videbatur, tantum proflu vium subitam non attulisse patienti mortem, verùm illa convaluit, hactenusque per multos annos valet. Eodem morbo iisdemque symptomatis correpta Gillera Maurina, quæ jam tum cum dominæ Castelnau ancillaretur, hydrope laborabat: jamque tot pharmacorum pertæsa patriam dum cogitat, mulâ, quâ vehebatur exterrita eam terræ adlisit, magno suo bono: subitò enim omnem aquam per vulvam emisit, deincepsque intercute ter quater correpta, eodem canali aquam ejecit. Anno 1565. affinis mea Catarina Turle, iisdem quibus Jana Janina à me remediis percurata, plus quam viginti post annos sana mihi visa est, ut & superiores.

OBSERVATIO XXVI.

Cor & vesicam solutionem continui sine vitæ discrimine pati posse experientiis comprobatur.

Cor vitæ principium caloŕisque cœlestis morbo corripi insigni, quin mortem adferat non potest: ut Plinius solum cor alternas morbi sanitatisque vicissitudines non sentire adseveret. Eadem priscorum omnium ab Hippocrate per manus tradita fuit opinio: verum anatomia hanc sententiam nostro tempore evertit, in dubiumque speciosum illud cordis privilegium sed inutile, vocavit. Si enim cor omnibus morbis cedit multum longitudini vitæ demimus: si verò hanc ejus resistentiam substantiæ firmiori partisque dignitati adscribimus, arundineæ basi nitimur, nam & cerebrum dignitate cordi non cedit, phlegmones tamen, abscessusque sentit & ossa corde duriora à carie se vindicare non possunt, sed missis rationibus istis recentiorum experimenta audiamus. Hollerius invenisse unius in mulieris corde duos lapides, multosque abscessus fidem facit. Fernelius Pathologiæ lib. 5. cap. 12. cor ait laborare omni intemperie abscessu, vulnere, ulceribusque posse. Ipsus ego præsentibus

Ronde-

Rondeletio, Asses, Faynes, duo mirabilia satis ad hanc rem facientia in duobus cadaveribus exhibui, primo in basi cordis ad Coronariam, cicatricem duos latos digitos longam, testonemque ut vocamus, crassitie æquantem. Secundo eodem loci anno insequente ulcus latitudine folii myrtini sat profundum. Ac ne quis hinc iis mortem adlatam arbitretur, ambo laqueo vitam finière. Meritò igitur Fernelii sententiam sequimur, putantis cor sine morte subsequuta longo tempore continui solutionem pati posse. Cur ergo Hippoc. sect. 6. aph. 18. Galenoque ibi in comm. vulnera cordis lethalia sunt? Credo intelligendos de vulneribus externis magna vi, alteque descendentibus, quæ mortem adferunt: primò quia pericardium læditur, neque cum pars spermatica sit, coire potest. Secundò effluente inde aqua cor siccessit, marcetque. Tertio quia magnum sanguinis effluvium est, quodque omnium pessimum sanguis thoraci illapsus præfocat, caloremque naturalem extinguit, ulcera verò à causis intrinsecis nata non semper letifera sunt, quia non eædem mortis causæ: quo pacto Hippoc. cum recentioribus conciliabimus. Hippocrates etiam in aphorismis vesicæ ulcera mortalia vult, Gal. in commentario ea tantum, quæ insigni magnitudine cavitatem vesicæ pervadant, putat enim vesicam membraneam & exsanguem coire non posse, mihi tamen perforatam omninò vesicam sanari videre sæpius contigit. Miles erat in oppido Pezenas, furcâ supra os pubis perfossus, urinamque utroque vulnere reddebat semper, per urinarium vero meatum nec guttulam. Initio sellæ insidentem curabam, mox jussu Rondeletii in lecto supinato emplastra apposui, syringamque per penem immisi, ut urinam nativum ad ductum reducerem, nec multo post hominem persanavi.

His Chirurgi juniores ad similia tentanda inflammabuntur, tentatisque partibus principibus, interdum diligenti Chirurgi opera mortem evitari posse cogitabunt.

OBSERVATIO XXVII.

De abscessu, in quo non modo pili, ungues, clavi, castaneæ & similia inventa sunt, sed quod mirum magis animalcula quædam.

ANnis ab hinc decem & novem una cum D.D. Dortomanno & Laurentio professoribus Monspeliensibus, regisque medicis, accitus fui à D. de la Tour abscessu quodam laborante, consilioque simul habito, abscessum illum cauterio aperiri debere judicavimus. Quod postquam præstitum fuit, in eo (mirabile dictu) pilos, ungues, clavos castaneas, uvas

uvas, ficus, caſeum, pulmentum, mel, oſſa, aut eis ſimilia invenimus. Imò quod mirum magis, animalcula quædam illic reperta ſunt, diu ita manſit apertus, cum ampla cavitate, & trium magnorum muſculorum nates conſtituentium femorisque extenſioni inſervientium, ſubſtantiæ deperditione. Tandem verò, Dei beneficio, & remediorum adhibitorum ope, magna illa cavitas repleta & deperdita ſubſtantia recuperata eſt. Ipſeque per trium annorum ſpatium optimè ſe habuit, Donec anno 1586. abſceſſus alius duplo major factus eſt, prodigioſa magis materia refertus. Iterum accerſiti ſumus, ruſumque aperiendum eſſe cenſuimus: ſed ferro candenti decuſſatimque dimidium pedem lata apertio facta eſt, multaq; intus adhibita cauteria, quibus vel penitiſſima radix abſumeretur. Quæ vero inde bis, terue unoquoque die, idque maxima copia effluebat materia non ſicut prior diverſæ, ſed unius ejuſdemque naturæ erat, majoribus gemmis ſimillima: quorum ſingulæ cyſtin ſuam poſſidebant, in qua quidem quatuor vel quinque continebantur, & in earum rurſum unaquaque aliæ, donec minima quæque milii granum æquaret. Materiæ vacuatio diutina admodum fuit, nec unquam perſanari potuiſſet (quod juvenes Chirurgi diſcant) absque oleo Sulphuris, vitrioli & Mercurii quorum auxilio ſanitati reſtitutus eſt.

OBSERVATIO XXVIII.

De Rene purulento in diſſecto cadavere reperto pondus ℔ xiiij. ſuperante.

ANno 1578. vocatus fui ut Antonium Rigomme Monſpelienſem civem ſecarem, qui annum attigerat ſexageſimum. In iſtius rene ſiniſtro abſceſſum magnum reperi purulenta materia plenum, qui ad D. Hucherum Univerſitatis Monſpelienſis Cancellarium, tanquam monſtroſum quid delatus fuit, pondus ipſius erat ℔ xiiij. cum cyſti & rene, quæ quidem cyſtis pellem vervecinam craſſitie æquabat. Aliquo poſt tempore juvenis quidam mercator Pezemas me accivit, qui cum eadem in parte vehementiſſimo dolore premeretur, alios tum medicos tum Chirurgos accerſendos eſſe putavi. Inter quos adfuerunt D.D. Hucherus, Richerusque profeſſores Regii Monſpel. Intellecto affectu in contrarias itum eſt ſententias, etenim maxima pars calculum eſſe in renibus conjiciebat, præſertim cum aliquantulum puris cum urinis excerneret. Ego contra abſceſſum eſſe contendebam, abſceſſus illius prioris memor, paullò poſt patiens iterum me rogavit, ut venirem ipſumque interciderem.

derem. Ajebat enim se malle semel mori, quàm tot mortes vivendo perpeti. Ego cum ipsius tùm amicorum omnium precibus motus, convocatisque iis omnibus, qui prius adfuerant, ipsum incîdi, locumq; materiam continentem reperi, sed nihil inde exiit, duabus post horis apparatum primum mutaturus accessi, tractoque penicillo pelvim, (quales sunt in chirurgorum officinis) accipere coactus sum, cujus plus quam dimidia pars pure repleta fuit, singulisque sequentibus diebus bis vacuatio fiebat, ita ut tum manè, tum serò catinus illo pure impleretur, idque per mensem integrum & amplius. Tandem vero appositis remediis, unguentis scilicet, emplastris, cerotis, injectionibus, ulcus detersum, cicatrix inducta, ipseque persanatus est.

OBSERVATIO XXIX.

De vulneris à telo inflicti altiusque cerebro infixi curatione.

ANno 1588. quum D. Momorancius magister equitum, Tholosam proficisceretur, meq; ipsum sequi jussisset, à quodam peritissimo chirurgò, qui vocatur le Grand, rogatus sum ut una doctorem quendam militum inviseremus, qui cum rustici domum invadere vellet ab eo arcubalista in oculo vulneratus erat, adeò ut telum evelli non potuerit, nisi cujusdam militis opera, qui pede frontem ejus premere coactus fuit: in summo telo portiuncula quædam substantiæ cerebri adhæserat, ejusdemque non nihil per quinque aut sex dies effluxit, nempe per orbitam oculi. Demum à nobis admotis unguentis, emplastris, cataplasmatis anodynis, pristinas vires recuperavit. Ut autem alii exemplo meo sapere discant, quod mihi olim juveni contigit, dum Gaillac degerem, paucis enarrabo. Ad divitem quendam rusticum curandum vocatus sum, qui maximo gladii impetu ictus fuerat, ita ut magna pars bregmatis ablata esset, cumque eo portio quædam tam duræ quàm piæ matris, nec non substantiæ ipsius cerebri. Aspectu primo obstupui, deinde ita egi, ut ejus curatio alii committeretur: hic quoque vulnere inspecto, nullo modo curari posse cogitans, patientem absque auxilio deseruit, donec auricula quidam advenit, qui ardenti veru laridum transfixit, quod in vas aqua plenum distillabat, ex eoque sæpius abluto, ita ut nivem candore superaret, medicamentum confecit, cujus præsidio patiens integram valetudinem adeptus est, posteaque diutissimè vixit, hujus rei gnarus miseris semper succurrendum nec unquam desperandum esse didici.

OBSERVATIO XXX.

De pani immensæ molis curatione.

ANnis abhinc 46. muliercula quædam Lodevensis, mercatoris pannarii uxor in hanc urbem venit, quæ situra an Panus quo occipitium inter primamque cervicis vertebram vexabatur, sanari posset, hic panus immensæ molis erat ita ut ℔ vj. cum ℥. trib. penderet. In consilium adbibiti sunt D. Rondeletius Universitat. Monspel. Cancellarius, & D. Saporta medicinæ professor, Regisque Navarræi medicus, egoque cum aliquot aliis chirurgis. Re diligenter perspecta considerataque, operationem chirurgicam moliendam esse decretum est, & propter metum hæmorrhagiæ, (quia cum venarum Jugularium tum arteriarum Carotidum rami resecandi veniebant) minimè parcendum cauteriis, nec ipsi vitriolo. Quin etiam tres aut quatuor magni rami alligandi fuerunt, his omnibus peractis, legitima victus ratione remediisque tàm internis quàm externis præscriptis, intra septem hebdomadas mulier sanata est, longamque vitam traduxit.

OBSERVATIO XXXI.

De Hydropis nobilis cuiusdam viri octuagesimum agentis annum admiranda curatione.

ANno 1563. Dominus de Louzum cum jam octuagesimum annum attigisset, longoque tempore hydrope laborasset, D. Rondeletium accersivit, qui cum opera mea opus fore arbitraretur, rogavit ut ipsum comitarer. Cùm autem multi jam medici Gallici, Italici, Hispanici certam quandam victus rationem patienti præscripsissent, (paracentesim scilicet propter ætatem & virium imbecillitatem tentare ipsis integrum non erat) D. Rondeletius morbo diligentius perpenso, contrarium prorsus victum instituit. Etenim cum alii omnes monuissent, ut à salitis omnibus maximè abstineret ipse optimis ductis rationibus, ut salitis potissimum uteretur, præcepit, carnibus quippe bubulis salsis, pernis, halecibus & similibus. Ad nimiam verò sitim vitandam, cibi illi condimento quodam ex aceto tantum & saccaro confecto aspergebantur. Præterea tam interna quàm externa præscripsit remedia pro internis opiata quædam præcipuê, pro externis verò sequentia assumebantur. Nimirum lixivium ex cineribus vitium, in quo percolato multum sul-

phuris, aluminis & salis addebatur, quotidieque matutinis & vespertinis horis venter, fœmora, crura hoc fovebantur, finito fotu cataplasma ex stercoribus bovillis, farinis fabarum & hordei factum adhibebatur, in quo pariter aliquid salis, sulphuris, aluminis ponebatur: his remediis viginti circiter dies usus est, integræque valetudini redditus, ita ut ab illo tempore, sexdecim adhuc annos salvus & incolumis vixerit. Ipse curatus architectum quendam nobis ostendit, qui cum ex accidenti surdus evasisset, nihil quicquam auribus percipere poterat, nisi cum quidam ipsius nepos vel alius quispiam altas in illius ore aperto voces edebat, sic enim quodcunque dictatum fuerat, accipiebat, quod quidem certe nobis dubitandi materiam præbuit. At verò hujusce rei causâ à me in Anatome perquisitâ, nervum quinti jugi, qui aures pertingit, & tum tribus illis officulis proximus est, bipartitur, majore sui parte dilatari, adeoque tympanum constituere deprehendi.

OBSERVATIO XXXII.

Cancer ulceratus dextram cujusdam mulieris mammam depascens excisione perfecte curatur.

CUm anno 1555. chirurgica mea studia Monspelii ad finem perduxissem, de Natali solo cogitavi. Galliacum, itaque prope Albam situm peto, ubi pulcherrimum & ditissimum est Xenodochium in dominio & rectoratu divi & Andreæ è Galliaco, in quo tum temporis obiit ipsius rector, in cujus locum subrogatus est alius è familia de la Guyche Borbonensi, vir sanè optimus & sanctissimus, cui pauperes carissimi erant, & quorum cura tum in victu, tum in cæteris aliis rebus maximè cordi erat, is igitur cum primum ingressus est; eum ordinem tam erga fratres quàm Xenodochium instituit, eaque politia usus est, ut omnibus admirationem pareret, primò etenim decrevit singulos fratres vicissim per integram septimanam pauperum curam gessuras in illis alendis, atq; etiam investigarent per totam urbem num alii essent, quibus cum cæteris eadem ratione succurreretur: ut igitur pauperibus melius provideretur, medicum doctissimum & moribus probatissimum magistrum D. Barbaste accersivit, me etiam pro chirurgo una cum magistro Barutel Pharmacopola convocavit. Atque ut Rector nos melius ad officium nostrum invitaret, singulis matutinis cuique nostrum sua stipendia persolvere curabat, cuique pro meritis, qui verò non aderat mercede privabatur: Pro mea igitur praxeos primordiis, (cum me tanti oneris indignum ingenuè

ingenuè agnoscerem, tum propter doctrinæ inopiam, eo tempore, tum etiam rudem in ea exercitatione) sese mihi pulchra molesta tamen praxis obtulit, cancer nempe ulceratus in dextra mamma Johannæ Guytardæ, juvenis adhuc, annum agentis circiter 35. Is cancer me prima facie deterruit, sed cum multoties Guidonis nostri caput de cancro adiissem, nec non Gal. lib. 2. ad Glauconem, in quo de morbo agit, collatisque æquivocis & univocis signis nactus sum ulcus longè lateque prorepens, cujus labra prædura & inversa erant, saniem subnigram, acrem & graveolentem profundens, ægra etiam febricula cum lenibus lipothymiis laborante: quæ omnia signa tanti apud me momenti fuerunt, & certò credere m esse cancrum malignitatis non expertem: Metum autem incutiebat quod scribit Gal. loco superius citato, & Cornelius Celsus cap. 28. lib. 5. Cum tamen mihi persuasum haberem, nihil non posse naturam, nusquam esse desperandum, neq; mihi adversari Aphorism. 38. lib. 6. Operi manum admovi, non medicamentis, id enim probari vetant authores, sed eo remedio, quod unicum mihi supererat, excisione nimirum: cum igitur medicum nostrum in consilium vocassem, (qui quidem ante omnia universum corpus ægrotantis ad evacuationem humoris atrabilarii purgare statuit) operationem meam inchoatus sum excisione, quæ tanta fuit, ut tota mamma atque etiam non exigua portio musculi brachium moventis, qui originem sumit ex magna sterni parte, nec non etiam claviculæ, quem Pentagonon sive pectoralem nominamus, abscindenda mihi fuerit. Perfecta ex arte amputatione, causticum actuale non omissum est, præmissâ prius vacuatione vasorum partem cæsam ambientium, ne pars aliqua humoris illius atrabilarii, qui morbi causa conjuncta erat, superesset, atque etiam ut certiorem meæ curationis finem consequerer ipsam partem tenuissimo vitrioli pulvere conspersi, postea conversus sum ad escharæ sublationem, deinde medicamenta detergentia adhibui, sarcotica & epulotica qualia ulceribus præscribi solent, quibus effectum est cum Deo, ut ægra intra duos menses cum dimidio perfectam sanitatem receperit, atque dein decem aut duodecim annos inculpata sanitate vixerit: verùm cum illius menstrua purgatio naturaliter, idque propter ætatem & temperamentum cessare cæpit, exigui duo cancri oborti sunt, unus in labio inferiori, alter verò circa lumbas, quo viso mihi in memoriam revocavi Celsi dictum loco suprà laudato: cum autem prædicta mulier multos & atroces dolores in priori cura perpessa fuisset, posteriorum excisionem concedere noluit, quare obiit, postquam iis ultra biennium vexata fuisset.

OBSERVATIO XXXIII.

De portentosa abscessuum multitudine in inferiori puellulæ ventre repertorum.

TRia illa à Galeno sexcentis locis tantoperè celebrata quippe quæ medicinam omni ex parte beatam reddunt, ita sunt necessaria ut si medicus vel chirurgus in alterultro horum erret, statim in ipsa scientiâ nihil quicquam certi vel solidi esse videatur. Etenim diagnosi morbi, causarum morbificarum, partiumque affectarum notitiam medicus habet: prognosi judicat an morbus superior futurus est, nec ne, & tanquam gubernator optimus sævitiam & symptomatum agitationes prævidet ac prædicit. Quo fit, ut non solum doctus tanquam homo habeatur, sed etiam veluti divina aura afflatus suspiciatur, tum futura prædicendo, tùm nociturις prospiciendo. Denique θεραπευτικὴ. (Quæ quidem inveniendorum remediorum singulis morbis & symptomatis convenientium regulas tradit) nullus absque prioribus locus est nec præter rationem vulgatum illud fertur, optimè perspectum morbum, fermè sanatum esse. Alioqui enim si consequatur sanitas, id fortunæ potius quàm arti aut industriæ est tribuendum: ut autem cognitio illa pulcerrima, sit & difficillima, potissimum in morbis internis: numerus siquidem & partium corporis varietas, situs, cohærentia portentosa illa nec dum audita, quæ in hoc miserrimo corpore quotidie generantur, symptomatum similitudo efficiunt ut sæpissimè doctissimi & peritissimi quique hallucinentur: adeò ut de mortuis corporibus inter secandum non rarò deprehenderimus certissimum esse prognoses nostras valde esse incertas: quod in sequenti narratione manifestum fiet, quam hîc in gratiam Chirurgorum inserere volui, ut ad huiusmodi morborum difficilium naturam & causas investigandas magis ac magis incendantur.

Annis ab hinc sex à D. Carolo de Rozel Consiliario regio in suprema Tholosæ curia accitus sum ad ipsius filiolam 13. menses natam visendam quæ insigni ventris tumore & tensione vexabatur: hanc cum palpassem, tumoremq; internum esse & alia utrinque pertingere sensissem, D.D. Hucherum & Saportam doctissimos medicos accersendos esse censui, & unà cum illis chirurgos aliquot. Cumque omnes, quantum fieri posset, diligenter essentiam situmque morbi rimarentur, variæ admodum fuerunt opiniones: Quidam enim ascitem ajebant: alii abscessum esse contendebant; idque diverso modo: etenim nonnulli in substantia hepatis

hepatis eum esse credebant, alii in liene, alii in panercate. Hi vero inter epigastrii musculos: quod ad me attinet morbi situm, tumoremque cum quadam circumscriptione, quæ à me inter palpandum deprehendabatur animadvertens, abscessus quoque esse ilico judicavi. Sed eos in visceribus nimirum in hepate & liene esse arbitrabar. Quod ad prognosin omnes uno ore pronunciavimus eam brevi vitam cum morte commutaturam esse, nec ultra diem octavum vivere posse: ferè tamen per 5. menses (quamvis ægerrimè) vixit adhuc. Cum primum vita defuncta fuit, ad eam secandam vocatus sum, in ea sectione res prorsus admiratione dignæ pæne dicam prodigiosæ nobis visæ sunt. A sinistro enim latere immensæ molis abscessus duplici cysti præditus repertus est, qui quidem ab apophysibus transversis vertebrarum Lumborum ortum ducebat, deinde sub liene transiens totum id latus occupabat. Cystis verò pluribus varicosis venis intertexta erat: abscessus avulsus ℔.x. pependit, sed quod magis suspiciendum venit, in eo tres alii abscessus ponderis ℔.iij. continebantur, singuli cysti sua, similibus venarum ramis, eademque materia donati: quæ materia pulmentum, ova cocta, ficus, carnem & alia ejusmodi præter naturam omninò referebat, à dextrò latere duo itidem immensi abscessus tanquam gemelli prope vertebras originem trahentes cum simili cysti & venarum ramis sese oculis nostris obtulerunt, uniuscuiusque pondus erat ℔.iiij. quorum unus cavam jecoris partem adimplebat, alter vero ad os pubis descendebat eademque qua alii materie referti erant. Num hoc planè portentosum videtur, adeo parvam puellulam 13. duntaxat menses natam cum tanta copia talis materiæ tàm diu perdurare potuisse? Abscessus illi ita sursum ad claviculas diaphragma impulerant, ut duorum digitorum spatium pulmonibus non esset reliquum. Sic huius morbi tàm difficilis erat cognitio, quàm curatio (parcant mihi critici) impossibilis: nec illius causa semini, primævè confirmationi accepta ullo modo erat referenda: siquidem parentes optimo erant habitu & temperamento..

Adde quod omnia hujusce corpusculi viscera partesque principes, cor nimirum, pulmones, jecur, lien, ventriculus reliquaq; laudabili erant colore & consistentiâ nihilque in tota constitutione desiderari poterat, præter quàm quod Vuula carebat, quod notatu dignum, in extremo verò palato erat foramen, quod nutritioni plurimum detrahebat: lac enim sugendo cum ipsum commodè haurire non posset, sæpissimè per nares emittere cogebatur. Quod ad multa pituitosa excrementa gignenda plurimum conducere potuit sufficienti alimonia deficiente, locum verò in quo natura ea reposuerat, definite circumscribere, arduum erat &

difficile,

difficile, provida enim natura sibi ipsi semper succurrere volens, latebras, ductus inopinaque & incognita fingit receptacula: ut mirum non sit, si in affectibus internis partem affectam non semper exprimere possimus dummodò morbus nobis innotescat.

OBSERVATIO XXXIV.

De quodam rustico pagi cuiusdam prope insulam Albiensem incola cui nomen erat Iohannes Ville ab ictu lati ensis in capite gravissimè laeso.

ANno 1558. cum emenso expletoque studiorum meorum chirurgicorum cursu in celeberrima Monspeliensi Universitate Galiacum, (qui mihi natalis erat locus) me contulissem, ut ibi chirurgicam praxim exercerem, accitus sum ad dictum locum, ut praefatum Joannem Ville inviserem: eique curando manus admoverem. Inveni ipsum gravi admodum & patenti vulnere in capite affectum. Eumque me adhuc quasi tyronem & parum in re tam difficili expertum sentirem dubitare cœpi anxius & cogitabundus: didiceram enim ex Hippocrate, Galeno aliisque primae classis autoribus, vulnera capitis ad ipsam cerebri substantiam penetrantia periculosa esse, fereque funesta, imò vero cum etiam hoc ictu substantiae cerebri portionem praecisam viderem, eamque piae & durae matri adhaerentem, quae quidem meninges cranio ipsi adhuc adhaerebant: una cum partibus omnibus continentibus videlicet dermide, epidermide, panniculo carnoso, membrana communi & aliis quas cum omnes separatas planeque à capite sejunctas viderem obstupefactus haesi, nec quicquam aggredi volui. Uxor vulnerati, ostensa prius parte separatâ, quam in armario conservabat, quomodo id accidisset narravit, dixit itaque hoc à quodam ipsius vulnerati inimico factum esse: qui cum à multo tempore inimicitias gereret cum dicto Joanne Ville, nec tamen ejus ulciscendi sese offerret occasio, ad dolos, fraudesque sese convertit. Talis autem fuit dolus assumpto elephantici habitu, una cum crepitaculis & reliquis ad id necessariis: domum ipsius vulnerati quasi mendicus adit: sed latentem & pallio contectum gerebat ensem, interim infœlix vulneratus & proximae cladis inscius misericordiâ motus è cubiculo descendit eleemosynam erogaturus. Cumque illi panem porrigeret, ipse elephantiacus, (aut saltem simulatus elephantiacus) educto è vagina gladio, quem pallio abscondebat: in ipsum impetum fecit, ut amputaret. Quod cum miser ille animadvertisset, caput inclinavit, ictum declina-

declinaturus, adeò ut tantum circa verticem attigerit, os tamen vi & robore ut præsetam omninò partem à toto separarit. Cum ergo postridie mei adventus in domum vulnerati ter aut quater vulnus diligenter considerassem, & singula attente perlustrassem; proximè adfuturam mortem ægro indubitantem mihi persuadebam, proinde ægrum prognostico relinquendum. Itaque de discessu cogitare cæpi, quem omni via & ratione moliebar: valedico uxori ipsius vulnerati, licet multis me promissis retinere conaretur, & Galiacum redeo. Nec multo post idem præstitit alius chirurgus, magister Johannes vocatus insulæ Albiensis incola. Ita solus infœlix æger ab omnibus desertus omnique privatus auxilio atque ope remansit: interim nescio quo fato & bonis ipsius ægri rebus accedit rusticus quidam, qui cum ita ab omnibus desertum videret & humano omni privatum auxilio ejus curationem aggredi non dubitavit. Hoc autem uno in ejus curatione utebatur tantum remedio; veru seu oblongum ferrum excalfactum planeque igne rubens larido infigebat, suppositamq; pelui stillantem inde pinguedinem colligebat, deinde eandem octies aut decies abluebat, donec albesceret, & in perfectum nivis candorem ferè desineret, hoc liquore seu destillata pinguedine liniamenta omnia turundas, lanas carptas, & alia linteamina insuccabat, partique læsæ ad movebat. Et hoc pacto unicoque hoc remedio per duos menses aut circiter eum tractavit; tandemque perfectè curavit: hoc ego audito non solum mirabundus hæsi, sed etiam ægrè tuli, quod ita afflictum illum hominem sine auxilio deseruerim: quod nusquam aut ante contigerat aut postea contigit: hæc dico in gratiam novorum chirurgorum, ut hoc exemplo cauti nunquã de curatione ulcerum quorumcunq; desperent: sed eorum curationem confidenter aggrediantur & ad finem usque perducant præfato tamen prius amicis & astantibus periculo, quod ex tali vulnere impendet; ne si quid humanitus contingat, mortis ægri rei habeantur, & præsidia, quæ multis profuere, infamentur. Vale frater amantissime & præcepti hujus memor Tuo Cabrolio bene precare.

OBSERVATIO XXXV.

De puella clarissimi D. de Rousel in summo Tholosano senatu Consiliarii Regii filia mensibus 13. aut circiter nata

QUæ tua toties totque in locis suorum operum à Galeno tanquam medicinæ perfectiva celebrantur; adeò necessaria sunt, ut si horum altere à medico aut chirurgo sit erratum: incerta plane nullisque inixa

fundamentis videri possit scientia. Per diagnosin enim in cognitionem morbi, causæ morbificæ & partium affectarum deducitur. Per prognosin, an de natura morbus, vel de morbo natura victoriam sit reportatura judicat: & veluti peritus nauta morborum insultus & paraxismos prævidet ac prædicit. Symptomatum accidentiumque tempestates præcognoscit, in quo non solum ut homo doctus, sed etiam supra hominem, humanamque sortem admirandus ac veluti divinitatis cujusdam particeps apparet: dum futura prædicit ac præsagit: & nocitura avertit & antevertit. Tertiæ vero parti (Therapiæ videlicet) quæ inveniendorum remediorum & inventis oportunè utendi, morbisque & symptomatis accommodandi præcepta ac regulas tradit: nullus ferè est sine duabus prioribus locus, nec certè temere omninò vulgatum illud apud vulgus vulgò jactatur: cognitum morbum jam esse semicuratum, quod etiam medici dicunt: cognitionem morbi, esse in ventionem remedii, alioqui sorte potius quàm arte, si quis curetur, curatus dicetur. Sed ut pulchra omnia sunt difficilia: ita præclara hæc cognitio multis est involuta difficultatibus, potissimum vero in morbis internis. Maximus etenim numerus & varia partium corporis humani varietas, earum situs connexio & sympathia, prodigia & antea inauditi affectus, qui quotidie in hoc corpore gignuntur, similitudo & conformitas accidentium efficiunt interdum ut doctiores & longo artis usu, atque peritia prudentiores, longe aliter quàm res habeat, sentiant: & in sua de tali morbo prognosi ac præsagitione decipiantur, & à scopo aberrent. Quod etiam ipsi sæpè animadvertimus in apertione cadaverum eorum, qui certo morbo interierant: longè alio ab eo qui antea judicatus fuerat, quoque laborare credebantur. Inter cæteros placuit unum hic quem observavi exempli loco subjicere in gratiam novorum chirurgorum, nec dum artis usu & experientia confirmatorum: ut in perquirenda morborum difficilium raroq; contingentium natura curiosius, majorique solertia animum applicent, studiumque totum conferant.

Circa finem mensis Novembris, anni millesimi quingentesimi nonagesimi sexti accitus fui in domum clarissimi D. Caroli de Rousel, in summo Tholozano senatu consiliarii regii, ut ejus filiam menses circiter 13. natam inviserem, maximo ventris tumore & inflatione laborantem adeò ut præ inflatione ita impediretur respiratio, ut singulis momentis suffocari videretur: hanc palpari cæpi, percipiensque tumorem hunc internum esse & parumper ad utrumque latus accedere, medicos consulendos censui: vocati sunt, (ut suam de hoc affectu sententiam dicerent) domini Hucherus Cancellarius, & Saporta Vicecancellarius, hujus sele-

jus celeberrimæ Universitatis, medicorum nostri temporis excellentissimi: & cum eis magistri Jacobus Lautier & Balthazar Gariel una mecum jurati in chirurgia magistri prædictæ civitatis & universitatis. Et quamvis quantum in se erat conaretur unusquisque, ut veram morbi essentiam atque naturam situm & partem affectam cognitione assequeretur: diversæ nihilominus discordesque circa ipsum affectum extitere runt sententiæ. Nonnulli enim esse hydropem ascitem jam perfectum opinati sunt: cum talis fere morbi pathognomonica signa sese in conspectum darent: Alii abscessum quidem dicebant, sed circa partem affectam dissentiebant: cum alii in substantia jecoris, alii in liene ejus sedem alii in pancreate, alii inter epigastrii musculos statuerent, ego vero & morbi sedem situmque animo perlustrans modum & figuram tumoris cum certa circumscriptione quam inter palpandum animadverti statim apostema esse judicavi, ita tamen, ut certò crederem in utroque viscere, jecore videlicet & liene situm esse, cùm alias alia similibus comitata symptomatis iis in partibus vidissem. Quoad prognosin convenimus omnes. Nam una voce & communi consensu lethalem judicavimus affectum hunc, brevique mortem puellæ allaturum: adeò ut nostrum nullus esset, qui intra octavum diem interituram non crederet: vixit tamen, (licet maximo cum labore & anxietate) usque ad 17 Aprilis anni millesimi quingentesimi nonagesimi septimi quatuor circiter menses cum dimidio post prædictam prognosin. Ubi autem interiisset, ut corpus aperirem vocatus fui, quod statim factum est, præsentibus multis viris: maximè prædictis duo Saperta medico & Lautier chirurgo jurato. In hac apertione tanta tamque multa miraculi planè ac prodigii plena animadvertimus (habita teneræ ætatis huius puellæ ratione) ut omnes in admirationem raperentur. Nam in latere sinistro inventus est abscessus non contemnendæ magnitudinis, duplici cystide involutus: qui oriebatur ex medio corpore & apophysibus transversis vertebrarum, lumborum, & lieni in transitu subjectus totum latus occupabat: & erat prædicta cystis undiquaque disseminata & velúti ramificata venis varicosis, hic abscessus avulsus & libræ impositus, duarum librarum pondus æquabat. Sed quod nobis magis mirandum fuit, prodigiique instar hoc erat: quod intra prædicti abscessus cystidem tres alii adessent abscessus suâ singuli cystide involuti, & eadem venarum ramificatione disseminati, ponderis libræ unius & semis singuli, eadem omni materia pleni: simili pultis, ovorum coctorum ficuum & carnis cum suis fibris & aliis peregrinis materiis & planè à præscripto & regimine naturæ alienis. In dextro etiam latere duo alii inventi sunt maximi abscessus quasi gemini

prope vertebras orti: aliisque ex adverso respondentes simili omnino cystide & varicosarum venarum ramificatione distributioneque involuti: quorum quilibet quatuor ferè librarum ponderis erat: horum alius simas jecoris partes occupabat, alter ad os pubis ferè descendebat. Colligebantur autem adinvicem, adhærebatque alteri alter pedunculo quodam non absimili caudæ, qua gemini inter se copulantur: eadem omninò qua superiores materia referti. Portentosum certè & prodigio simile ut puellula, quæ vix decimum quartum mensem attigerat, tam diu superesse potuerit; tanta talis materiæ oppressa mole, quantam vix constantis ætatis aliquis perferre potuisset. Et certè adeò sursum claviculas versus diaphragma compresseram, ejusmodi abscessus, ut vix duorum digitorum interstitium pulmonibus ad motum superesset: quod maximè in causa fuit, ut veluti suffocatæ animam efflarit. Ecce igitur quomodo non minus cognitu difficilis, quàm curatu impossibilis esset iste morbus. Tanti vero affectus causa quænam extiterit dictu difficile est. Neque enim in genitale semen, primamque in utero conformationem referenda videtur: cum uterque parentum non solùm sit optimi habitus & laudabilis temperamenti: Sed & ex bene habitis beneque temperatis progenitoribus oriundi. Adde quod tenelli huius corpusculi viscera omnia & principes partes, ut cor, hepar, lien, pulmones, stomachus, & similes laudabilis essent coloris, & consistentiæ, quod bonitati principiorum generationis satis superque attestebatur. Nec ullus erat error, aut defectus in conformatione hujus corpusculi: nisi quod vuula, seu (ut vocant) Gurgulione careret, (quod maximè notandum est) sed quasi eius loco circa fundum palati appareret foramen: quod eius nutritioni non parum incommodi afferebat, cum lac è mamis sugeret, nec commodè ob prædictum foramen deglutire posset, sæpissimè coacta per nares rejiciebat. Quod potuit promovisse multorum excrementorum generationem maximè pituisorum, convenientis alimenti inopiâ. Verum in hoc difficultatis præcipuus cardo versatur, ut quonam eiusmodi excrementa natura deposuerit cognoscamus. Ipse enim sagax provida & suæ conservationis sollicita inopinatos sibi ductus, recessus & conceptacula fabricatur, in quæ suas detrudat sordes & excrementa & miranda ut sese conservet molitur. Nec propterea mirum videri debet, si interdum in internis affectibus non propriè judicetur pars affecta, modò ipse affectus cognoscatur. Hanc narrationem quia scitu digna nobis visa est in studiosorum gratiam his nostris observationibus interserere placuit: hanc æqui bonique consulet benevolus Lector.

F I N I S.

ino
vo-
lius
Col-
uo-
ni-
nile
per-
ntis
rfus
ito.
è in
non
an-
nim
vi-
abi-
eni-
a &
iau-
ene-
is in
Gur-
irca
in-
edi-
bat.
ma-
ulta-
tura
atio-
atur,
rvet
affe-
osca-
rum

